




ICHNEUMONOLOGIA EUROPAEA,

AUCTORE

I. L. C. GRAVENHORST,
PROFESSORE VRATISLAVIENSI.

PARS I,

CONTINENS

GENERALIA DE ICHNEUMONIDIBUS, ICHNEUMONES, SUPPLEMENTA, INDICES ET TABULAS DUAS LAPIDI INCISAS.



VRATISLAVIAE,
SUMTIBUS AUCTORIS,
PROSTAT LIPSIAE APUD LEOP. VOSS.
1829.

VOBIS

QUI HOC OPUS, TRANSMISSIS AD AUCTOREM ICHNEUMONIBUS, LIBERALITER ET SPLENDIDE DOTAVISTIS:

V. S. BESSER, Cremieniecae.
C. Liber Baro DE BLOCK, Dresdae.
F. A. BONELLI, Taurini.
A. BRONGNIART, Parisiis.
C. DAHL, Vindobonae.
A. G. DESMAREST, Alfortiae.
F. EHRENHAUS, Grunwitziae.
C. A. FEHLER, Gottingae.
E. F. GERMAR, Halae Saxonum.
C. GLOGER, Vratislaviae.
W. HARTLIEB, Militschiae.
I. F. L. HAUSMANN, Gottingae.
E. D. H. HEGEWISCH, Hannoverae.
C. H. G. DE HEYDEN, Trajecti ad Moenum.
I. C. Comes DE HOFFMANNSEGG, Dresdae.
F. W. HOPE, Londini.
C. JAENSCH, Vratislaviae.
I. E. KLOPSCH, Vratislaviae.
F. KLUG, Berolini.
F. Comes DE KUENBURG, Vindobonae.

G. KUNZE, Lipsiae.
C. G. LANGE, Hirschbergae defuncte.
G. H. A LANGSDORF, nunc in Brasilia habitans.
A. G. LÜBBERT, Vratislaviae.
I. W. MANGER, Warmbrunnae obite.
L. MENZINGER, Friburgi in Brisgovia.
S. A. Liber Baro DE MINKWITZ, Grunwitziae.
C. G. NEES AB ESENBECK, Bonnae.
I. G. F. REUSMANN, Leertae.
C. F. W. RICHTER, Vratislaviae.
G. H. ROENTGEN, in desertis Africae occise.
H. W. ROTERMUND, Vratislaviae.
C. L. SAHLBERG, Aboae.
F. A SANVITALE, Parmae.
P. S. SCHILLING, Vratislaviae.
F. E. SCHUMMEL, Vratislaviae.
F. SCHWAEGRICHEN, Lipsiae.
E. SPANGENBERG, Cellae.
G. SPANGENBERG, Hannoverae.
M. A SPINOLA, Genuae.
F. A STEVEN, in Russia.
C. Liber Baro DE STILLFRIED, Hirschbergae.
I. STURM, Norimbergae.
M. F. S. Liber Baro AB UECHTRITZ, Vratislaviae.
F. WIMMER, Vratislaviae.

VOBIS

hanc Ichneumonologiam sacram esse jubet

auctor.

NOMINA SUBSCRIPTA.

Universitas caesarea Moscoviensis.
Universitas caesarea Wilnensis.
Academia caesarea medico-chirurgica Moscoviensis.
Societas caesarea Naturae scrutatorum Moscoviensis.
Societas Naturae curiosorum Berolinensis.
Societas Senckenbergiana Trajecti ad Moenum.
Museum imperiale historiae naturalis Vindobonae.
Museum zoologicum Regiomontii.
Bibliotheca imperialis Vindobonae.
Bibliotheca regia universitatis Gottingensis.
Bibliotheca regia universitatis Halensis.

B. Anslyn, Harlemi.
C. E. a Baer, Regiomontii.
I. R. Bischoff, Vindobonae.
H. Burmeister, Halae Saxonum.
T. de Charpentier, Brigae.
I. Curtis, Londini.
F. Danneil, Salzwedeliae.
I. Eiselt, Pragae.
W. F. Erichson, Stralsundae.
E. Eversmann, Casanae.
C. Fischer, Vindobonae.
G. Fischer, Moscoviae.
I. Fleming, Londini.
H. Freyer, Idriae.
I. Gené, Ticini.
E. F. Germar, Halae Saxonum.
W. de Haan, Lugduni Batavorum.
A. H. Haliday, Londini.

C. E. Hammerschmidt, Vindobonae.
I. F. L. Hausmann, Gottingae.
E. Heger, Vindobonae.
E. D. H. Hegewisch, Hannoverae.
C. H. G. de Heyden, Trajecti ad Moenum.
T. C. Heysham, Londini.
F. W. Hope, Londini.
F. Hornschuch, Gryphiswaldae.
I. Hunnemann, Londini.
F. Klug, Berolini.
V. Kollar, Vindobonae.
A. Lefebure, Parisiis.
H. F. Link, Berolini.
A. Lovetzky, Moscoviae.
G. Marklin, Upsaliae.
A. H. Norwich, Bremae.
O. Oken, Monachii.
A. Percheron, Parisiis.
I. S. Pressl, Pragae.
G. C. Reich, Berolini.
H. G. L. Reichenbach, Dresdae.
I. Reinhardt, Havniae.
C. G. C. Reinwardt, Lugduni Batavorum.
C. L. F. de Roser, Stutgardiae.
P. Roux, Marsiliae.
G. Samouelle, Londini.
W. Saxesen, Clausthaliae.
H. R. Schinz, Tiguri.
I. Schloifer, Oldenburgae.
F. Schwaegrichen, Lipsiae.
A. de Serville, Parisiis.
M. C. Sommer, Altonae.
H. Stannius, Hamburgi.
I. F. Stephens, Londini.
C. Comes de Sternberg, Pragae.
I. Sturm, Norimbergae.
F. Walker, Londini.
B. A. Westermann, Havniae.
C. R. W. Wiedemann, Kiliae.
W. de Winthen, Hamburgi.
I. L. T. Zinken-Sommer, Brunsuigae.

LECTURIS.

Cum ante viginti quinque annos intimiori studio Ichneumonidum me dicare incepissem, mox cognoscebam, in hac Piezatorum familia multas esse species adhuc indescriptas; simulatque consilium ceperam, has species edendi, propositum etiam in me nascebatur, monographiam Ichneumonum europaeorum conscribendi, quo opusculum, prout fieri posset confectius, in lucem prodiret. Hoc in animo volvens, anno 1806 entomologos invitabam, ut coeptum meum adjuvare et ichneumonides suarum regionum mecum communicare vellent. Jam tunc plures entomologi, liberalitate et copia specierum commissarum, quales vix exspectare auderam, invitationi illi respondebant, ita ut mox fundamenta monographiae ponere possem, in cujus parte literaria bibliotheca ditissima universitatis gottingensis, ubi eo tempore docebam, subsidia plenissima mihi suppeditabat, quod semper animo gratissimo

agnoscam. Avocatus autem anno 1810 in cathedram historiae naturalis universitatis francofurtensis, annoque sequente, cum universitate ipsa, Vratislaviam petens, negotia plane alius generis me cogebant, opusculum inchoatum per annos plures relinquere. Nunquam autem me poenituit, monographiam Ichneumonum tunc temporis nondum perfecisse et edidisse; in Silesia enim collectanea tam multa et nova mecum communicabantur, ut quae conscripseram, saltem duplo augerentur et denuo ea componere me oporteret. Omnia me, pro meis viribus, fecisse credo, ut materiam omnibus partibus conficerem, ut genera et familias, seu subgenera, notis stabilibus, nec vacillantibus, oculoque facile se praebentibus, definirem et legibus naturae congruentia exhiberem, ut species accuratissime describerem et omnia, quae de vitae ratione earum, e mea vel ex aliorum observatorum experientia, mihi innotuerant, adderem, denique ut synonymiam, ubique e collatione religiosissime a me ipso instituta, nulloque allegato e sola aliorum scriptorum auctoritate recepto, quam plenissime adjungerem. Simul vero experientia me docuit, naturam infinitae profunditatis et, ratione legum, quas sequitur, nobis saepe inexplicabilem et obscuram esse. Genera et familiae, specierum numero insignia et ampla, saepius vix limitibus

firmis et definitis disjungi possunt, sed sensim sensimque inter se transeunt. Quam accurate et scrupulose, in examinandis et describendis speciebus, partium omnium corporis earum rationem etiam habui, saepe tamen dubia remanserunt, num individua consociata, si nonnullis notis inter se discrepabant, re vera quoque ad unam eandemque speciem redigenda, numve in duas aut plures species dispescenda essent. Hic autem natura in operibus suis permultiplex est, nunc secundum leges constantes et intra limites definitos creans et fingens, nunc in varietatibus innumerabilibus, sensim sensimque immutatis et una in alteram transeuntibus, quasi legibus solutis circumvagans. Hic quoque est ubi scrutatores naturae, ratione et modo agendi, diversissimi se praebent: auctores enim valde scrupulosi, qui diversitates laeviores respiciunt, plures creant species, quas alii, differentias earum pro nimis laevibus habentes, in unam speciem consociant, seriem longam aut plures series varietatum producentes, quarum quidem remotissimae, ad fines serierum positae, admodum inter se discrepare solent. Sunt species, quae nunquam, aut notis tantum laevissimis, variant, quamvis individua earum ubique, in regionibus remotissimis, copia valde numerosa degant (e. g. Ichn. sarcitorius), cum in multis aliis species fere individuum quodque plus

minus a reliquis differat. Quarundam specierum mares et feminae nullis, si genitalium rationem haud habeas, notis externis differunt; aliarum feminae annulo albo antennarum a maribus discedunt; nonnullarum mares quoque hoc ornamento gaudent. Certe vero in aliis speciebus aliae quoque sunt notae externae distinctivae sexuum, nondum autem inventae, multarum enim specierum sat frequentium vel soli mares vel solae feminae cogneti sunt; quarum sexus alter, e notis distinctivis externis sexualibus, jam aliter probatis, nondum erui poterat, licet hic alter sexus, individuis forsan aeque frequentibus, jam cognitus at, sub nomine peculiari, pro specie diversa receptus esse possit. Haec omnia tempori futuro dilucidanda remanent. Quisque vero, qui unquam disquisitionum ejusmodi operam dedit, veniam mihi dabit, si, quod nullus magis me ipso intelligit, mihi saepe haud successit, omnia dubia et incertitudines in re tam ardua removere.

Quod attinet ad rationem vitae Ichneumonum, haec quidem, in summa rei, de speciebus multis jam nota est, plura vero adhuc desiderantur, ut illam penitus intelligamus: Si consideramus, nos, hoc respectu, de plurimis speciebus nihil scire, interque 235 species Tryphonum tres tantum esse (Tr. praerogatorem, compunctorem et marginatorium),

de quibus ex observationibus constat, larvas eorum in larvis aliorum insectorum degere, confiteri nos oportet, hic multa adhuc observatori sedulo revelanda esse. Ipsae specierum descriptiones in multis scriptis nimis breves et mancae editae sunt, solumque colorem et picturas respicere solent, quo fit ut saepe inter plures species, nonnunquam e generibus diversis, colore et picturis quodammodo congruentes, certitudine quadam haud ea erui possit, quam auctor coram habuit. Optarem autem ut possessores individuorum originalium, uspiam descriptorum aut allegatorum, a me ad hanc illamve speciem laudatorum, haec cum descriptione a me edita accuratissime conferre et congruentiam aut differentiam aliquomodo publici juris facere vellent. Cuique vero, qui hac monographia uti velit ad species, a se collectas, in ea inquirendas, horum, quae nunc moniturus sum, semper memorem esse velle commendo: Multis generibus familiis speciebusque, inter se peraffinibus, unaque in alteram ita transeuntibus ut limites vix ac ne vix quidem definiri possint, haud raro species invenies, de quarum genere aut familia aut sectione dubius haerebis. Ut tibi perquisitionem talium specierum faciliorem reddam, in notis generalibus, cuique familiae (subgeneri) et sectioni praemissis, species istas designavi, quae

pars secunda ante primam proelo tradebatur, Ichneumones anglici autem haud prius mihi transmittebantur quam parte prima fere tota jam impressa, quorum itaque illos tantum locis suis inserere poteram, qui ad genera in parte prima et tertia tractata pertinebant. In supplementis autem, parti primae adnexis, notitias de Ichneumonibus anglicis, descriptionesque specierum novarum e generibus, quae in parte secunda tractata sunt, exhibui. Illa supplementa vero, nec non indices totius operis, parti primae addere malui, cum pars tertia jam fere in amplitudinem nimiam increverit, prima autem, numero plagularum, secundae et tertiae multo inferior sit.

Haec praemittenda erant. Nunc autem, Ichneumonologia mea, Entomologis te trado; utinam amicos et fautores concilies tibi et

auctori.

Scripsi Vratislaviae,
die 19 Marti 1829.

INDEX LIBRORUM,

IN ICHNEUMONOLOGIA ALLEGATORUM, SECUNDUM ORDINEM ALPHABETICUM AUCTORUM.

Albin. — A natural history of Englisch Insects, illustrated with a hundred copperplates etc. by the author *E. Albin.* London, 1720, 4 maj.

Aldrovandus. — *Ulyssis Aldrovandi* de animalibus insectis libri septem. Francofurti, 1623, Fol.

Aristoteles — vide *Strack.*

Bechstein — vide *Scharfenberg.*

Borowsky — vide *Herbst.*

Brünnich. — Prodromus Insectologiae Siaellandicae, auctore *M. T. Brünniche.* Hafniae, 1761, 8.

Cederhielm. — Faunae Ingricae Prodromus, exbibens methodicam descriptionem Insectorum agri petropolensis, etc. auctore *I. Cederhielm,* cum tabulis III pictis. Lipsiae, 1798, 8.

Christ. — Naturgeschichte, Klassification und Nomenclatur der Insekten vom Bienen-, Wespen- und Ameisengeschlecht von *I. L. Christ*, mit LX ausgemalten Kupfertafeln. Frankfurt am Main, 1791, 4.

Coquebert. — Illustratio iconographica Insectorum, quae in museis parisinis observavit et in lucem edidit *I. C. Fabricius;* accedunt species plurimae, vel minus aut nondum cognitae, auctore *A. I. Coquebert.* Decas I et II. Parisiis, anno VII et X (1799 et 1801). 4 maj.

Curtis. — Britisch Entomology, or Illustrations and descriptions of the genera of insects found in Great Britain and Ireland; containing coloured figures from nature of the most rare and beautiful species, and of the plants upon which they are found; by *John Curtis* F. L. S. No. I.—LIX, London, 1824.—1828, 8. (to be continued monthly).

Dalman — (de Pimpla atrata) in Kongl. Vetenskaps-Academiens Handlingar af Ar 1825, p. 188 (vide *Froriep* Notizen aus dem Gebiete der Natur- und Heilkunde, Vol. XV, pag. 180).

De Geer. — Memoires pour servir à l' histoire des Insectes par *Charles De Geer*, Tome I—VII, Stockholm, 1752—1778, 4. — Des Herrn Baron *Karl De Geer* etc. Abhandlungen zur Geschichte der Insekten, aus dem Franz. übersetzt und mit Anmerkungen herausgegeben von *I. A. E. Götze*, 1—7. Theil. Nürnberg, 1778—1783, 4.

Dwigubsky. — Primitiae Faunae Mosquensis, seu Enumeratio animalium, quae sponte circa Mosquam vivunt, auctore *I. Dwigubsky.* Mosquae, 1802, 8.

O. Fabricius. — Fauna groenlandica, systematice sistens animalia Groenlandiae occidentalis hactenus indagata etc.

maximaque parte secundum proprias observationes *O. Fabricii.* Hafniae et Lipsiae, 1780, 8.

F. seu *Fabr.* seu *Fabricius.* — *I. C. Fabricii Systema* Entomologiae, sistens Insectorum classes ordines genera species etc. Flensburgi et Lipsiae, 1775, 8. — Ejusd. *Genera* Insectorum, Chilonii, 1776, 8. — Ejusd. *Species* Insectorum, exhibentes eorum differentias specificas, synonyma auctorum, loca natalia, metamorphosin etc. Tom. I, Hamburgi et Kilonii, 1781, 8. — Ejusd. *Mantissa* Insectorum, sistens eorum species nuper detectas etc. Tom. I, Hafniae, 1787, 8. — Ejusd. *Entomologia* systematica emendata et aucta, secundum classes ordines genera species etc. Tom II. Hafniae, 1793, 8. — Ejusd. *Supplementum* Entomologiae systematicae. Hafniae, 1798, 8. — Ejusd. Systema *Piezatorum*, secundum ordines genera species, adjectis synonymis locis observationibus etc. Brunsvigae, 1804, 8.

Fallén. — Specimen, novam Hymenoptera disponendi methodum exhibens; Praeside *C. F. Fallén.* Lundae, 1823, 8.

Forster. — Novae species Insectorum; Centuria I, auctore *I. R. Forster.* Londini, 1771, 8 maj.

Fourcroy. — Entomologia parisiensis, sive catalogus Insectorum, quae in agro parisiensi reperiuntur, secundum methodum Geoffraeanam in sectiones genera et species distributa, edente *A. F. de Fourcroy.* Parisiis, 1785, 8.

Frisch. — Beschreibung von allerley Insecten in Teutschland, nebst nützlichen Bemerkungen und nöthigen Abbildungen. 2. und 4. Theil. Berlin, 1721 und 1736. 4.

Fuesslin. — *I. C. Fuesslins* Verzeichniss der ihm bekannten schweitzerischen Insekten, mit einer ausgemahlten Kupfertafel. Zürich und Winterthur, 1775, 4.

Geoffroy. — Histoire abregée des Insectes etc. par *M. Geoffroy.* Tome II, Paris, 1764, 4.

Gmelin. — Caroli a Linné Systema Naturae etc. Editio XIII aucta reformata, cura *I. F. Gmelin.* Tomi I Pars V, Lipsiae, 1788. 8.

Goedart. — Metamorphosis et Historia naturalis Insectorum, auctore *I. Goedartio*, cum commentariis *D. I. de Mey.* Medioburgi, (1662), 8 min. — Metamorphoseos et historiae naturalis pars secunda, de Insectis, auctore *I. Goedartio*, latinitate donata, commentariis et notis illustrata etc. a *P. Veezaerdt.* Medioburgi, (1667), 8 min. — *I. Goedartius* de Insectis, in methodum redactus, cum notularum additione, opera *M. Lister* etc. Londini 1685, 8. — Métamorphoses naturelles, ou histoire des Insectes etc. par *I. Goedart*, Tome II, à Amsterdam, 1700, 8 min.

Goetze — vide *De Geer.*

Goldfuss. — Handbuch der Zoologie von *G. A. Goldfuss.* 1te Abtheilung. Nürnberg, 1820, 8.

Gravenhorst. — Vergleichende *Uebersicht* des Linneischen und einiger neuern zoologischen Systeme, von *I. L. C. Gravenhorst;* nebst dem eingeschalteten Verzeichnisse der zoologischen Sammlung des Verfassers etc. Göttingen, 1807, 8. — Monographia Ichneumonum *pedestrium*, praemisso prooemio de transitu et mutabilitate specierum et varietatum, auctore eodem. Lipsiae, 1815, 8. — *Conspectus* Generum et Familiarum Ichneumonidum, auctoribus *I. L. C. Gravenhorst* et *C. G. Nees ab Esenbeck:* in Tomo IX Novo-

rum Actorum physico-medicorum Academiae Caesar. Leop. Carol. Naturae Curiosorum, Erlangae 1818, 4. — Monographia Ichneumonum *Pedemontanae Regionis*, auctore *I. L. C. Gravenhorst:* in Memorie della Reale Academia delle Scienze di Torino, Tom. XXIV. Torino, 1820, 4. — *Additamenta* ad descriptiones Fabricianas Ichneumonidum musaei cel. def. Hübneri, auctore eodem, in: Magazin der Entomologie, herausgegeben von E. F. Germar und I. L. T. F. Zincken, genannt Sommer. Vierter Band. Halle, 1821, 8. — *Hellwigia*, novum Insectorum genus, condidit *I. L. C. Gravenhorst*, in Parte 2 Tomi XI Novorum Actorum physico-medicorum Acad. Caes. Leop. Carol. Naturae Curiosorum. Bonnae, 1823. 4.

Herbst. — Gemeinnützige Naturgeschichte des Thierreichs, darin die merkwürdigsten und nützlichsten Thiere in systematischer Ordnung beschrieben und die Geschlechter in Abbildungen nach der Natur vorgestellt werden, ausgefertigt von *G. H. Borowsky*, fortgesetzt von *I. F. W. Herbst.* Achter Band, von den Insekten. Berlin und Stralsund, 1787, 8.

Illiger — vide *Rossi.*

Joerdens. — Geschichte der kleinen Fichtenraupe oder der Larve von der Phalaena monacha Linn. von *I. H. Joerdens*, mit 1 Kupfertafel. Hof, 1798, 4.

Jurine. — Nouvelle methode de classer les Hyménoptères et les Diptères par *I. Jurine.* Tome I, à Geneve, 1807, 4.

Karsten. — Museum Leskeanum. Regnum animale, quod ordine systematico disposuit atque descripsit *D. L. G. Karsten.* Vol. I, cum IX iconibus pictis. Lipsiae. 1789, 8.

Kob. — Die wahre Ursach der Baumtrockniss der Nadelwälder durch die Naturgeschichte der Forlphalaene (Phal. Noctua piniperda) erwiesen u. s. w. von *I. A. Kob*, mit drey illuminirten Kupfertafeln. Nürnberg, 1786, et Frankfurt und Leipzig, 1790. 4.

Kratzenstein. — C. G. *Kratzensteins* Abhandlung von der Erzeugung der Würmer im menschlichen Körper. Halle, 1748, 8.

L. — v. *Linneus.*

Lamarck. — Histoire naturelle des animaux sans vertèbres etc. par M. le Chevalier *De Lamarck*, Tome 4me. Paris, 1817, 8.

Latreille. — Précis des charactères génériques des insectes, disposés dans un ordre naturel, par le citoyen *Latreille*, à Brieve, an 5, (1796), 8. — Idem auctor et Olivier in: Nouveau dictionnaire d' histoire naturelle appliquée aux arts etc. par une société de naturalistes et d' agriculteurs, avec des figures. Paris, 8. Tome II, XI, XX et XXIII, 1803, 1804. — Histoire naturelle générale et particulière des *crustacés* et des insectes, par *P. A. Latreille*, Tome III et XIII, Paris 1802 et 1805, 8. — Considérations générales sur l' ordre naturel des animaux composant les classes des crustacés, des arachnides et des insectes, etc. par *P. A. Latreille.* Paris, 1810, 8.

Lepechin. — Herrn *I. Lepechin* Tagebuch der Reise durch verschiedene Provinzen des russischen Reichs in den Jahren 1768 — 1769 aus dem Russischen übersetzt von M. C. H. Hase. Erster Theil. Altenburg, 1774, 4.

Leske. — vide *Karsten.*

L. seu *Linn.* aut *Linneus.* — *Caroli Linnaei Systema* Naturae. Lugduni Batavorum, 1735, Fol. maj. — Ejus-

dem *editio decima.* Tomus I. Holmiae, 1758, 8. (ad editionem decimam Holmiensem, Halae Magdeburgicae, 1760, 8). — Ejusdem *editio duodecima* reformata. Tomi I Pars II. Holmiae, 1767. 8. — Caroli Linnaei Animalia per Sueciam observata, in *Actis literariis et scientiarum Sueciae* anni 1736, cum figuris aeneis. Upsaliae, 4. — Ejusdem *Fauna Suecica*, Lugduni Batavorum, 1746. 8. Editio altera; Stockholmiae, 1761, 8.

Maier — vide *Preysler.*

Marsham. — Observations on the oeconomy of Ichneumon manifestator Linn. by *Th. Marsham* in Transactions of the Linnean Society. Vol. III. London, 1797. 4.

Moufetus. — Insectorum sive minimorum animalium theatrum, olim ab *E. Wottono, C. Gesnero* et *T. Pennio* inchoatum, tandem *T. Moufeti* opera etc. perfectum et ad vivum expressis iconibus supra quingentia illustratum. Londini, 1634. Fol.

Müller. — Zoologiae danicae *prodromus*, seu Animalium Daniae et Norwegiae indigenorum characteres nomina et synonyma imprimis popularium, auctore *O. F. Müller.* Havniae, 1776, 8. — Fauna Insectorum *Friedrichsdalina*, sive methodica descriptio insectorum agri Friedrichsdalensis etc. (auctore eodem). Hafniae et Lipsiae, 1764, 8.

Nees ab Esenbeck. — Ichneumonides adsciti in genera et familias divisi a Doctore *Nees ab Esenbeck*, in: Der Gesellschaft naturforschender Freunde zu Berlin Magazin für die neuesten Entdeckungen in der gesammten Naturkunde. Fünfter Jahrgang. Berlin, 1811, pag. 3. Sechster Jahrg., 1814, pag. 183. Siebenter Jahrg., 1815, pag. 243. — Lapton femoralis, eine

neue Ichneumonidengattung nebst einigen Bemerkungen über verschiedene, unter Ophion Fabr. stehende Ichneumoniden-Arten; vom Dr. *Nees von Esenbeck* in demselben Magazine. Siebenter Jahrg., 1815, pag 45. — Conspectus, vide Gravenhorst.

Oken. — *Okens* Lehrbuch der Naturgeschichte. Dritter Theil. Zoologie. Leipzig und Jena, 1815, 8.

Olaffen. — Des Vice-Lavmands *E. Olaffens* und des Landphysici *B. Povelsens* Reise durch Island u. s. w., beschrieben von E. Olaffen; aus dem Dänischen übersetzt, mit 25 Kupfertäfeln. Erster Theil. Koppenhagen und Leipzig, 1774, 4.

Olivier. — Encyclopédie methodique. Histoire naturelle. Insectes, par *M. Olivier.* Tome VII. Paris, 1792, 4.

Panzer. — *Faunae* Insectorum Germanicae Initia, oder: Deutschlands Insecten, gesammelt und herausgegeben von *G. W. F. Panzer.* 109 Hefte. Nürnberg, 1796—1809, 8 min. — Kritische *Revision* der Insektenfaune Deutschlands, nach dem System bearbeitet von C. W. F. Panzer; 1 bis 100 Heft. Zweites Bändchen, mit zwei illuminirten Kupfertafeln. Nürnberg, 1806, 8; auch unter dem Titel: Entomologischer Versuch, die Jurineschen Gattungen der Linneischen Hymenopteren nach dem Fabriciusschen System zu prüfen, in Bezug auf die in der deutschen Insektenfaune bekannt gemachten Gattungen und Arten dieser Klasse u. s. w. — *D. I. C. Schaefferi* Iconum Insectorum circa Ratisbonam indigenorum enumeratio systematica opera et studio *G. W. F. Panzeri*, oder: Systematische Nomenclatur über weiland Herrn D. I. C. Schaeffers natürlich ausgemahlte Abbildungen regensburgischer Insecten, von G. W. F. Panzer. Erlangen, 1804, 4.

Plinius. — *Caji Plinii secundi* Historiae mundi libri XXXVII (editionibus pluribus).

Poda. — Insecta musaei Graecensis, quae in ordines genera et species juxta Systema naturae Caroli Linnaei digessit *N. Poda.* Graecii, 1761, 8 min.

Pollich. — *I. A. Pollich* von Insekten, die in des Ritters von Linné Natursysteme nicht befindlich sind; in: Bemerkungen der kuhrpfälzischen physikalisch-oeconomischen Gesellschaft, vom Jahre 1779. Lautern, 1781, 4. — Idem auctor de insectis, quae in cel. Linnaei systemate naturae non prostant, in Novis Actis physico-medicis Acad. Caes. Leop. Carol. Naturae Curiosorum etc. Tom. VII. Norimbergae, 1783, 4.

Pontoppidan. — *Erich Pontoppidans* kurzgefasste Nachrichten, die Naturhistorie in Dännemark betreffend, aus dem Dänischen übersetzt, mit Kupfern. Kopenhagen und Hamburg, 1765, 4. — Ejusdem Dänischer Atlas, oder Beschreibung des Königreichs Dännemark, u. s. w. aus dem Dänischen übersetzt und mit Anmerkungen begleitet von *I. A. Scheiben.* Band I, Theil I. Koppenhagen und Hamburg, 1766, 4 maj.

Preysler. — Beobachtungen über Gegenstände der Natur auf einer Reise durch den Böhmer Wald im Sommer 1791, von *I. D. Preysler*, *I. T. Lindacker* und *I. K. Hoser*, in: Sammlung physikalischer Aufsätze, besonders die böhmische Naturgeschichte betreffend, von einer Gesellschaft böhmischer Naturforscher, herausgegeben von D. *I. Maier.* Dritter Band, mit Kupfern. Dresden, 1793, 8.

Pz. — vide *Panzer.*

Rajus. — Historia Insectorum, autore *Joanne Rajo*, opus posthumum. Londini, 1710, 4.

Razoumowsky. — Histoire naturelle du Jorat et de ses environs et celle des trois lacs de Neufchatel, Morat et Bienne etc. par Mr. le Cte G. de *Razoumowsky.* Tome I, à Lausanne, 1789, 8.

Réaumur. — Mémoires pour servir à l'histoire des Insectes par M. de *Reaumur.* Tome II, IV et VI à Paris, 1736, 1738, 1742, 4.

Retzius. — Caroli De Geer Genera et species Insectorum e generosissimi auctoris scriptis extraxit, digessit, latine quoad partem reddidit et terminologiam insectorum Linneanam addidit *A. I. Retzius.* Lipsiae, 1783, 8.

Riche. — In: Actes de la société d'histoire naturelle de Paris. Tome I, Partie I, à Paris, 1792. Fol.

Roesel. — Der monatlich herausgegebenen Insecten-Belustigung zweiter Theil, welcher acht Classen verschiedener Insecten enthält; alle nach ihrem Ursprung etc. beschrieben und in sauber illuminirten Kupfern vorgestellt von *A. J. Rösel*, Nürnberg, 1749, 4. (Abtheilung: von Hummeln und Wespen).

Rossi. — *Fauna* Etrusca, sistens insecta quae in provinciis Florentina et Pisana praesertim collegit *P. Rossius;* Tomus II, Liburni, 1790, 4; iterum edita et annotatis perpetuis aucta a *D. C. Illiger.* Tomus II. Helmstadii, 1807, 8. — *Mantissa* insectorum, exhibens species nuper in Etruria collectas a *P. Rossio.* Tomus II. Pisis, 1794, 4.

Schaeffer. — D. *I. C. Schaefferi Icones* insectorum, circa Ratisbonam indigenorum, coloribus naturam referentibus expressae. Volumina tria. D. I. C. Schaeffers natürlich ausgemalte Abbildungen regensburgischer Insecten. Drei Bände. Regensburg, 1766, 4. —

Ejusdem *Elementa* entomologica. CXXXV tabulae, aere excusae, floridisque coloribus distinctae. Einleitung in die Insectenkenntniss. 135 ausgemalte Kupfertafeln. Regensburg, 1766, 4.

Scharfenberg. — Vollständige Naturgeschichte der schädlichen Forstinsecten u. s. w., herausgegeben von *I. M. Bechstein* und *G. L. Scharfenberg.* Dritter Theil. Leipzig, 1805, 4. Die schonungswerthen oder nützlichen Forstinsecten, pag. 953—976.

Schellenberg. — Entomologische Beiträge, von *I. R. Schellenberg.* Erstes Heft. Winterthur, 1802, 4.

Schrank. — *Beiträge* zur Naturgeschichte von *F. von Paula Schrank.* Leipzig, 1776, 8. — *Entomologische Beiträge*, von demselben, in: Schriften der berlinischen Gesellschaft naturforschender Freunde, 1. Band, mit Kupfern. Berlin, 1780, 8. — *F. de Paula Schrank* Enumeratio Insectorum *Austriae* indigenorum; cum figuris. Augustae Vindelicorum, 1781, 8. — Verzeichniss beobachteter Insecten im Fürstenthume *Berchtesgaden*, von *F. von Paula Schrank*, in: Neues Magazin für die Liebhaber der Entomologie, herausgegeben von *I. C. Füessly.* Zweiter Band. Zürich, 1785, 8. — *F. von Paula Schrank* Baiersche *Reise*, mit Kupfern. München, 1786, 8. — Sammlung naturhistorischer und physicalischer *Aufsätze*, herausgegeben von demselben; mit Kupfern. Nürnberg, 1796, 8. — Fauna *Boica.* Durchgedachte Geschichte der in Baiern einheimischen und zahmen Thiere, von demselben. Zweyter Band; zweyte Abtheilung. Ingolstadt, 1802, 8.

Scopoli. — *I. A. Scopolii* Entomologia *carniolica*, exhibens insecta Carnioliae indigena et distributa in ordines genera species varietates, methodo Linneana. Vindobonae, 1763, 8. — *Deliciae* Florae et Faunae Insu-

bricae, seu novae aut minus cognitae species plantarum et animalium, quas in Insubria austriaca tam spontaneas quam exoticas vidit descripsit et aeri incidi curavit *I. A. Scopoli*. Pars I. Ticini, 1786, Fol.

Spinola. — Insectorum Liguriae species novae aut rariores, quas in agro Ligustico nuper detexit descripsit et iconibus illustravit *M. Spinola*, adjecto catalogo specierum auctoribus jam enumeratarum, quae in eadem regione passim occurrunt. Tomus II; fasciculos sistit 2, 3 et 4. Genuae, 1808, 4.

Strack. — *Aristoteles* Naturgeschichte der Thiere, übersetzt von *Dr. F. Strack*. Frankfurt am Mayn, 1816. 8.

Stroem. — Beskrivelse over norske Insecter, ved *Hans Stroem*; forste Stykke, andet Stykke, in: Det Trondhiemske Selskabs Skrifter. Tredie et fierde Deel, med Kobbere. Kiobenhavn, 1765 et 1768, 8. (Tomus quartus sub titulo: Det Kongelige norske Videnskabers Selskabs Skrifter). — Beschreibung norwegischer Insekten. Erstes Stück, von *I. Stroem*, in: Der Drontheimischen Gesellschaft Schriften; aus dem Dänischen übersetzt. Dritter Theil; mit Kupfern. Kopenhagen und Leipzig, 1767, 8.

Sulzer. — Die *Kennzeichen* der Insekten, nach Anleitung des königl. schwed. Ritters Karl Linnaeus, durch XXIV Kupfertafeln erläutert, und mit derselben natürlichen Geschichte begleitet, von *I. H. Sulzer*. Zürich, 1761, 4. — Dr. *Sulzers* abgekürzte Geschichte der Insekten, nach dem Linneischen System. Erster und zweiter Theil, Winterthur, 1776, 4.

Swammerdam. — *Joannis Swammerdam* etc. Historia Insectorum generalis, ofte Allgemeene Verhandeling van de bloedeloose Dierkens etc. Het I Deel; met

vytgesogte afbeeldingen verrykt. Utrecht, 1669, 4 min. — *Joannis Swammerdamii* Historia insectorum generalis; ex Belgica latinam fecit *H. C. Henninius.* Lugduni Batavorum, 1685, 4.

Thunberg. — Novae *Insectorum* species descriptae a *C. P. Thunberg*, in: Novorum Actorum Regiae Societatis Scientiarum Upsaliensis Volumine quarto, Upsaliae, 1784, 4. — Insecta Hymenoptera, illustrata a *C. P. Thunberg.* Pars I. *Ichneumonidea*, in: Memoires de l' Academie impériale des sciences de St. Petersbourg. Tome VII. St. Petersbourg, 1822, 4.

Trentepohl. — Revisio critica generis Ichneumonis specierum, quae Kiliae in Cl. Fabricii museo adhuc superstites sunt. Sectio I. auctore *L. I. Trentepohl.* Kiliae, 1825, 4. (Eadem Trentepohlii revisio iterum edita et continuata est in: Isis von Oken, 1826, 1 bis 3 Heft. Jena, 1826, 4).

Villers. — Caroli Linnaei Entomologia, Faunae Sueciae descriptionibus aucta; D. D. Scopoli, Geoffroy, De Geer, Fabricii, Schrank etc. speciebus, vel in systemate non enumeratis, vel nuperrime detectis, vel speciebus Galliae australis, locupletata, generum specierumque rariorum iconibus ornata, curante et augente *Carolo de Villers.* Tomus tertius. Lugduni, 1789, 8.

Walckenaer. — Faune parisienne. Insectes; ou Histoire abregée des Insectes des environs de Paris, classés d'après le système de Fabricius etc., accompagnée de sept planches gravées, par *C. A. Walckenaer.* Tome II. Paris, an XI (1802), 8.

NOMINA

URBIUM, PAGORUM, MONTIUM, ALIORUMQUE LOCORUM, QUORUM IN HAC ICHNEUMONOLOGIA MENTIO FACTA EST.

Abo, urbs Fenniae.
Ahdenstedt, pagus hildesiensis.
Alfort, urbs Galliae.
Altona.
Altwasser, oppidulum silesiacum.
Barterode, pagus hannoveranus.
Bautzen, oppidum lusaticum.
Berlin.
Bonn.
Bremen.
Brieg, urbs in Silesia.
Brunsuiga, Braunschweig.
Carlsbrunn, fontes salutares in Silesia austriaca.
Casan.
Caucasus.
Celle, urbs hannoverana.
Chamonix, vallis in Sabaudia.
Cosel, pagus silesiacus prope Vratislaviam.
Cracau.

Creminiecz, urbs in Volhynia.
Cudowa, pagus in Silesia.
Dresden.
Flinsberg, oppidulum in Silesia.
Florenz.
Freiburg in Brisgovia.
Fürstenstein, arx Comitis de Hochberg in Silesia.
Gleichen, colles duo in confiniis Hannoverae et Hassiae.
Göttingen.
Grolnde, pagus prope Gottingam.
Grunwitz, pagus silesiacus.
Gryphiswalda, Greifswalde.
Habelschwerdt, oppidum silesiacum.
Halle, Hala Saxonum.
Hamburg.
Hannover.
Havnia, Coppenhagen.
Heidelberg.
Heidersdorf, pagus silesiacus.
Helmstedt.
Hennersdorf, pagus silesiacus.
Herzberg, urbs in Hercynia.
Hirschberg, urbs in Silesia.
Idria.
Kiel.
Kochs Lust, caupona in colle, *Heimberg* dicto, prope Gottingam.
Landeck, oppidum silesiacum.
Landshut, oppidum silesiacum.
Langenau, pagus silesiacus.
Leerte, pagus lunaeburgensis.
Leipzig.
Lobenstein, pagus in Silesia austriaca.
London.
Lugdunum, Batavorum.
Marienthal, monasterium in Lusatia superiore.

Marseille.
Meffersdorf, pagus in Lusatia borussica.
Meiningen.
Militsch, oppidulum Silesiae.
Moeckern, pagus Marchiae mediae.
Monachium, München.
Montpellier.
Moscau.
Münden, urbs hannoverana.
Neisse, urbs in Silesia.
Netley, in Anglia.
Neuschöneberg, pagus prope Berolinum.
Niesky, oppidum in Lusatia.
Nürnberg.
Oberkirchen, mutandum est in *Hubertkirchen*, fabrica ferri in Silesia austriaca.
Oedelem, pagus hildesiensis.
Oldenburg.
Paris.
Parma.
Pepelwitz, pagus prope Vratislaviam.
Pichelsberg, pagus in Marchia media.
Pirschen, pagus silesiacus.
Pless, oppidum in Silesia superiore.
Plesse, ruinae arcis montanae prope Gottingam.
Prag.
Regiomontium, Königsberg.
Reichenstein, oppidum silesiacum.
Reiftraeger, mons in Sudetis Silesiae.
Reinerz, oppidum silesiacum.
Reinhausen, pagus prope Gottingam.
Salzbrunn, pagus silesiacus.
Salzwedel, oppidum hannoveranum.
Sarepta.
Scheidnich, pagus prope Vratislaviam.
Schleiwitz, pagus silesiacus.

Schneeberg, mons in comitatu Glazensi.
Schneekoppe, cacumen altissimum Sudetarum Silesiae.
Sibyllenort, pagus silesiacus.
Sickershausen, pagus in Franconia.
Skarsine, pagus silesiacus.
Steglitz, pagus Marchiae mediae.
Stralsund.
Stutgard.
Szobor, mons prope urbem *Neutra* in Hungaria.
Taurinum, Turin.
Ticinum, Pavia.
Tigurum, Zürich.
Toeplitz, oppidum in Bohemia.
Trajectum ad Moenum, Francofurtum.
Trajectum ad Viadrum, Francofurtum.
Trentschin, oppidum Hungariae superioris.
Treschen, pagus silesiacus.
Upsal.
Vindobona, Wien.
Vratislavia, Breslau.
Warmbrunn, oppidulum Silesiae.
Woelfelsgrund, vallis sub monte Schneeberg in comitatu Glazensi.
Zittau, oppidum lusaticum.
Zobten, oppidum et mons in Silesia.



PROLEGOMENA.

CAPUT I.

Historia culturae Ichneumonidum.

Piezatorum genera, quorum feminae ova in larvas aliorum insectorum, rarius in ova eorum, aut in insecta perfecta, praecipue autem in erucas papilionum, deponunt, quorumque larvae, ex ovis istis provenientes, in corpore erucarum ipsarum degunt, donec in pupam transmutantur, hodie generaliter nomine *Ichneumonum* seu *Ichneumonidum* designantur.

Num haec insecta, seu vitae eorum ratio, temporibus remotissimis jam nota fuerint, plane incertum est: In *Aristotelis* historia naturali animalium nullum illorum invenitur vestigium manifestum. *Strack*, translator illius operis philosophi graeci, putat quidem (pagina 256, in nota 160)

Aristotelem, ubi, in §. 6 capitis XVII libri V, de bombylio et necydalo loquitur, mutationem et proventum Ichneumonis cujusdam observasse, nec vero satis clare explicasse, sed haec opinio mera est hypotesis, nulloque argumento firmo suffulta. Recte autem monet Strack, illam Piezatorum speciem, quam Aristoteles nomine *Ichneumonis* designavit, nullo modo ad nostros Ichneumones referri posse, sed *Sphegem* esse, nam larva ejus haud in vivis erucis insectisve degit, sed ille Aristotelis Ichneumon araneas perimit easque fert in nidum suum, id quod haud Ichneumonum nostratium sed Sphegum moribus respondet. — Nec apud *Plinium secundum* vestigia notionis circa Ichneumones invenimus, sed Romanus noster, in capite XXI libri XI, verba ipsa Aristotelis repetiit. — Primus qui, quod sciam, evolutionis Ichneumonum mentionem fecit, *Aldrovandus* est. Pagina 100, ubi de coitu et partu papilionum disseritur, auctor haec profert verba: »Observavi bis erucam, quam inter »brassicas ceperam, primo parere ova lutea, tenui »etiam involuta lanugine, iisque editis in chrysali»dem commutari, eisdem quo illa fuerat coloribus, »luteo, viridi, et nigro, et, quod mirum mihi vide»batur, ex iis ovis volucria erumpere animalcula »adeo exigua, ut visum fere subterfugerent, qualia »scilicet in vesicis ulmorum reperiri solent. Qua»tuor habebant alas, Papilionum more, sed coire »eas non observavi. Colore sunt viridi ac luteo, »atris respersa maculis superne, inferne tota sub»lutea.« Quisque perspiciet, Aldrovandum hoc

loco folliculos larvarum cujusdam speciei Microgastrorum, ex eruca papilionis brassicae proruptarum, pro ovis erucae ipsius habuisse. Eadem pagina autem narrat auctor: »Alia eruca, cum ex »ea pulchrum quemdam expectarem papilionem, »mihi peperit ova numero quadraginta, magnitu»dine grani tritici, luteo colore, tenui obducta »cartilagine, in quorum singulo inerat vermiculus, »sed numquid postea ex hisce vermibus fierent »chrysalides, ut verisimile est, ut verum fatear, »nescio qua incuria haud observavi.« — Paulo post (1634) *Moufet* quosdam Ichneumonides publici juris fecit: Ejus secunda muscarum longarum species sine dubio est *Pimpla instigator*. Tertia quoque ad Ichneumonides adhibenda esse videtur, sed incerta est. Eadem pagina 63 auctor, sub nomine muscarum bipilium, Foenos descripsisse et icone exhibuisse videtur. Pagina 64 Tripilium muscarum prima *Pimpla* esse potest; altera certo hujus generis est, et quidem *Pimpla manifestator*, aliave, illi affinis. Sed vitae ratio horum insectorum auctori omnino fugisse videtur. — Eodem fere tempore *Goedart*, studio et amore mores et metamorphosin insectorum, praeprimis papilionum, observans, saepius, se invito, ex erucis et chrysalidibus eorum Ichneumones educavit. Omnia autem, quae vidit et observavit, descripsit iconibusque illustravit. Licet autem Goedart jam anno 1635 his studiis deditus fuerit, tamen liber ejus, de metamorphosi insectorum, haud prius quam anno 1662 in lucem prodibat.

Ichneumon, in parte II, sub n. 37, fig. 3 exhibitus, Ophion est, a nonnullis auctoribus ad *Ophionem luteum* adhibitus, quocum etiam congruit; n. 16, fig. 8 aut Ichneumon genuinus est aut mas Ophionis cujusdam; n. 29, fig. 5, nec non Partis I, n. 47, fig. 1, et n. 58, fig. 2 ad Ichneumonides referri debent. — Goedartum sequebatur celeberrimus *Swammerdam*, qui ingeniose insecta, secundum varios modos mutationis, in ordines digessit. *Pseudosphecae*, quae vel ad tertium vel ad quartum ordinem pertinent (pag. 94 et 133), nostros quoque Ichneumonides complectuntur, quorum plures, secundum habitationem et metamorphosin larvarum, ab auctore celeberrimo descripti sunt. Ad pseudosphecas etiam refertur musca devorator (Verslinder) Goedarti, ita denominata, quod araneas e medio tollere solet, unde, e sententia Swammerdamii, commodius ei nomen esse possit *Vespae Ichneumonis*. Ex his apparet, tempore Swammerdamii haud nostros Ichneumonides, sed Spheges, nomine *Vesparum Ichneumonum*, quo jam Aristoteles, ut supra mentio facta est, de Sphege araneas interficiente, usus est, designatos esse. — Versus finem hujus saeculi *Ray* quoque florebat. Historia insectorum ejus quidem demum anno 1710, post obitum Raji, in lucem prodiit, auctor vero jam anno 1667 incumbebat in observationes de Ichneumonibus, quod ipse, pagina 254 libri laudati, testatur. Ray caeterum primus nomen Ichneumonum in ea quoque Piezata transtulisse videtur, quae hodie sola nomine illo

designantur. Pagina XV auctor dicit: »Muscae »illae audaces, quas *Vespas Ichneumones* vocant, »in corpora erucarum ova sua immittunt;« quae quidem verba ad nostros Ichneumonides adhibenda sunt. Paginis 253—259 species 29 descriptae sunt; sed e descriptione speciei 11, erucas in cuniculum deportantis, quem sibi prius in terra excavaverat, patet, Rajum etiam *spheges veros* inter Vespas Ichneumones recensuisse. Species 14 autem *Crabro cribrarius* esse videtur.

Studium insectorum, saeculo decimo septimo incitatum, decimo octavo surrigebat, sensimque increscebat ad amplitudinem immensam. Etsi vero entomologi plurimi ad Glossata et Coleoptera propensiores erant, Ichneumones tamen haud negligebantur; sed singula hujus saeculi decennia plures viri celebres ornant, etiam de Ichneumonibus bene et optime meriti. Primo decennio adhuc vivebat *Ray*, supra jam laudatus. — Secundo *Albin*, inter insecta britannica, Ichneumones quoque descripsit. — Tertio noster *Frisch* descriptiones suos insectorum edere incipiebat, copiam haud contemnendam observationum exactissimarum circa historiam naturalem et mutationem horum animalium exhibens. Ingenio studioque sedulus, partes externas corporis Piezatorum examini exactissimo anatomico subjiciebat, denominationibusque aptissimis designabat; ipsorum instrumentorum ciberiorum fabricam et structuram optime cognoscebat (conferas Fasc. II, Cap. II, tabulam II), nec minus accurate contextum alae, formasque et situs cellularum

ejus, non solum descripsit sed etiam ad distinguenda genera adhibuit (v. c. Pepsin et Ophionem pagina 12 forma diversa cellularum distinxit). Tabulae omnes descriptionum Insectorum probant, auctorem cellulas istas praecipue respexisse. Sed coaetanei ejus, et qui paulo post eum scribebant Entomologi, partes illas omnino negligebant, donec, versus finem hujus et initio sequentis saeculi, Fabricius et Jurine, ille instrumentis cibariis, hic alterum cellulis, ad stabilienda genera usi sunt. Auctor laudatus plurium ichneumonum metamorphosin vidit et descripsit. In fasciculi V pagina 84 Frisch miratur magnam copiam specierum generis Ichneumonum, gloriaturque, se hic jam decimam sextam earum describere. Bone Frischi, quid hodie diceres! — Decennium quartum nominibus *Linnaei* et *Reaumurii* celebratum est. Ille anno 1735 Systema suum naturae primo edebat, et in ordine secundo Insectorum, Angioptera (i. e. Glossata, Neuroptera, Hymenoptera et Diptera) continente, genus Ichneumonum, »cauda aculeo partito, alis quatuor,« designabat. Praeterea quoque, anno sequente, in Actis suecicis, animalia per Sueciam observata recensebat, inter quae etiam Ichneumones quosdam. — Quis autem haud nosceret commentationes *Reaumurii*, quantitate et qualitate observationum et experimentorum, circa historiam naturalem insectorum institutorum, praestantes. Auctor etiam plures Ichneumones, eorumque ortum et metamorphosin, descripsit. — In decennio quinto *Linnaeus* con-

nuabat scrutatores naturae operibus ingenii et studii sui donare. Fauna suecica ejus plures novas species Ichneumonum exhibebat. — *Reaumur* ultimum tomum commentationum suarum publici juris faciebat. — *Roesel* autem illius vestigia premebat, observator oculatissimus, pictor egregius, qui multa insecta, praecipue glossata, et mutationes eorum, descripsit et iconibus elegantissimis atque accuratissimis illustravit. Pars secunda deliciarum ejus (Insectenbelustigung) plures etiam Ichneumones exhibet. — Decennium sextum introducebat *DeGeerum* et, cum eo, multas novas observationes et experimenta circa insecta eorumque naturam et vitam. Auctor plures Ichneumones educavit, haecque insecta, secundum novam methodum, in novem classes distribuit (pagina 558 Tomi I): I. Antennis apicem versus sensim gracilioribus; abdomine haud petiolato, basi thoracis latitudine vel paulo angustiore, appendice elongata terminali (Sirices). II. Antennis apicem versus sensim gracilioribus; abdomine elongato subcylindrico, apicem versus plerumque crassiore, petiolo brevi (Pimpla e. g. persuasoria, manifestator etc.). III. Antennis apicem versus sensim gracilioribus; abdomine ovato elongato, petiolato (Ichneumon e. g. luctatorius, grossorius etc.). IV. Antennis apicem versus gracilioribus; abdomine petiolato compresso, plerumque falcato (Ophion e. g. luteus, ramidulus, etc.). V. Antennis apicem versus gracilioribus; abdomine petiolato, apice globoso (Sigalphus irrorator). VI. Ab-

domine petiolato, dorso thoracis infixo. (Evania et Foenus). VII. Antennis ramosis (Eulophus Geoffr.). VIII. Antennis filiformibus; corpore plerumque minuto (Codrus, Psilus etc.). IX. Antennis moniliformibus, apicem versus crassioribus, ut plurimum brevibus, interdum brevissimis; corpore plerumque minuto (Diplolepis, Cleptes). Postea vero, in tractatu 16 Voluminis secundi, auctor, Linneum secutus, familiam primam, seu Sirices, ab Ichneumonibus sejungebat, et Ichneumones apteros in familiam peculiarem segregabat. Caeterum autem Degeer jam sciebat, saepius unius ejusdemque speciei mares antennas unicolores, feminas antennas alboannulatas habere. — In editione decima Systematis Naturae *Linnaeus* quoque plures novas species Ichneumonum describebat; sejungens autem ab illis, atque in novum genus, *Sphex* adpellatum, congregans illa insecta, quae originitus ab Aristotele inde ad Swammerdamii tempora Ichneumones nominata erant. Inter hodiernos Ichneumones ergo nulla est species Ichneumonum veterum. Caeterum autem hoc genus a Linnaeo in septem familias dispescebatur, quarum 1 abdomine sessili mucronato (Sirices), 2—6 colore scutelli et antennarum (Ichneumones genuini), 7 corpore minuto, antennis filiformibus, abdomine ovato sessili (Diplolepides etc.), definitae sunt.

Opera virorum celebratorum, jam recensitorum, valde excitabant et incitabant amorem rerum naturalium et ardorem scrutatorum, ita ut horum

numerus fere indies augeretur. Eorum, qui etiam de Ichneumonidibus bene meriti sunt, in decennio septimo multi commemorandi sunt: Anno 1761 *Linnaeus*, in editione altera Faunae Sueciae, pluribus aucta speciebus, familiam Ichneumonum primam in novum genus redigebat, nomine *Siricis* designatam. — Eodem anno *Poda* Insecta Musaei graecensis edebat; Ichneumones autem in tres familias distribuit: I. Abdomine sessili mucronato (Sirices); II. Scutello thoracis concolore, antennis nigris setaceis (Bracones alis obscuris); III. Alis hyalinis (Ichneumones genuini etc.). Quidam Ichneumones genuini autem in genere Sphegum militant, e. g. *Sphex disparis* est noster Trogus flavatorius, *Sphex annularis* noster Ichn. extensorius, *Sphex truncata* noster Ophion ramidulus. — *Brünniche* inter Insecta Siaellandica plures enumerabat Ichneumonides. — *Sulzer* etiam, in characteribus Insectorum (Kennzeichen der Insecten), hoc genus dilucidabat. — Anno 1763 *Scopoli* edebat Entomologiam carneolicam. Genus Ichneumonum, aculeo exserto, vagina bivalvi, definitum, in duas dispescitur familias: I. Alis posticis plicatis, abdomine apice mucronato (Sirices). II. Alis omnibus planis, nec plicatis (Ichneumonides). *a*) Antennis fascia albida; *b*) Antennis totis nigris. Quidam Ichneumonides autem, aculeo recondito, in genere Sphegum latent: *Sphex truncata* Scopolii noster Ophion ramidulus est; *Sphex crassicornis*, cujus larva in pupis Sphingis Tiliae et Phalaenae disparis degit, noster Trogus flavatorius;

Sphex vespoïdes sine dubio ad Metopios adhibendi est, necatorio et micratorio cognata. — Anno 1764 *Geoffroy* Volumen secundum Historiae Insectorum edebat. Auctor a genere Ichneumonum Linnaei removebat: 1) Familiam primam (quam Linnaeus ipse jam anno 1761, sub nomine Siricis in peculiare genus segregaverat), eamque in genus proprium, *Urocerus* adpellatum, collocabat; 2) plurimas species familiae ultimae, earumque alias cum genere *Cynipum* conjungebat, alias autem in novum genus, *Diplolepis* adpellatum, antennis filiformibus quatuordecim-articulatis, abdomine ovato, ad latera compresso, subtus acuto, petiolo brevi thoraci connexo, definitum, redigebat. Classem septimam Ichneumonum Degeeri quoque ad gradum generis peculiaris tollebat, sub nomine *Eulophi*. Caeterum auctor plures species novas Ichneumonum, quasdam feminis apteris, descripsit; Spheges vero etiam cum Ichneumonibus miscuit; nam species 68, alia insecta, imprimis araneas magnas, obruens et devorans, Sphex est, veraque Vespa Ichneumon auctorum veterum; species 74 quoque vera est Sphex. — Eodem anno etiam *O. F. Müller*, in Fauna Fridrichsdalina, et *Pontoppidan*, in historia naturali Daniae, plures Ichneumones recensebant. — Anno 1765 *Stroem*, inter Insecta norwagica, quosdam etiam Ichneumones describebat. — Anno 1766 celeberrimus *Schaeffer*, sedulus rerum naturalium descriptor et pictor, Elementa entomologica et Icones Insectorum Ratisbonensium edebat, inter quae multos

quoque Ichneumones. — Anno 1767 Systematis naturae *Linnaei* editio duodecima reformata apparebat, numero specierum Ichneumonum aucto. — Annis 1768 et 1769 *Lepechin*, in itinere per Rossiam, quosdam Ichneumones describebat. — Initio decennii octavi *Olaffen*, in descriptione itineris per Islandiam, quorundam etiam Ichneumonum, illic observatorum, mentionem faciebat. — Anno 1775 *Fuesslin* edebat catalogum Insectorum Helvetiae, etiam Ichneumonum copiam exhibentem. — Eodem anno *I. C. Fabricius* Systema Entomologiae promulgabat: Auctor, e Linnaei discipulis, methodum Linnaeanam autem prorsum relinquens, characteres generum Insectorum e solis instrumentis cibariis desumens, genus Ichneumonum Linnaeanum, forma labii antennarumque definitum, caeterum immutatum recipiebat, attamen *Mutillam acarorum* et *formicariam* Linnaei ei consociabat. Familias Linnaeanas quoque retinebat; sed Ichneumones apteros, inter quos etiam illas Mutillas Linnaei, abdomine petiolato gaudentes, contra leges naturae et systematis, inter familias sextae Ichneumones minutos, abdomine sessili, collocabat. — Anno 1776 *Fabricius* characteres generum, ex oris partibus sumtos, fusius explicabat. — *Sulzer*, in historia naturali Insectorum, Ichneumones, secundum methodum Linnaeanam, tractabat. — *O. F. Müller*, in Zoologiae danicae prodromo, familias Ichneumonum Linnaeanas fere immutatas retinebat, pluresque novas species hujus generis designabat. — *Schrank* quoque, in

Symbolis ad historiam naturalem, plures Ichneumones describebat. — Anno 1779 *Pollich* species insectorum, in Systemate Linnaei desideratas, edebat, inter quas etiam pulchram Ichneumonidum speciem. — Anno 1780 *Schrank*, in Symbolis entomologicis, quosdam etiam Ichneumones describebat. — *O. Fabricius*, in Fauna Groenlandica descriptionem Ichneumonis moderatoris exhibebat. — Anno 1781 *I. C. Fabricius* Species Insectorum edebat, inter quas etiam plures novos Ichneumones. — *Schrank* Enumerationem Insectorum Austriae publici juris faciebat et, licet in genere Ichneumonum familiis Linnaeanis usus sit, haec tamen verba, pagina 376, addebat: »Mihi »quidem nullum dubium est, in hoc genere saepe »contingere, ut idem insectum, sed sexu diversum, »diversa sortiatur nomina. Nec confusioni facile »medela invenitur, a casu solummodo et diuturno »tempore expectanda est, quandoquidem nec larva, »et haec plerumque ad declarationem consumma»tam abscondita, nec habitatio victusque, quid»quam decidunt. Illud praeterea observasse mihi »videor, divisionem hujus generis insectorum, »quae ab antennis albo-annulatis et unicoloribus, »a scutello flavicante et thoraci concolore, statui»tur, quamque et ego, illustris Linnaei secutus »exemplum, adhibui, invita natura a notis istis »desumi«. Caeterum vero auctor Ichneumones duos apteros (840 et 841) sub genere Mutillarum quidem descripsit, confitetur autem ipse, has species nihil aliud esse, quam Ichneumones veros apte-

ros, quales etiam Geoffroi et Fabricius jam descripserunt. — Anno 1783 *Pollich* iterum descriptiones Insectorum, quae in Linnaei Systemate Naturae non prostant, edebat. — *Retzius* conspectum concinnavit insectorum, quae Degeer in opere suo magno, supra jam laudato, tractaverat. — Anno 1784 *Thunberg*, inter novas Insectorum species, etiam Ichneumones quosdam describebat. — Anno 1785 *Fourcroy* catalogum Insectorum parisiensium edebat, in quo, praeter Insecta Geoffroiana, plures novae species, et inter has etiam Ichneumones nonnulli, diagnosibus brevibus descripti sunt. — Anno 1786 *Scopoli*, in Deliciis insubricis, quosdam Ichneumones describebat. — *Schrank*, in itinere bavarico, plures horum insectorum observabat. — Anno 1787 *Herbst*, continuator Historiae animalium, a Borowskyo inchoatae, Ichneumones etiam describebat. — *I. C. Fabricius*, in Mantissa Insectorum, species plures novas Ichneumonum promulgabat. — Anno 1788 *Gmelin*, in Tomo primo Systematis naturae Linnaei editionis decimae tertiae, genus Ichneumonum, cum familiis ejus Linnaeanis, immutatum retinebat; sed omnes novas Ichneumonum species, ab aliis auctoribus descriptas, ei inserebat, omni tamen discrimine critico neglecto. — Anno 1789 *Villers* Entomologiam Linnaei seorsim edebat, multis speciebus novis, etiam in genere Ichneumonum, locupletatam. Auctor quoque plures species apteras in genus illud suscepit, sed *Ichneumonem acarorum* et *formicarium* sub genere Mutillarum retinuit,

addita tamen adnotatione, has duas species forsan ad Ichneumones referendas esse. — *Razoumovsky*, in historia naturali montis Jorat, quosdam Ichneumones describebat. — *Karsten*, in catalogo Musei Leskeani, plures Ichneumonum species, nondum editas, brevibus diagnosibus exhibebat. — Anno 1790 *Rossi* inter Ichneumones etruscos plures species novas describebat. Generi Ichneumonum auctor characteres Fabricianos praefixit, sed familias Linnaeanas retinuit. — *Kob* et *Panzer*, in opere de vastatione arborum aquifoliarum, Ichneumonum quoque notionem adaugebant. In hoc opere Panzer insecta recensita nominibus systematicis designavit, Kob historiam naturalem eorum narravit. — Anno 1791 *Christ*, in libro de Apibus et Vespis, Ichneumones methodo Linnaeana tractabat, sed apteros in familiam peculiarem colligebat, et species familiae octavae, quae sextae Linnaei respondet, nomine Cynipsichneumonum designabat. — Anno 1792 *Olivier*, in Encyclopaedia methodica Gallorum, sub articulo Ichneumonum, methodum Linnaeanam secutus, plures novas species describebat. — *Riche* quoque, in Commentariis Societatis parisiensis, ad amplificationem generis Ichneumonum contribuebat. — Anno 1793 *I. C. Fabricius* Entomologiam systematicam edebat, multis novis speciebus, etiam in genere Ichneumonum, auctam. — *Preysler*, in Collectaneis Societatis bohemicae, quosdam Ichneumones Bohemiae describebat. — Anno 1794 Mantissa insectorum *Rossii* nonnullos Ichneumones exhibebat. —

Anno 1796 *Schrank*, in collectione tractatuum physicorum, quosdam Ichneumones promulgabat. — *Panzer* Faunam Insectorum Germaniae, opus egregium, inchoabat, cujus centuria prima fasciculorum anno 1805 conficiebatur; utinam haec fauna nunquam interrupta fuisset. Plurium etiam Ichneumonum icones elegantes exhibet. — Eodem anno *Latreille*, cujus methodus nostro tempore, de methodo Fabriciana victoriam reportavit, primum conspectum characterum generum Insectorum edebat. Auctor species Ichneumonum, abdomine compresso petiolato, petiolo dorso metathoracis inserto, tibiis posticis incrassatis, in genus peculiare, *Gasteruption* adpellatum, segregabat. — Anno 1797 *Marsham*, in Commentationibus Societatis Linnaeanae, observationes de oeconomia Ichneumonis manifestatoris promulgabat. — Anno 1798 *Fabricius*, in Supplemento Entomologiae, ex agmine Ichneumonum tria nova genera, characteribus distinctivis ex oris partibus desumtis, segregabat, nempe: 1) *Banchos*, capite transverso; abdomine vix petiolato, compresso, apice acuto absque aculeo etc.; 2) *Ophiones*, capite transverso; abdomine elongato petiolato falcato (compresso), postice clavato, aculeo brevissimo, etc.; 3) *Foenos*, seu eosdem Ichneumones, quos jam anno 1796 Latreille, sub nomine *Gasteruptiorum*, in genus peculiare removerat. — *Cederhielm*, in Fauna ingrica, etiam Ichneumones illius regionis recensebat. — Anno 1799 decas prima illustrationum iconographicarum *Coqueberti* in lucem pro-

dibat, secunda anno 1802, Entomologisque quasdam species Ichneumonum exhibebant. — Annus 1802 fertilis erat productis entomologicis: *Schrank*, in Tomo secundo Faunae boicae, multos Ichneumones describebat, eosque in sex familias dispescebat. Methodum Linnaeanam, praeternaturalem autem, characteres familiarum a colore antennarum et scutelli desumendi, relinquens, rectius ad methodum Degeeri fere oblitam reversus est, et characteres illos a forma abdominis desumsit. Familiae Schrankii hae sunt: I. Abdomine petiolato compresso (Ophiones). II. Abdomine petiolato subcylindrico. III. Abdomine obverse lanceolato. IV. Abdomine petiolato ovato (Ichneumones). V. Abdomine sessili (Pimplae). VI. Ichneumones minuti. In nota, quae huic generi, paginis 311—316, addita est, auctor confitetur, agmen Ichneumonum in pluria genera disjungi posse, eorumque sex proponit: I. *Incubus;* palpis quatuor, anticis longioribus; lingua nulla; antennis integris (haud fractis) filiformibus multiarticulatis, articulis distinctis; abdomine forma diversa; aculeo exserto; e. g. Ichn. aphidum (*Microgastri*). II. *Comedo;* palpis quatuor, anticis longioribus; lingua nulla; antennis fractis simplicibus (haud ramosis); abdomine forma diversa; aculeo exserto; e. g. Ichn. larvarum (*Cleptes;* Degeeri familia 9). III. *Pnigalio;* palpis quatuor, anticis longioribus; lingua nulla; antennis ramosis; abdomine forma diversa; aculeo exserto; e. g. Ichn. pectinicornis Linn. (*Eulophus* Geoffr. Degeeri

familia 7). IV. *Paniscus*; palpis quatuor, anticis longioribus, antennis integris simplicibus multiarticulatis setaceis; abdomine falcato; aculeo exserto; e. g. Ichneumon luteus (*Ophiones*, Degeeri familia 4). V. *Ichneumon*; palpis quatuor, anticis longioribus; lingua nulla; antennis integris simplicibus multiarticulatis setaceis; abdomine depresso; e. g. Ichneumones familiae tertiae (*Ichneumones* proprie sic dicti; Degeeri familia 3). VI. *Ephialtes*; palpis quatuor, anticis longioribus; lingua nulla; antennis integris simplicibus multiarticulatis setaceis; abdomine cylindrico; aculeo exserto; e. g. Ichn. compunctor (manifestator; *Pimplae*; Degeeri familia 2). — *Latreille*, viam totam novam in campo Entomologiae sibi struens, novamque Insecta ordinandi methodum promulgans, familiam Ichneumonidum, in volumine tertio Historiae naturalis Crustaceorum et Insectorum, in duas divisiones et plura genera et subdivisiones dispescebat, hoc modo:

Divisio I, Ichneumones proprie dicti; genus: *Ichneumon*, palpis maxillaribus quinquearticulatis, labialibus triarticulatis: A. *Leptogastri*; antennis setaceis longis crassis, circiter 16—18 articulis parum distinctis; palpis maxillaribus filiformibus curvatis, articulis subaequalibus; corpore brevi; abdomine sessili parvo depresso, subtus carinato; aculeo brevi; pedibus posticis magnis (*Microgastri*). B. *Rostrulati*; antennis corpore brevioribus aut ejus longitudine, articulis 30 aut pluribus; ore rostriformi, rostro fere perpen-

longo, basin versus sensim angustato aut petiolato; aculeo subexserto; e. g. *Ichn. elongator* F; *c*, abdomine oblongo aut ovato, latitudine dimidia aut plus dimidia cum thorace cohaerente; aculeo vel subexserto vel abscondito, e. g. *Ichn. laetatorius* F. *praerogator* L. (*Bassi* et *Tryphones*); *d*, abdomine angusto cylindrico elongato sessili, latitudine dimidia aut plus dimidia cum thorace cohaerente; aculeo abscondito aut subexserto; e. g. *Ichn. vespoides* Pz. (*Metopii*). 2. Abdomine altitudine fere latitudinis, compresso, trigono brevi; aculeo longo; pedibus posticis praegrandibus; *a*, abdomine latitudine dimidia aut plus dimidia cum thorace conjuncto; antennis longitudine corporis, setaceis, gracilibus; segmento ultimo inferiore plerumque anum haud excedente; e. g. *Ichn. nunciator* F. (*Ophion*); *b*, abdomine, parte latitudine dimidia ejus angustiore, cum thorace cohaerente (subpetiolato); petiolo brevissimo; antennis corpore brevioribus, crassis filiformibus; segmento ultimo infero anum excedente, e. g. *Ichn. dubitator* Panz. (*Cryptus* F.); *c*, abdomine petiolo gracili elongato; antennis setaceis, fere longitudine corporis; segmento ultimo inferiore anum excedente; speciebus pluribus ineditis. H. *Compressi;* antennis setaceis aut filiformibus, articulis saltem 30; mandibulis apice fere eadem latitudine quam basi; abdomine valde compresso, altitudine latitudinem pluries excedente. 1. Abdomine elongato arcuato oblique truncato, longepetiolato; aculeo saepius exserto; articulis tribus

ultimis palporum maxillarium semper elongatis cylindricis; e. g. *Ophiones* Fabr. 2. Abdomine brevi subpetiolato, apice acuto aut subobtuso; aculeo saepius abscondito; articulis tribus ultimis palporum maxillarium conicis, rarius cylindricis, aut penultimo valde dilatato; *a*, abdomine capite thoraceque paulo longiore, apice dilatato et obtuso; aculeo saepius abscondito; articulo penultimo palporum maxillarium valde dilatato; antennis apice spiralibus; e. g. *Banchus pictus, compressus, varius* F.; *b*, abdomine capite thoraceque distincte longiore, arcuato, falcato, apice acuto; articulis ultimis palporum maxillarium conicis; capite compresso; e. g. *Banchus venator* F.; *c*, abdomine recto cultriformi; articulis ultimis palporum maxillarium cylindricis; capite crasso conico; e. g. *Ichn. cultriformis* Latr. — *Divisio II*, Ichneumones Sphegii, palpis maxillaribus sexarticulatis, labialibus quadriarticulatis; genus: *Sigalphus*. 1. Abdomine supra valde convexo, segmentis distinctis, tertio magno, subtus concavo; e. g. *Ichn. irrorator* L. 2. Abdomine valde convexo, haud in segmenta diviso; e. g. *Ichn. oculator* F. (*Cheloni* Jur.). 3. Abdomine valde plano, brevi, subtriangulari, e. g. *Ichn. gravidator* L.? (*Microgastri?*). — Haec est divisio insectorum, quae Latreille, sub nomine Ichneumonidum, in familiam octavam ordinis Hymenopterorum collocavit. Multi alii Ichneumones Linnei et Fabricii autem aliis familiis et generibus, in systemate Latreilleano adsociati sunt, videlicet: *Ichn. polycera-*

tor F. (*Pelecinus* Latr. et Fabr.) familiae nonae (Evanialibus); *Foeni* Fabr. eidem familiae; *Banchus cultellator* F. (*Ibalia* Latr. *Sagaris* Pz.) familiae tertiae (Diploleparis); *Ichn. chrysis, quadrum* et *ramicornis* F. (*Diplolepis* F. Piez.) generi Cynipum in familia quinta (Cynipseris); *Ichn. semiauratus* Linn. et Fabr. (*Cleptes* F.) generi Cleptarum in familia sexta (Cleptiseris). Cum hoc Latreillei systemate eodem anno apparebat *Walckenaeri* Fauna Parisiensis, pluribus Ichneumonibus novis. — *Dwigubsky*, inter Insecta circa Mosquam viventia, plures Ichneumones describebat. — *Schellenberg*, in Symbolis entomologicis, duas novas species helveticas Ichneumonum describebat et iconibus illustrabat. — Anno 1803 *systema Latreilleanum*, jam supra recensitum, iterum edebatur in Lexico novo gallico historiae naturalis, et quidem in volumine undecimo. — Anno 1804 *Fabricius*, in Systemate Piezatorum, Ichneumonides dispescebat in haec genera duodecim: 1. *Ichneumon*; capite transverso, alis hyalinis, abdomine ovato petiolato, dorso planiusculo, aculeo haud exserto. 2. *Cryptus*; capite transverso, abdomine petiolato subcylindrico, aculeo exserto brevi. 3. *Bassus*; capite transverso, abdomine vix petiolato cylindrico, apice paulo crassiore, aculeo rarissime exserto, pedibus longiusculis tenuibus. 4. *Bracon*; capite subrotundo, abdomine vix petiolato ovato, saepius planiusculo, aculeo exserto. 5. *Pelecinus* Latreillei; abdomine longissimo lineari, tibiis posticis clava-

tis (Ichn. polyceratar, Ent. Syst.). 6. *Pimpla;* capite transverso, abdomine elongato sessili cylindrico, aculeo saepius exserto. 7. *Joppa;* capite transverso, abdomine petiolato ovato, aculeo haud exserto, alis maculatis. 8. *Banchus.* 9. *Ophion.* 10. *Foenus;* de quibus conferas Fabricium anno 1798. 11. *Diplolepis;* capite transverso, fronte valde impressa, antennis brevibus approximatis, fere vertici insertis, absque stemmatibus, abdomine subpetiolato depresso plano, aculeo haud exserto. 12. *Cleptes;* capite thorace latiore, antennis fractis approximatis, ad basin labii insertis, absque stemmatibus, abdomine sessili depressiusculo, aculeo interdum exserto. — *Panzer*, in enumeratione Insectorum Ratisbonensium Schaefferi, species plures novas Ichneumonidum edebat. — Anno 1805 *Scharfenberg*, in historia naturali insectorum sylvis noxiorum, Ichneumones Linneanos indigenos describebat, in familias lineasque dispositos, hac ratione: *Familia I*; scutello et antennarum annulo albis. *Familia II*; scutello thoraci concolore, antennis nigris setaceis: *linea 1*; antennis palpisque longioribus (Ichneumones, Pimplae, Crypti); *linea 2*, antennis palpisque brevibus, scutello lato (Foeni); *linea 3*, palpis anticis maxillae adnatis, posticis labio (Ophiones); *a*, antennis nigris, abdomine petiolato falcato; *b*, antennis flavis, abdomine petiolato falcato. *Familia III*; minores, antennis filiformibus decemarticulatis, abdomine ovato sessili (familiae septimae Ichneumonum editionis decimae Syste-

matis Linneani respondentes). — *Latreille*, in volumine decimo tertio Historiae naturalis crustaceorum et insectorum, leges, quas antea, in volumine tertio ejusdem operis, in distributione horum insectorum, secutus est, passim derelinquens aut commutans, familiam sexagesimam, quae est Ichneumonidum, hac ratione in genera etc. dividebat: Genus I, *Agathis*; capite rostrato, rostro porrecto, apice palpigero, labro prominulo; palpis maxillaribus quinquearticulatis, labialibus quadriarticulatis; abdominis segmento ultimo inferiore, basin aculei tegente, ultra anum prominente, apice acuto. Genus II, *Vipio*; rostro declinato aut versus pectus reflexo, basi palpigero; palpis maxillaribus quinquearticulatis, labialibus triarticulatis; abdominis segmento ultimo quemadmodum in genere antecedente; e. g. *Ichn. nominator*, *desertor* etc. (Bracones). Genus III, *Alysia*; mandibulis magnis latis, apice tridentatis, palpis maxillaribus sexarticulatis, labialibus quadriarticulatis; e. g. *Ichn. manducator* Panz. Genus IV, *Ichneumon*; abdomine segmentis saltem sex distinctis; palpis maxillaribus quinquearticulatis, labialibus quadriarticulatis. A. Aculeo exserto; abdomine subtus apice oblique et longitudinaliter truncato. 1. Palpis maxillaribus (saepe capite longioribus) articulis elongatis, subcylindricis aut subconicis, sensim magnitudine decrescentibus. *a.* Mandibulis edentatis; lamina ventrali, basin terebrae obtegente, haud ad anum usque producta. *α.* Thorace antice angustato; abdomine petiolato, petiolo angusto cy-

lindrico, e. g. *Stephanus coronatus*. *β*. Thorace antice haud angustato; abdomine basin versus sensim coarctato, e. g. *Ichn. praecatorius*. *b*. Mandibulis apice bifidis, lamina ventrali ad anum usque producta. *α*. Abdomine porrecto, latitudine fere tota cum thorace connexo. (* Abdomine subcylindricotrigono; e. g. *Ichn. nunciator* F. (** Abdomine ovato trigono truncato, e. g. *Ichn. ovator* F. *β*. Abdomine petiolato, petiolo arcuato. (* Pedibus posticis magnis; antennis brevibus aut mediocribus, saepe porrectis crassis (valvula ventrali elongata acuta); e. g. *Ichneum. dubitator* Panz. (** Pedibus posticis haud magnis; antennis corpore longioribus gracilibus, saepe spiralibus; e. g. *Ichn. flavator* F. *extensor* L. 2. Palporum maxillarium articulis nonnullis crassioribus. *a*. Abdomine altitudine latiore, haud compresso. *α*. Abdomine sessili. (* Abdomine capite thoraceque duplo longiore, aculeo longissimo; e. g. *Pimpla persuasoria, manifestator* etc. (** Abdomine capite thoraceque haud duplo longiore, aculeo brevi; e. g. *Ichn. compunctor* L. F. *β*. Abdomine petiolato, petiolo arcuato; e. g. *Ichn. incubitor, cinctorius, pedicularis* etc. *b*. Abdomine latitudine altiore, compresso. *α*. Articulo penultimo palporum maxillarium compresso dilatato triangulari. *Banchi* F. *β* Articulis tribus ultimis palporum maxillarium cylindricis longis, abdomine falcato. *Ophiones* F. B. Aculeo abscondito; abdominis apice acuto, haud subtus oblique truncato. 1. Mandibulis latitudine subaequali, bidentatis;

alae attingente; mandibulis parvis bifidis aut bidentatis; antennis setaceis, articulis ultra viginti: divisio 1, abdomine nigro seu apice maculato; divisio 2, abdomine maculato seu marginato; divisio 3, abdomine bicolore; divisio 4, abdomine tricolore; divisio 5, abdomine unicolore. Familia II; cellula radiali una magna; cellulis cubitalibus tribus, prima parva nervum recurrentem excipiente, nervo secundo recurrente nullo, secunda minutissima, tertia maxima, apicem alae haud semper attingente; mandibulis antennisque ut in familia prima. *Anomalon.* Familia I; cellula radiali una magna; cellulis cubitalibus duabus magnis, prima nervum recurrentem primum excipiente, secunda secundum, apicem alae attingente; mandibulis bidentatis; antennis setaceis, articulis 20 et pluribus. Familia II; cellula radiali una magna; cellulis cubitalibus duabus, prima magna, in infima parte nonnunquam undulata, duos nervos recurrentes excipiente; mandibulis antennisque ut in familia prima. *Bracon.* Cellula radiali una magna; cellulis cubitalibus tribus, prima et secunda quadratis, subaequalibus, prima nervum recurrentem excipiente, nervo secundo recurrente nullo, tertia magna, apicem alae attingente; mandibulis bidentatis; antennis setaceis, articulis viginti et pluribus. *Chelonus.* Cellula radiali una magna, parumper undulata; cellulis cubitalibus tribus, prima fere quadrata, secunda parva, tertia maxima, apicem alae attingente; mandibulis bidentatis; antennis setaceis, feminae viginti-articulatis, mari sede-

cim-articulatis, articulo primo crasso obconico. *Codrus*. Cellula radiali una minutissima, in infima parte angulata; cellulis cubitalibus nullis; mandibulis arcuatis unidentatis; antennis filiformibus, nonnunquam submoniliformibus, in utroque sexu tredecim-articulatis. Praeterea Jurine plures species Diplolepidum et Cleptarum Fabr., quae cellulis radialibus et cubitalibus prorsum carent, cum *Chalcidibus* in idem genus conjunxit. Plurima methodi Jurineanae genera vere naturalia sunt; sed Ichneumonidum distributio minus bene successit, saepius, contra omnem ordinem naturalem, speciebus cognatissimis in genera diversa dissociatis, dissimilibus autem consociatis, quod eo minus ignoscendum est, cum in reliquis hujus methodi partibus auctor circumspectus, interdum contra ipsa principia methodi suae artificialis, omnes evitaverit disjunctiones, quae ordinem naturalem perturbarent. Genus *Foenorum* e Supplemento Entomologiae Fabricii receptum est. *Aulacus* et *Stephanus* nova genera sunt; illud e specie nova institutum est; ad hoc Bracon serrator F. pertinet. Genus *Ichneumonum* complectitur species Ichneumonum, Cryptorum, Bassorum, Pimplarum, Banchorum et Braconum Fabricii; familia secunda Microgastris Spinolae respondet. Generis *Anomalorum* familia secunda Ophiones genuinos complectitur; in familia prima autem insecta, habitu naturali valde diversa, e generibus Ichneumonum Cryptorum et Ophionum Fabricii, consociata sunt. *Bracones* respondent generi Braconum Fabricii, cui

vero etiam Cryptus manducator et Cryptus irrorator F. (Sigalphorum familia 2 et Alysia Latreillei) additi sunt. *Chelonus* est Ichn. oculator Fabricii (Familia prima Sigalphorum Latr.). *Codrus* est Banchus gravidator Fabricii. — *Illiger*, in editione secunda Faunae etruscae Rossii, in praefatione ad genus Ichneumonum, genera quaedam nova proponebat, nempe: *Cechenum* (genus, jam antea a Latreilleo sub nomine Alysiae promulgatum), *Sphaeropygem* (Familia secunda Sigalphorum Latreillei), *Peltasten* (a Panzero jam anno praecedente sub nomine *Metopii* editum). Anno 1808 *Spinola*, in opere, descriptiones insectorum Liguriae exhibente, Ichneumonides Latreillei in tres familias dispescebat: I. Palpis maxillaribus quinquearticulatis, labialibus triarticulatis. Genera hujus familiae sunt: *Bracon*, mandibulis rostrum efformantibus, labio elongato, profunde emarginato (Vipiones Latreillei); *Microgaster*, mandibulis brevibus, labio parvo, margine integro (Microgastri Latr.). II. Palpis maxillaribus quinquearticulatis, labialibus quadriarticulatis; genus *Ichneumonum* (Ichneumon, Cryptus, Pimpla, Ophion, Banchus F.). III. Palpis maxillaribus sexarticulatis, labialibus quadriarticulatis. Genera sunt: *Bassus*, abdomine segmentis 7 vel 8 efformato; *Sigalphus**, abdomine segmentis 3 vel 4; *Chelonus***, abdomine segmento uno. — Anno 1810 *Latreille*, in considerationibus suis, systema insectorum mutatum edebat. *Ichneumones* Linnaei in familia tertia, quarta et quinta sectionis primae

ordinis Hymenopterorum collocati sunt. *Familia tertia* complectitur *Evaniales*, seu genera *Evaniae*, *Foeni*, *Pelecini* et *Aulaci*, (de quibus conferas opera Latreillei jam recensita). *Familia quarta* complectitur *Ichneumonides*, his divisionibus et generibus: I. Mandibulis apice integris aut subemarginatis; capite globoso; generibus duobus: 1. *Stephanus*, thorace antice valde angustato, metathorace cylindrico; abdomine postice in parte superiore metathoracis inserto. 2. *Xorides*, metathorace convexo; abdomine postice in parte inferiore metathoracis inserto, petiolato. II. Mandibulis elongatis forcipatis, apice bidentatis aut emarginatis. A. Abdomine segmentis saltem quinque conspicuis distinctis. 1. Cellula prima submarginali permagna; cellulis duabus discoidalibus longitudinaliter sitis, seu una supra alteram; generibus duobus: *Ichneumon*; articulis palporum maxillarium inaequalibus; aculeo basi haud lamina vomeriformi excepto; *a.* abdomine parum aut omnino non compresso; † abdomine feminarum apice percrasso, oblique truncato, aculeo exserto; (* abdomine cylindrico, subsessili, seu *Pimplae* F. (** abdomine subovato petiolato, petiolo longo tenui arcuato, seu *Crypti* F.) *β.* abdomine apice nec percrasso nec oblique-truncato, aculeo abscondito aut subexserto; (* abdomine cylindrico subsessili, seu *Metopii* Panz. (** abdomine subfusiformi aut cylindrico, basi angustiore, nec vero petiolato, seu *Alomyi* Panz. (? *Tryphones* Fallenii); (*** abdomine antico

aut ovato, petiolo tenui arcuato, seu *Ichneumones* Fabr. *b*, abdomine valde compresso; *α*, abdomine falcato, feminis apice truncato, *Ophiones* F.; *β*, abdomine parum aut omnino non falcato, feminis apice acuto, *Banchi* F. 2. *Acaenites*; articulis palporum maxillarium subinaequalibus; terebra basi lamina vomeriformi prostante tecta. 2. Cellula prima submarginali parva aut mediocri; cellulis duabus discoidalibus transversaliter, una juxta alteram, sitis; generibus tribus, *Bracon*, *Agathis*, *Micrograster*, supra jam recensitis. B. Abdomine haud pluribus quam tribus segmentis, interdum solo unico, composito, seu genus *Sigalphorum*. III. Mandibulis irregulariter quadratis, magnis patulis, apice tridentatis, seu genus *Alysiarum*. *Familia quinta*, seu *Diplolepariae*, complectuntur haec genera: *Ibalia*, *Diplolepis*, *Figites* et *Eucharis*. — Anno 1815 *Oken* volumen tertium Compendii sui Historiae naturalis edebat, in quo, secundum methodum, auctori nostro propriam, animalia invertebrata articulata in septem ordines, ordo quisque in septem tribus, tribus in quatuor familias, familiae singulae in genera quatuor rediguntur. Ordo quintus, qui est *Hymenopterorum*, in tribu secunda et tertia Ichneumonides amplectitur. *Tribus secundae* familia prima et secunda haud Ichneumonides continent; in familia tertia Diplolepides dispescuntur in haec quatuor genera: *Diplolepis*, *Eulophus*, *Perilampus* et *Pteromalus*. Genus *Cleptarum*, in tribu prima, cum Chrysidi-

bus etc. collocatum est. Familiae quartae tribus secundae genera sunt: *Ibalia*, *Cynips*. *Figites* et *Eucharis*. *Tribus tertia*, aculeo tripartito, antennis setaceis multiarticulatis, abdomine petiolato; *Familia prima*, antennis quatuordecim-articulatis, petiolo abdominis dorso metathoracis adfixo: *Evania*, *Foenus*, *Aulacus*, *Pelecinus*; *Familia secunda*, antennis multiarticulatis, feminis ova in fructus ponentibus (?): *Sigalphus*, *Chelonus*, *Microgaster*, *Bracon*; *Familia tertia*, antennis multiarticulatis, feminis ova in larvas ponentibus: *Banchus* (cum Joppis, Trogis, Alomyis et Metopiis), *Paniscus* (Ophion), *Cryptus* (Ichneumones), *Pimpla*; *Familia quarta*, antennis multiarticulatis, feminis ova in fissuras arborum aut fructus (?) ponentibus: *Stephanus* (cum Xoridis), *Cechenus* (Alysia), *Acaenitus*, *Agathis*. — Eodem anno *Gravenhorst*, in Monographia Ichneumonum pedestrium, Cryptos apteros et brachypteros describebat et plures species novas eorum edebat. — Anno 1817 *Lamarck*, in volumine quarto Historiae naturalis animalium invertebratorum, Insecta hymenoptera, aculeo plurivalvi fissili, in quinque familias, Ichneumonidum, Evanialium, Cynipsariorum, Diplolepariorum et Erucariorum, distribuebat. *Ichneumonides* et *Diplolepariі* generi Linneano Ichneumonum respondent: I. *Ichneumonides*; antennis filiformibus aut setaceis, articulis viginti aut pluribus, plerumque vibratilibus; alis quatuor venosis. A. Mandibulis apice integris, haud dentatis, capite globoso, genus: *Xorides*

(cum Stephanis). B. Mandibulis bidentatis aut apice emarginatis, rectis elongatis forcipatis; 1, abdominis segmentis saltem quinque; *a*, ore haud in rostrum producto; *α*, aculeo exserto, genus: *Ichneumon* (Crypti et Pimplae Fabr.); *β*, aculeo abscondito, genus: *Crypturus* (Ichneumones, Bassi, Metopii, Microgastri); *b*, ore in rostrum producto, genus: *Agathis* (Bracon). 2, Abdomine vel inarticulato, vel segmentis tribus, genus: *Sigalphus.* C. Mandibulis apice tridentatis, irregulariter quadratis, magnis, distantibus, genus: *Alysia.* II. *Diploleparii;* antennis rectis, articulis 11—16; abdomine subtus carinato; terebra in ventre spiraliter involuta. A. Antennis undecim- aut duodecim - articulatis, abdomine longepetiolato, genus: *Eucharis.* B. Antennis saltem tredecim - articulatis, abdominis petiolo brevi, genus: *Diplolepis* (Diplolepides, Cynipes F., Ibalia Latr.) — Eodem anno *Latreille,* in Cuvieri Regno animali, haec insecta conspectu magis constricto tractabat: Familia Hymenopterorum secunda, nomine *Pupivororum* designata, in tribus quinque distributa est, quarum *prima Ichneumonides* proprie sic dictos amplectitur, his generibus: *Pelecinus, Evania, Foenus, Aulacus, Ichneumon* cum Stephanis, Xoridis, Pimplis, Cryptis, Metopiis, Alomyis, Trogis, Joppis, Microgastris, Ophionibus, Banchis, Sigalphis, Braconibus, Agathidibus, Alysiis. Tribus *secunda* comprehendit *Diploleparias* seu *Cynipes,* quibus etiam *Ibalia* consociata est. In tribu *tertia,* cum Chal-

cidibus et Leucospidibus, genus *Eulophorum* collocatum est, quod Ichneumones minutos Linnaei, seu Diplolepides Fabricii, et quaedam alia genera *horum* insectulorum, a Latreilleo et Spinola antea proposita, comprehendit. — Anno 1818 *Gravenhorst* et *Nees ab Esenbeck*, in Volumine nono novorum Actorum Academiae Naturae Curiosorum, conspectum generum et familiarum Ichneumonidum publici juris faciebant: Nees ab Esenbeck Hymenoptera pupophaga, seu Ichneumones Linnei, in quatuor familias redegit: I. *Ichneumonides* sensu strictiori; antennis multiarticulatis (articulis, paucissimis exceptis, ultra 16), rectis; alarum areolis cubitalibus radiali* et brachialibus distinctis; terebrae vagina bivalvi exannulata. II. *Evaniales;* antennis rectis aut fractis, articulis non ultra 16; alarum areolis brachialibus radiali et cubitalibus distinctis; terebrae vagina bivalvi exannulata; abdomine metathoraci supero affixo. III. *Diplolepariae* (Cynipsera Latr.); antennis fractis, articulis non ultra 14; alarum areolis nullis aut indistinctis; terebrae vagina bivalvi exarticulata. IV. *Proctotrupini;* antennis rectis aut fractis, articulis haud ultra 16; alarum areolis saltem brachialibus et cubitalibus confluentibus, plerumque nullis; terebrae vagina tubulosa articulata retractili. Familiam primam, seu *Ichneumonides proprie dictos*, auctor in stirpes duas divisit, quarum *prima* comprehendit *Ichneumonides genuinos*, areola alarum intermedia vel nulla, vel reliquis minore, pentagona vel oblique-rectangula vel tri-

gona; nervis recurrentibus duobus; palpis maxillaribus quinque-articulatis, labialibus quadriarticulatis, rarissime triarticulatis; *secunda* autem *Ichneumonides adscitos*, areola alarum intermedia vel nulla, vel reliquis subaequali quadrata, vel minima quadrata aut stipitata, vel una tantum cellula cubitali; nervo recurrente solitario, vel nullo; palpis maxillaribus vel quinque-articulatis, labialibus tum triarticulatis, rarius quadriarticulatis, vel maxillaribus sexarticulatis, labialibus quadriarticulatis. — In *stirpite prima*, a Gravenhorstio tractata, et cellulis alarum completis, cellula radiali una magna, cellula cubitali anteriore cum cellula discoidali interiore conjuncta, designata, haec sunt genera: 1. *Ichneumon*; capite transverso; scutello plano; abdomine petiolato aut subpetiolato, rarius subsessili, teretiusculo, rarius subdepresso; aculeo abscondito aut subexserto: *Familia* 1; Abdomine petiolato, oblongo aut subovato, segmento primo globuloso scabro, petiolo longo lineari arcuato; alarum cellula cubitali intermedia quinqueangulari; antennis et pedibus mediocribus; aculeo abscondito aut subexserto: 1. Scutello et abdomine totis nigris, e. g. Ichn. annulator etc. Fabr. 2. Scutello et abdomine nigris, ultimis segmentis albonotatis. 3. Scutello pallidenotato; abdomine toto nigro; e. g. Ichn. deliratorius Linn. etc. 4. Scutello pallide-notato, abdomine nigro, segmentis ultimis albonotatis; e. g. Ichn. molitorius Lin. etc. 5. Scutello pallido, abdomine tricolore; e. g. Ichn. extensorius L. etc.

6. Scutello pallido; abdominis apice, ut plurimum quoque medio, flavomaculato aut cingulato; e. g. Ichn. vaginatorius Linn. etc. 7. Scutello pallido; abdomine vel pallide-notato, vel segmentis quibusdam totis flavis, segmento ultimo toto nigro; e. g. Ichn. luctatorius L. etc. 8. Scutello pallido; abdomine vel toto rufo vel rufo-nigroque; e. g. Ichn. fusorius L. etc. 9. Scutello nigro; abdomine vel toto rufo vel rufo-nigroque, e. g. Ichn. arrogator auct. etc. 10. Scutello nigro, abdomine tricolore; e. g. Ichneum. incubitor L. etc. 11. Thorace rufo aut albolineato; scutello rufo aut albo; abdomine vel tricolore vel bicolore, vel albonotato, apice semper albo; e. g. Ichn. nobilitator Gr. *Familia* 2. Abdomine oblongo petiolato; segmento primo antice apicem versus sensim dilatato, sublaevi, petiolo tenui, longitudine partis anticae; alarum cellula cubitali intermedia triangulari; antennis serratis; pedibus subelongatis. Species una. *Familia* 3. Abdomine procero subcylindrico petiolato; segmento primo antice subconvexo laevi, petiolo lineari, haud multo angustiore quam pars antica, hujusque longitudine; antennis pedibusque gracilibus; aculeo exserto brevissimo; e. g. Bassus porrectorius F. etc. *Familia* 4. Abdomine oblongo aut subovato, petiolato; segmento primo antice subconvexo laevi, petiolo tenui, plerisque longitudine partis anticae; alarum cellula cubitali intermedia vel nulla, vel parva triangulari aut irregulari; pedibus antennisque subgracilibus; aculeo subexserto. 1. Scutello

et abdomine nigris. 2. Scutello pallide-notato; abdomine nigro, plerumque marginibus segmentorum pallidis. 3. Scutello pallido; abdomine rufo aut rufo-nigroque; e. g. Cryptus sticticus F. Bassus testaceus F. etc. 4. Scutello nigro; abdomine rufo, aut rufo-nigroque; e. g. Ichn. nemoralis Fourcr. Ichn. sulphuratus Gr. *Familia* 5. Abdomine subsessili aut subpetiolato, oblongo; segmento primo basin versus sensim angustato; alarum cellula cubitali intermedia vel nulla, vel parva triangulari aut irregulari; antennis gracilibus aut mediocribus; pedibus mediocribus; aculeo subexserto. 1. Scutello et abdomine nigris; e. g. Bassus praerogator F. 2. Scutello pallide-notato; abdomine vel toto nigro, vel marginibus segmentorum pallidis; e. g. Ichn. lituratorius L. Ichneum. amictorius Panz. 3. Scutello pallido; abdomine vel rufo vel rufo-nigroque. 4. Scutello nigro; abdomine vel rufo, vel rufo-nigroque, vel flavonigroque; e. g. Ichn. rutilator auct. etc. *Familia* 6. Abdomine subsessili, oblongo-subcylindrico; segmento primo vel subquadrato, vel basin versus sensim angustato; alarum cellula cubitali intermedia vel nulla vel parva triangulari; capitis facie protuberante, antennis mediocribus; pedibus brevibus crassis; aculeo abscondito. 1. Cellula cubitali intermedia parva, e. g. Cryptus curvator F. 2. Cellula cubitali intermedia nulla, e. g. Ichneumon femoralis Vill. *Familia* 7. Abdomine subsessili, oblongo-ovato; segmento primo basin versus sensim angustato; alarum cellula cubitali inter-

media nulla; pedibus posticis elongatis, tarsis crassiusculis; antennis setaceis; aculeo vix subexserto. *Familia* 8. Abdomine petiolato pyriformi opaco, subtiliter puncto; segmento primo breviusculo, petiolo fere longitudine et latitudine partis anticae; alarum cellula cubitali intermedia triangulari; pedibus subgracilibus; antennis mediocribus; aculeo subexserto. Species una. *Familia* 9. Abdomine petiolato oblongo - ovato; segmento primo reliquis multo angustiore, basin versus sensim angustato, petiolo longitudine partis anticae; alarum cellula cubitali intermedia deficiente, interiore nervos duos recurrentes excipiente; antennis brevibus; pedibus longis gracilibus. Ichn. argiolus Rossii. *Familia* 10. Corpore parvo; abdomine subpetiolato aut subsessili, oblongo depressiusculo tenero pellucido, segmento primo basin versus sensim angustato; alarum cellula cubitali intermedia nulla, radiali permagna, nervo ejus inferiore recto, apicem alae versus excurrente et subevanescente; antennis pedibusque gracilibus. *Familia* 11. Corpore parvo; abdomine petiolato depresso nitidissimo laevissimo, segmento primo reliquis multo angustiore, lineari, petiolo longiore quam pars antica; alarum cellula cubitali intermedia quinqueangulari, exteriore incompleta; aculeo abscondito aut subexserto; e. g. Ichn. gagates Gr. II. *Trogus.* Capite transverso; scutello elevato seu acuminato; abdomine petiolato convexo; aculeo abscondito; e. g. Tr. coeruleator Pz. Ichn. lutorius auct. III. *Alomya.* Capite subglo-

boso; scutello plano, abdomine petiolato convexo; aculeo abscondito, e. g. Ichn. ovator F. ejusque femina, seu Cryptus debellator F. IV. *Cryptus*. Capite transverso, scutello plano, abdomine petiolato aut subpetiolato, rarius subsessili, convexo; aculeo exserto. *Familia* 1. Abdomine petiolato oblongo, segmenti primi petiolo angustiore et paulo longiore quam pars antica, lineis duabus subelevatis, alarum cellula cubitali intermedia quinque angulari, pedibus et antennis subgracilibus; aculeo exserto brevi, e. g. Ichn. armatorius Panz. *Familia* 2. Abdomine petiolato, feminae oblongo aut ovato, maris plerumque angustiore, interdum subcylindrico, segmento primo laevi subarcuato, petiolo vel paulo longiore quam pars antica, vel hujus longitudine, alarum cellula cubitali intermedia quinque angulari aut subquadrangulari, pedibus antennisque longis gracilibus; aculeo exserto longo. 1. Scutello abdomineque nigris, e. g. Ichn. moschator Fabr. 2. Scutello pallide notato, abdomine nigro. 3. Scutello pallide notato, abdomine pallide cingulato; e. g. Bassus seductorius F. 4. Scutello pallide notato, abdomine rufo aut rufo-nigroque; e. g. Cryptus assertorius F. 5. Scutello nigro, abdomine rufo-nigroque; e. g. Cryptus sponsor F. 6. Scutello et parte thoracis rufis, abdomine rufo-nigroque; e. g. Cryptus minutorius F. *Familia* 3. Abdomine petiolato, feminae oblongo aut ovato, maris angustiore; segmento primo plerumque laevi, petiolo paulo longiore et angustiore quam pars antica;

alarum cellula cubitali intermedia quinque-angulari; pedibus antennisque mediocribus; aculeo exserto mediocri. 1. Scutello abdomineque nigris. 2. Scutello albonotato, abdomine rufo-nigroque. 3. Scutello nigro, abdomine vel toto rufo vel rufo-nigroque; e. g. Cryptus profligator F. *Familia* 4. Abdomine petiolato nitido laevi, feminae oblongo, maris angustiore, segmento primo subcurvato aut subrecto, petiolo paulo longiore quam pars antica; alarum cellula cubitali intermedia minuta quadrata; pedibus antennisque longis gracilibus, rarius mediocribus; aculeo exserto, longo aut mediocri; e. g. Cryptus enervator F. *Familia* 5. Abdomine petiolato oblongo-ovato nitido laevi, segmenti primi petiolo longo sublineari; alarum cellula cubitali intermedia nulla; antennis medio compresso-incrassatis; pedibus longis gracilibus; aculeo exserto mediocri; species unica. *Familia* 6. Corpore parvo, abdomine petiolato, rarius subpetiolato, breviusculo, feminae ovato aut oblongo, maris graciliore, interdum sublineari, segmento primo curvato aut subrecto, petiolo basin versus subangustato, longitudine partis anticae; alarum cellula cubitali intermedia nulla aut subquinque-angulari; antennis pedibusque gracilibus aut mediocribus; aculeo exserto, rarissime abscondito. 1. Thorace abdomineque nigris. 2. Thorace nigro, abdomine rufo-nigroque. 3. Thorace rufo-nigroque; e. g. Cryptus cinctus F. *Familia* 7. Alis nullis aut perparvis, volatu haud idoneis. *Familia* 8. Abdomine subpetiolato aut subsessili,

oblongo; segmento primo laevi aut subcanaliculato basin versus sensim angustato; alarum cellula cubitali intermedia vel nulla vel triangulari; pedibus antennisque subgracilibus sublongis; aculeo exserto. *Familia* 9. Abdomine petiolato, oblongo laevi nitido, petiolo mediocri; alarum cellula cubitali intermedia nulla, rarius parva triangulari; antennis gracillimis; pedibus mediocribus, posticis rarius elongatis; aculeo exserto mediocri; e. g. Ichn. conjunctor Panz. *Familia* 10. Abdomine petiolato, procero laevi nitido, segmento 1 lineari petiolo fere longitudine partis anticae; alarum cellula cubitali intermedia quadrangulari, rarius quinqueangulari, pedibus antennisque gracilibus; aculeo exserto brevi. *Familia* 11. Abdomine petiolato, rarius subpetiolato, oblongo laevi nitido, segmenti primi petiolo plerumque tenui lineari, longitudine partis anticae; alarum cellula cubitali intermedia plerumque rhomboidali et majore quam in reliquis Ichneumonidibus genuinis; antennis pedibusque gracilibus aut mediocribus; aculeo exserto brevi; mares plerumque stylis duobus analibus exsertis. *Familia* 12. Corpore parvo. Abdomine subsessili aut subpetiolato, rarissime petiolato, oblongo, rarius lineari, laevi, segmento primo rarius lineari, plerumque basin versus sensim angustato; alarum cellula cubitali intermedia vel nulla, vel obliqua, cellulae cubitalis interioris nervo inferiore exteriore plerumque recto, haud angulato; antennis pedibusque gracilibus; aculeo exserto, rarius abscondito. V. *Pimpla*. Capite

transverso; abdomine sessili, teretiusculo aut depressiusculo, nitidulo; aculeo exserto, rarius subexserto. *Familia* 1. Segmentis intermediis lineis duabus obliquis impressis; alarum cellula cubitali intermedia nulla; antennis subgracilibus, pedibus mediocribus, aculeo exserto longo. 1. Coxis posticis nigris. 2. Coxis posticis rufis; e. g. Pimpla mensurator F. *Familia* 2. Abdomine plerumque laevi nitido, segmentis ultimis feminae integris; alarum cellula cubitali intermedia triangulari aut nulla; pedibus antennisque gracilibus aut mediocribus, aculeo longo. 1. Scutello abdomineque nigris, hoc interdum segmentorum marginibus summis castaneis; e. g. Pimpla segmentator F. 2. Scutello pallide-notato, abdomine pallide-cingulato, cingulis interdum obsoletis. 3. Scutello pallide-notato, thorace rufo-nigroque, abdomine nigro, interdum marginibus segmentorum pallidis. 4. Scutello pallide-notato aut rufo, abdominis medio rufo. 5. Scutello nigro, abdominis medio vel segmentorum quorundam marginibus rufis; e. g. Ichn. cylindrator Ol. *Familia* 3. Segmentis transversim impressis, duobus ultimis feminae rima ventrali longitudinali; alarum cellula cubitali intermedia nulla; antennis gracilibus; pedibus mediocribus; aculeo mediocri aut brevi; e. g. Cryptus carbonator Gr. *Familia* 4. Segmentis transversim incisis, duobus ultimis feminae rima ventrali longitudinali; alarum cellula cubitali intermedia nulla; antennis gracilibus brevibus; pedibus breviusculis crassiusculis; aculeo perbrevi sub-

rhomboidali, interioris nervo inferiore exteriore arcuato; antennis mediocribus; pedibus mediocribus aut elongatis; aculeo abscondito; e. g. Banchus pictus F. *Familia 2.* Abdomine subsessili aut subpetiolato, laevi nitido, apicem versus ventre plerumque compresso, maribus plurimis teretiusculo; alarum cellula cubitali intermedia rhomboidali aut triangulari, interioris nervo inferiore exteriore angulato; antennis gracilibus aut mediocribus; pedibus mediocribus aut elongatis; aculeo brevi, rarius longo; e. g. Banchus fornicator F. *Familia 3.* Abdomine subsessili nitido laevi oblongo, apicem versus compresso; alarum cellula cubitali intermedia rhomboidali; antennis gracilibus; pedibus elongatis; aculeo longo. *Familia 4.* Abdomine subsessili laevi compresso, dorso carinato; alarum cellula cubitali intermedia nulla, interioris nervo inferiore exteriore subangulato, cum nervo inferiore cellulae cubitalis exterioris ad angulum cellulae radialis contiguo; antennis gracilibus; pedibus mediocribus; aculeo longo. Species una. *Familia 5.* Abdomine subpetiolato fusiformi, apicem versus ventre compresso, segmentis ultimis valvula ventrali vomeriformi; alarum cellula cubitali intermedia nulla; antennis subgracilibus; pedibus elongatis, anterioribus gracilibus, posticis validis; aculeo longo. Species una. IX. *Ophion.* Capite transverso; abdomine petiolato compresso. *Familia 1.* Abdomine lateribus aut apice compresso, rarius toto compresso aut teretiusculo; segmento primo antice convexius-

o aut subgloboso; alarum cellulà cubitali intermedia triangulari, rarius nulla; antennis pedibusque mediocribus; aculeo subsursum curvato, brevi mediocri, rarius longo. 1. Abdomine antennisque nigris. 2. Abdomine nigro, articulo primo antennarum subtus pallido. 3. Abdomine rufonigroque, articulo primo antennarum subtus pallido. 4. Abdomine rufo aut rufo-nigroque, antennis nigris, rarius subtus rufis; e. g. Ophion vigillator F. *Familia 2.* Abdomine subpetiolato compresso, dorso carinato, segmento primo basin versus sensim angustato; alarum cellula cubitali intermedia triangulari; pedibus antennisque subgracilibus; aculeo brevi; e. g. Ophion glaucopterus F. *Familia 3.* Abdomine compresso longo, dorso carinato, segmento primo petiolo longo tenui; alarum cellula cubitali intermedia nulla; pedibus longis gracilibus, tarsis posticis erassiusculis; antennis gracilibus aut mediocribus; aculeo brevi. 1. Scutello flavo, e. g. Ophion circumflexus F. 2. Scutello nigro, rarius rufo; e. g. Ophion amictus F. *Familia 4.* Abdomine petiolato compresso; dorso subcarinato, segmento primo longo, petiolo lineari; alarum cellula cubitali intermedia nulla; antennis gracilibus; pedibus anterioribus subgracilibus, posticis elongatis, femoribus crassis; aculeo longo; e. g. Ophion vulnerator Gr. *Familia 5.* Abdomine compresso petiolato; segmenti primi petiolo tenui, angustiore et longiore quam pars antica; alarum cellula cubitali intermedia nulla, pedibus antennisque gracilibus;

aculeo mediocri. 1. Scutello pallido. 2. Scutello nigro; e. g. Ophion moderator Gr. *Familia* 6. Abdomine petiolato compresso, dorso carinato, segmenti primi petiolo tenui; alarum cellula cubitali intermedia nulla, interiore nervos duos recurrentes excipiente; antennis pedibusque longis gracilibus; aculeo vix subexserto; e. g. Ophion luteus F. *Familia* 7. Abdomine longo compresso, dorso carinato; alarum cellula cubitali intermedia triangulari parva; antennis pedibusque gracilibus; aculeo subsursum curvato brevi. *Familia* 8. Abdomine petiolato compresso, dorso carinato; segmenti 1 petiolo longo angusto; alarum cellula cubitali intermedia nulla, interiore nervos duos recurrentes excipiente; antennis apicem versus incrassatis, pedibus subgracilibus; aculeo vix subexserto. *Familia* 9. Abdomine petiolato longo gracili, apicem versus compresso; alarum cellula cubitali intermedia nulla, interiore nervos duos recurrentes excipiente; antennis brevibus gracilibus filiformibus; pedibus mediocribus elongatis; aculeo brevi. Anomalon cruentatum Pz. *Familia* 10. Corpore parvo aut mediocri; abdomine petiolato laevi nitido, maris compresso, dorso carinato, feminae compressiusculo, rarius subteretiusculo, dorso oblongo, segmenti primi petiolo lineari; alarum stigmate magno, cellula radiali praemagna, trianguli rectangularis forma, cellula cubitali intermedia nulla, interioris nervo inferiore exteriore brevi recto, cum nervo inferiore exterioris, ad angulum rectum cellulae radialis, in eodem puncto coincidente; antennis

mediocribus aut brevibus; pedibus mediocribus aut gracilibus; aculeo exserto, sursum curvato. 1. Abdomine rufo-nigroque; e. g. Oph. nutritor F. 2. Abdomine nigro; e. g. Oph. triangularis Gr. *Familia* 11. Abdomine petiolato compresso laevissimo nitidissimo, dorso fusiformi, segmento primo sublineari, petiolo longiusculo; alarum cellula cubitali intermedia quinquangulari; antennis breviusculis filiformibus; pedibus mediocribus; aculeo subexserto aut subabscondito. Species una. X. *Aodenitus.* Capite transverso; antennis brevibus filiformibus; pedibus posticis elongatis validis; abdomine subsessili teretiusculo, feminae valvula magna acuminata ventrali, basin terebrae mediocris aut longae tegente; e. g. Ichn. arator Rossii. XI. *Xorides.* Capite globoso; abdomine petiolato aut subsessili, convexo; aculeo exserto. *Familia* 1. Abdomine sessili aut subsessili, depressiusculo, maris elongato sublineari, feminae breviore oblongo, basi scabriculo; alarum cellula cubitali intermedia nulla, interioris nervo inferiore exteriore subanguloso, cum nervo inferiore exterioris, ad angulum cellulae radialis, contiguo; antennis gracilibus; pedibus mediocribus; aculeo mediocri aut longo. 1. Abdomine nigro. 2. Abdomine rufo aut rufo-nigroque. 3. Abdomine albo-notato. *Familia* 2. Abdomine subpetiolato aut subsessili, oblongo-fusiformi laevi nitido, alarum cellula cubitali intermedia nulla, interioris nervo inferiore exteriore subanguloso, cum nervo inferiore exterioris, ad angulum cellulae radialis, contiguo; an-

radiali lanceolata, apicem attingente; e. g. Bracon ictericus N. ab E. VI. *Leiophron*. Capite transverso, vertice plano angusto; prothorace brevi; abdomine longiore quam thorax, convexo, segmento primo conico longiusculo, interdum sinuato; secundo maximo campanulato, reliquis brevissimis linearibus; areolis cubitalibus duabus; aculeo decurvo vel retracto. VII. *Bracon*. Capite transverso, vertice lato rotundato, nonnullis subgloboso; prothorace brevi; abdomine longiori quam thorax, ovato vel ovali, convexo vel depressiusculo, segmento petiolari brevi conico-angustato plano, plerumque impresso, reliquis magnitudine decrescentibus; aculeo plurimis exserto recto. 1. Areolis cubitalibus duabus, prima subquadrata, nervum recurrentem ante apicem excipiente. Species parvae, alis longis hyalinis, antennis articulis 22 pluribusve, aculeo brevi; e. g. Br. ruficornis N. ab E. 2. Areolis cubitalibus duabus, prima elongata semidivisa, nervum recurrentem in medio excipiente, alis villosis. 3. Areolis cubitalibus tribus, secunda postice attenuata, nervum recurrentem excipiente; e. g. Br. orbiculator N. ab E. 4. Areolis cubitalibus tribus, secunda quadrata, prima nervum recurrentem excipiente. *a*. Macrocephali; capite crasso, latitudine thoracis, abdomine laevi, colore nigro nitido, prothorace anove in nonnullis rufis, stigmate magno nigro; e. g. Bracon dispar N. ab E. *b*. Microcephali; capite thorace angustiore, abdomine saepe striolato opaco, colore nigro flavo rufove vario; e. g. Br. minuta-

r Fabr. *c.* Sphaerocephali; capite subgloboso, othorace magis elongato, corpore brevi atro nilo, capite abdomineque saepius rubris; e. g. denigrator F. *d.* Rufo-nigroque varii, vel i lutei, vel nigri, thoracis dorso et abdomine oris, capite lato transverso, vel subgloboso vere rotundato, abdomine oblongo laevi vel rimuio, aculeo elongato. *α.* Oris partibus brevibus, n porrigendis, e. g. Br. nominator F. *β.* Oris rtibus elongatis, rostriformibus. (Vipiones itr.), e. g. Br. desertor Spin. VIII. *Agathis.* pite transverso, vertice angusto, facie triangun; oris partibus rostriformibus elongatis; abdoine longiore quam thorax, convexo, segmento imo conico planiusculo; areolis cubitalibus tris, prima effusa, media minuta; e. g. Ag. malicearum Latr. IX. *Microdus.* Capite transverso, rtice angusto, facie quadrata; oris partibus breibus, non porrigendis; prothorace brevi; abdoine longiore quam thorax, convexo, primo segiento conico; areolis cubitalibus duabus, prima itegra, vel tribus, secunda minuta; e. g. Micr. bscurator N. ab E. Bassus gloriatorius Panzer. . *Hormius.* Capite transverso, angustiore quam horax, vertice convexo, antennis submoniliformiius; prothorace brevi; abdomine lateovato deiresso, marginibus obtusis, segmento primo conico ngusto, secundo maximo, sulco transversali biartito; areolis cubitalibus tribus, media in limiibus anticis nervum recurrentem excipiente; 1. anennis 22-articulatis; e. g. Bracon moniliatus N.

rotundatis, occipite concavo; mandibulis quadratis tridentatis hiantibus; prothorace brevi; abdomine sessili vel petiolato, longiore quam thorax, laevi, depressiusculo, segmento secundo maximo, primo plus minusve conico-attenuato; pedibus gracilibus. 1. Areola radiali ovata, ad apicem alae acute clausa; areolis cubitalibus tribus, prima majore, nervum recurrentem excipiente; antennis mediocribus, articulis brevibus; abdomine sessili; e. g. Cryptus manducator Fabr. 2. Areola radiali plerumque effusa, rarius in apice alae acute clausa; areolis cubitalibus tribus, prima minore, secunda postice attenuata; nervo recurrente interstitiali; antennis gracilibus longis, articulis elongatis; abdomine sessili aut subpetiolato; e. g. Bassus abdominator N. ab E. 3. Areola radiali effusa; areolis cubitalibus tribus, prima minore subquadrata, media basin versus nervum recurrentem excipiente, postice attenuata; stigmate lineari obsoleto; abdomine plerisque subsessili; e. g. Bassus rufiventris N. ab E. 4. Areola radiali effusa; areolis cubitalibus duabus, prima elongata, postice attenuata; antennis brevibus; e. g. Bassus concolor N. ab E. 5. Areola radiali ante apicem sinuato-clausa; areolis cubitalibus duabus, prima minore, nervo recurrente interstitiali, stigmate elongato; abdomine brevi, sessili; e. g. Bracon areolaris N. ab E. 6. Apterae; Bassus apterus N. ab E. VI. *Sigalphus.* Capite transverso, vertice plano, occipite recto; abdomine vix longiore quam thorax, sessili, plano, triarticulato, segmentis plus minus

alitis; areolis cubitalibus duabus; e. g. Sigalph. nirugosus N. ab E. VII. *Chelonus*. Capite transrso, superne retuso, vertice angusto, occipite ncavo; abdomine sessili convexo cataphracto, gmentis tribus anterioribus vel cunctis totis in um contratis, nullo vestigio (incisurarum) superte, vel sulculis transversis indicatis; reliquis nutis, sub ventrem retractis; areolis cubitalibus ibus. 1. Abdomine clavato triannulato; areolis sci anterioribus aequalibus; e. g. Sigalphus irrotor Latr. 2. Abdomine ovato-oblongo planiusulo, segmentis punctorum transversalium serieus duabus obsoletis indicatis, areola disci supera nteriore majore; e. g. Chel. dentatus Pz. 3. Abomine ovato aut oblongo, integro, areolis disci ut anterioribus duabus; e. g. Sigalphus similis N. ab E. 4. Abdomine ovato, oblongo vel subylindrico, integro, areola disci anteriore solitaria; e. g. Chelonus oculatus Jurinei. — Anno 1820 *Goldfuss*, in enchiridio suo Zoologico, Ichneumonides, in sensu generaliori sic dictos, in familiam primam Hymenopterorum congregabat, hancque deinde in tribus quatuor dividebat, quarum 1. *Diplolepartias* N. ab E. comprehendit, 2. *Cynipseas* N. ab E. 3. *Evaniales* Latr. 4. *Ichneumonides*, stricte sic dictos; his generibus: a) *Alysia*, linea secunda Ichneumonum adscitorum N. ab E.) b) *Bracon* (linea prima Ichn. adsc. N. ab E.). c) *Ichneumon* (Ichneumones genuini N. ab E.). Genera Neesii ab E. et Gravenhorstii auctor, ut subgenera, illis tribus generibus substravit. — Eodem

anno *Gravenhorst*, in Monographia Ichneumonum Pedemontanae Regionis, magnam copiam novarum specierum publici juris faciebat. — Idem auctor, anno 1821, plures species, a Fabricio e museo Hübneri descriptas, plenius describebat in Germari Promtuario entomologico; Germar enim, qui collectionem entomologicam celeberrimi Hübneri defuncti emerat, individua ipsa Ichneumonum, quae Fabricius ex illa collectione coram habuerat, cum Gravenhorstio benevolenter communicaverat. — Anno 1822, *Thunberg*, in Actis Petropolitanis, illustrationis Insectorum hymenopterorum partem primam edebat, quae Ichneumonidea continet. Auctor Cryptos, Bassos, Bracones, Banchos Pimplas Joppas, Ophiones et Foenos Fabricii, sub denominatione communi generica Ichneumonum, comprehendit et, secundum colorem antennarum thoracis abdominis etc. in familias 55 digessit. Cum vero auctor nil nisi diagnoses perbreves specierum ediderit, omissis omnibus descriptionibus, allegatis, et notitiis de patria insectorum, de speciebus novis hujus tractatus difficillimum est eruere, num ad unam alteramve nostrarum specierum adhiberi possint; inde plurimas earum prorsum omittere coactus fui. — Anno 1823 *Fallén* methodum novam edebat Hymenoptera disponendi: Sectio secunda (*Petioliventres*), in divisione prima, pedibus vel nudiusculis, vel parum spinulosis, Ichneumonides nostros continet, hoc schemate: I. Antennis extensis: *Familia* 1. *Ichneumonides*; antennis elongatis, articulis viginti et ultra; corpore nudiusculo ob-

longo; abdomine basi coarctato, sub metathorace inserto; areola intermedia in alis superis aut minuta aut nulla. I. *Alis area speculari instructis;* his generibus: 1. *Ichneumon;* antennis setaceis, dimidio corpore saepe longioribus; metathorace cancellatim striato; abdomine fornicato, superficie aequali, basi longe-petiolato, petiolo elevato, postice incurvo dilatato; areola alarum minuta, fere pentagona (Ichneumones et Trogi nostri). 2. *Alomya;* antennis setaceis, corpore elongato; metathorace convexo, haud cancellato; abdomine fornicato aequali petiolato, petiolo incurvato; areola intermedia alarum pentagona (Alomyae Panz.). 3. *Cryptus;* antennis elongatis, corpore oblongo, metathorace haud cancellato; abdomine petiolato convexo, segmentis posticis dilatatis compressis; alis (interdum nullis) areola intermedia fere pentagona. (Crypti nostri). 4. *Pimpla;* antennis elongatis, corpore angusto; metathorace convexo, vix cancellato; abdomine subcylindrico, basi depresso, vix petiolato, dorso nodoso vel rugose-punctato; areola alarum subtrigona seu nulla (Pimplae nostrae et Xoridae). 5. *Bassus;* antennis setaceis, medio frontis insertis; corpore oblongo; abdomine laeviusculo, sessili seu petiolato, petiolo recto, ventre excavato; areola alarum intermedia nulla (Bassi nostri, sed etiam Bassus irrigator Fabr. seu Korides irrigator noster). 6. *Tryphon,* novum genus; antennis elongatis setaceis; corpore oblongo; abdomine laevigato, aut sessili aut subpetiolato, petiolo recto, segmentis

anticis haud compressis, ultimis dilatatis conniventibus; areola intermedia subtrigona. 1. Metathorace haud cancellato. *a. Pimplaeformes:* abdomine sessili, a basi ad apicem usque aequaliter convexo, haud compresso, nisi in segmentis ultimis, aculeo longissimo. *b. Ophioniformes:* abdomine compresso, seu subfalcato, basi angustato, petiolo contiguo subrecto, aculeo brevi, parum seu vix exserto, ut in Ophione flavifronte et tricolore Fabr. 2. Metathorace subcancellato, *Peltastiformes:* petiolo contiguo, saepius sessili, abdomine convexo, haud compresso, postice dilatato, aculeo brevi, haud exserto, ut in Ophione latratore F. (Hoc Fallenii genus praeter nostros Tryphones, plures quoque species nostrarum Pimplarum, Xoridarum et Ophionum comprehendere videtur). 7. *Peltastes;* antennis elongatis validis, ante medium frontis insertis; corpore scabro-punctato, scutello spinoso; abdomine sessili convexo, haud compresso; areola intermedia triangulari. (Metopius Panz.). 8. *Banchus;* antennis longissimis, medio frontis insertis; abdomine incurvo cultrato, haud petiolato; areola intermedia triangulari (Banchorum nostrorum species aculeo haud exserto). 9. *Ophion;* antennis longissimis tenuibus; abdomine falcato, longe-petiolato, postice perpendiculariter dilatato-compresso, segmento secundo ventrali conspicuo, reliquis dorsalibus compressis; areola intermedia trigona seu nulla. (Ophiones nostri, exceptis eis quos Fallen ad genera Tryphonum et Porizonum refert). 10. *Porizon,*

novum genus; antennis setaceis mediocribus; abdomine falcato petiolato, segmento secundo et tertio ventrali conspicuo, ultimis dorsalibus dilatato-compressis; areola intermedia vel trigona vel nulla (Ophionum nostrorum familia IX, seu X conspectus). 2. *Alis area speculari destitutis*, his generibus: 1. *Bracon*; antennis medio frontis insertis; abdomine convexo vel sessili vel petiolato; alis abdomine longioribus; areis costalibus quatuor, tertia subdiscoidali; areola vel magna quadrata vel nulla. 1. Abdomine sessili. a. Areola alarum quadrata, seu Alysia Latr. b. Areola nulla, ut in Basso testaceo Fabr.? 2. Abdomine petiolato. *a*. Areola quadrata, ut in Crypto mutillario Fabr. seu Vipione desertore Latr. *b*. Areola nulla, at nervus modo unicus ab area costali ultima exit. (In hoc genere igitur Agathides, Vipiones et Alysiae Latr. conjunguntur). 2. *Vipio*; antennis filiformibus; abdomine sessili, dorso planiusculo; alarum areis costalibus subquatuor, ultima vel brevi vel obsoleta, areola aut rotundata parva, puncto costali opposita, aut nulla (Microgastri Latr.). 3. *Hybrizon*; antennis tenuibus; abdomine petiolato, alarum areis costalibus aut tribus aut duabus, areola intermedia areaque speculari nullis. 4. *Sigalphus*; antennis dimidio corpore longioribus; corpore duriusculo scabro-punctatissimo, convexo; abdomine brevi fornicato sessili obtusissimo; alarum areis costalibus 3—4, speculari nulla. *Familia 2. Evaniales*; antennis filiformibus validis extensis; abdomine tenui compresso, ad scutellum inserto:

1. *Foenus*; abdomine falcato, alis longiore; tibiis posticis clavatis. 2. *Evania*; abdomine compresso, alis breviore. *Familia 3, Cynipseae;* abdomine metathoraci adfixo; antennarum articulis circiter tredecim. Haec familia, praeter *Cynipes* Linn. etiam *Sagarim* Panz. seu *Ibaliam* Latr. comprehendit. II. Antennis fractis. *Familia 1, Diplolepides*; antennis validis breviusculis, abdomine subtriquetro, areis alarum nullis; complectitur genera *Chalcidum*, *Diplolepidum* et *Pteromalorum*. *Familia 2, Chrysidides*; alarum areis discoidalibus sat distinctis; continet *Cleptas* et *Chrysides*. *Familia 3, Psilotes;* antennis subfractis longiusculis, abdomine ovato, utrinque convexo; alarum areis vix ullis; his generibus: *Sparasion*, *Bethylus*, *Psilus*, *Codrus*. — Eodem anno, in Volumine undecimo Actorum Academiae Naturae Curiosorum, *Gravenhorst* e familia octava Ophionum Conspectus, in Volumine nono illorum Actorum editi, novum genus condebat, *Hellwigia* nominatum, in honorem Hellwigii, Entomologi celeberrimi, tunc semisaecularia muneris publici sui celebrantis. — Anno 1825 *Dahlmann*, in Actis Academiae Holmiensis, Pimplam atratam, gigantem hujus generis, describebat, pluraque de moribus Pimplarum huic descriptioni addebat. — Eodem anno et 1826 *Trentepohl*, in Revisione critica Ichneumonum Fabricianorum, plures species generis Ichneumonum, ex ipso museo Fabricii, describebat.

Methodus systematica Ichneumonidum genuinorum europaeorum, in hac Ichneumonologia exposita, cujusque conspectum tabula synoptica adnexa exhibet, maximam partem respondet conspectui, in Volumine IX Novorum Actorum Acad. Nat. Curios. edito, his tamen immutationibus: E familiis IV, V, VI, VII et VIII generis Ichneumonum genus novum composui, cui nomen *Campoplegis* adsignaveram, cujusque species nonnullas pluribus entomologis jam sub nomine Campoplegum communicavi; cum vero species plurimae generis *Tryphonum*, a Fallenio postea editi, indeque publici juris facti, illi respondeant, juste nomen, a Fallenio inditum, retinui; sed nomen vacans Campoplegis uni subgenerum Ophionum adscripsi. Familiam X Ichneumonum e serie Ichneumonidum genuinorum rejeci, cum, habitu toto et cellularum alae forma, ab illis satis recedat. E generis *Bimplarum* familia VII sectionem tertiam totam et quasdam species sectionis secundae, v. c. P. persuasoriam eique affines, sustuli et in familiam octavam novam collocavi; praeterea familiam unam addidi. Genus *Banchorum* quoque familia nova auctum est. Generis *Ophionum* familia VIII ad gradum generis peculiaris, jam in Volumine XI Novorum Actorum Acad. Nat. Cur., sub nomine *Hellwigiae* descripti, promota est. Familiae IV et V generis *Xoridarum* in unam familiam coalitae sunt. Ratio et leges, quas in construendis generibus et familiis secutus sum, illis respondent, quas jam in scriptis meis anterioribus, v. c. in §. 2

prolegomenorum ad Coleoptera Microptera exposui: Omnes partes externas insectorum respicio; at characteres generum et familiarum vel ab his vel ab illis, sint abdomen thorax alae pedes, desumo, prout hae illaeve, ad designandum genus aut familiam, notas distinctissimas suppeditant, simulque oculis facile se praebent.

JBGENERUM

ENUINOR

wigia.
sp. VIII.

areola nulla
ypturus.
nsp. IX.
chypterus.
deest.
I. Mon.

opaco puncto ... hinctus.
nsp. VIII.

nitidulo laevi ... soleptus.
nsp. IV.

facie plana
tarsis posticis gracilibus — yphon.
msp. V.
tarsis posticis crassiusculis — lobates.
msp. VII.

facie protuberante ... chus.
msp. VI.

II. Tryphon.

... omachus.
onsp. VII.

... yceros.
onsp. V.

ola ore nulla
incomplete quinqueangulari — miteles.
onsp. VI.
completa aut nulla
nulla aut triangulari — hnoceros.
onsp. IX.
plismenus.
onsp. I.
quinque-angulari
iptus.
onsp. II.
matopodius.
onsp. X.
Bgadeuon.
onsp. III.
minuta quadrata — iostenus.
onsp. IV.

a majore ombea ... esochorus.
onsp. XI.

is to ... ectiscus.
onsp. XII.

is lato ... todictus.
onsp. VIII.

V. Cryptus.

... enites.

CAPUT II.

De Ichneumonidum genuinorum corpore ejusque partibus.

§. 1.
De corpore.

Corpus, plus minus elongatum, plerisque est nudum nitidum, interdum pilis brevibus tenuibus erectis pubescens aut pilis tenuibus incumbentibus subsericeum et opacum; saepius caput et thorax plus minus pubescentes esse solent. Rarius corpus est scabrum, seu punctis confertis profundis impressum, v. c. Metopiis, aut passim aciculatum, e. g. pluribus Bassis. — Species plurimae rufo nigroque coloratae sunt, saepe plus minus albopictae, rarius totae rufae aut totae nigrae. Saepius abdomen bicolor est aut tricolor, aut segmentis nonnullis flavis, albove guttatis seu fasciatis. Thorax interdum colore rufo imbutus est, aut flavopictus; saepissime autem puncto uno alterove albo ad radicem alarum notatus. Scutellum multis speciebus album. Pedes unicolores aut bicolores aut

tricolores sunt, nunquam toti nigri, cum femora antica semper subtus pallidiora sint. Caput unicolor aut bicolor, saepe facie plus minus albo-picta, rarius tricolor; antennis saepe annulo lato albo notatis.

§. 2.

De capite.

Caput discretum prominens, antice orbiculatum aut subovatum, superne transversum, plerisque collum versus paulo angustatum, rarius subglobosum aut subcubicum angulis obtusis, e. g. in Xoridis; thorace tertia vel quarta parte brevius, ejus autem latitudine seu paululum angustius, rarius latius. In capite distinguuntur: *Occiput*, regio postica, thoracem versus declive, plus minus emarginatum pro adplicatione ad thoracem; *vertex*, regio superna, inter occiput et stemmata sita; *frons*, inter stemmata et antennas, nonnunquam cornu brevi erecto, rarissime cornubus duobus, armata; *facies* seu *hypostoma*, regio antica, inter antennas et os sita, plana, nonnullis subconcava, e. g. Metopiis, aliis tuberculata, e. g. Exochis; *tempora*, regiones laterales, superne pone oculos; *genae*, regiones laterales, inferne pone oculos sitae. Caput instructum est *oculis*, *stemmatibus*, *antennis* et *instrumentis cibariis*.

Oculi laterales, plus minus prominuli, ovales aut suborbiculati, interdum subreniformes, margine scilicet interiore, juxta antennas, emarginato,

e. g. Hellwigiis. — *Stemmata seu ocelli tria*, inter verticem et frontem in triangulum disposita, hyalino-nitida.

§. 3.
De antennis.

Antennae, inter frontem et faciem insertae, plurimis corpore breviores, nonnullis ejus longitudine, rarissime eo longiores; porrectae, post mortem saepius curvatae aut involutae, praesertim in feminis; filiformes aut setaceae, interdum circa medium subcompressiusculae, v. c. Phygadeuonti triannulato et Mesosteno compressicorni, distinctius compressae Baryceroti, valde compressae et dilatatae Euceroti, clavatae Hellwigiis; nudae aut pubescentes, rarius pilosellae, v. c. Xylonomo pilicorni; articulatae, articulis 18—60: Articulo primo, seu *radicula*, parvo globoso, in caput immerso; secundo, seu *scapo*, subcylindrico aut subclavato, rarius ovato, rarissime subgloboso, semper reliquis crassiore (si antennas Barycerotis et Eucerotis excipias) et duobus sequentibus longiore, tertio et quarto brevissimis crassiusculis, plerumque tam arcte connatis ut pro uno articulo, seu pedicello, habeantur, quarto semper breviore quam tertius, saepius vix conspicuo, vel tertio ipso interdum vix exserto; quinto longiore cylindrico; reliquis, quae, una cum quinto, ab aliis entomologis *flagello* comparantur, longitudine sensim decrescentibus, ita

ut extremi saepius transversi sint, rarissime omnibus transversis, vel, antennis scilicet setaceis, anterioribus transversis, extremis autem fere latitudine longioribus; ultimo plerumque ovato aut subcylindrico et longitudine penultimum excedente, apice acuto aut obtuso. Articuli antennarum filiformium breviorum multiarticulatarum, simulque crassiorum, breviores quoque et, exceptis secundo et quinto, globosiores seu longitudine latitudinis sunt; articuli antennarum longiorum autem et graciliorum, vel pauciarticulatarum, longiores et, exceptis primo tertio et quarto, cylindrici. Cum vero plerisque articulus primus omnino absconditus esse soleat, tertius et quartus autem unicum modo articulum exhibeant, articulus secundus pro primo, tertius et quartus pro secundo, quintus pro tertio habentur, qua denominatione etiam in hac Ichneumonologia usus sum.

§. 4.

De partibus oris.

In examine *partium oris* seu *instrumentorum cibariorum*, ob parvitatem subtilitatem et situm absconditum atque complicatum plurium harum partium, assiduitate quam maxima, nec non oculis bene armatis attentissimisque, et contemplationibus saepius reiteratis et ex omni parte directis, opus est. Haec requisita sane nec temere postulata nec superflua sunt; eoque minus reprehendi

vereor, me in his nimis consideratum esse, cum videamus, coryphaeos entomologorum maxime celebratos, in descriptione harum partium, immo in numero earum, inter se discrepare. In re tam ardua et erroribus facillime obnoxia, oculis meis solis diffidens, auxilium invocabam viri amicissimi et oculatissimi, Neesei ab Esenbeck, nec frustra, nam hic, statim opus aggrediens, circiter quinquaginta species e diversis generibus et familiis Ichneumonidum, examini rigoroso subjiciebat, oris partes et antennas, e quaqua parte, oculis armatis attentissime inspiciebat, quaeque viderat autem benevolenter mecum communicabat, quod animo gratissimo hic agnosco. Descriptiones singulas ejus verbotenus speciebus, ad quas attinent, addam, simulque notabo, quo forsan descriptionibus earundem partium, ab aliis entomologis editis, haud respondeant. Hic autem sola generaliora de oris partibus recensenda sunt: — *Clypeus* re vera nihil aliud est quam pars inferior faciei, ejusdemque cum facie substantiae corneae, plerumque ejusdem coloris. Sutura transversali a facie discretus esse solet, interdum vero etiam, hac sutura obsoleta aut plane deficiente, omnino cum facie concretus est; plerumque transversalis, rarius orbiculatus aut suborbiculatus est, margine postico et antico rotundato, rarius recto, antico interdum emarginato. — *Labrum* rarissime totum exsertum est, plerumque maximam partem sub clypeo absconditum, interdum omnino retractum; membranaceum, nonnullis coriaceum, rarissime cor-

neum; forma varia, triangulare, semiorbiculatum, transversale, rotundatum, subquadratum; saepius appendice apicali membranacea angustiore, ut plurimum subulata, interdum triangulari, auctum. — *Labium* compositum est e mento et lingua. *Mentum* est corneum, plurimis pubescens, rarissime coriaceum aut submembranaceum, forma varia, longe plurimis tamen compressum convexum obconicum, multis vero subovatum, rarius cuneiforme aut subrectangulum seu lineare; apice plerisque tridentatum aut bidentatum, multis rotundatum aut truncatum, rarius emarginatum, rarissime bifidum aut productum. *Lingua*, ab aliis *labium* nuncupata, membranacea est, rarissime subcoriacea, forma varia, plurimis subquadrata, aliis transversa, paucis obconica linearis triangularis subrotunda subrectangula cordata, apice plerisque obtusa aut truncata aut bifida, aliis excisa aut emarginata, paucis rotundata aut denticulata; plerumque longitudine est menti, vel eo dimidio brevior, rarius tantum tertiae partis ejus longitudine, rarissime autem mento longior; caeterum vel latitudine menti, vel eo latior aut angustior. — *Mandibulae* corneae, breviores aut longiores sunt, plus minus arcuatae, ut plurimum basi latiores, apicem versus angustatae, rarius basi et apice fere aequilatae; rarissime rectae, triangulares aut pyramidales vel lineares seu apice dilatatae; apice bidentatae, exceptis perpaucis speciebus, quibus apex vel integerrimus vel tridentatus est. Jurine quidem assert, omnium Ichneumonidum mandi-

bulas bidentatas esse, teste Neeseo autem mandibulae Xoridae et Metopii integrae sunt, Pimplae vero, cui Fabricius mandibulas inermes adscripsit, bidentatae. — *Maxillae* e partibus duabus distinctis constant, *basi* nempe et *processu* seu *processibus laciniisve duobus* supernis; illam Nees ab Esenbeck *stipitem* nuncupavit, hos nomine *malae* designavit: *Stipes* longe plurimis corneus est et compressus, paucis coriaceus aut membranaceus; plerumque sublanceolatus, interdum subrectangularis aut subtriangularis, rarius formae ovatae oblongae obconicae semicylindricae lineari magis respondens. *Mala* vel bifida aut bipartita est vel biarticulata (bipartita aut bifida respondere videtur processibus duobus, interiori nempe et exteriori, quorum Illiger mentionem fecit; biarticulata autem unum processum, eumque biarticulatum, exhibere videtur). Ratione substantiae mala est membranacea, rarissime subcoriacea aut processu exteriore coriaceo corneove. Longitudine mala stipiti aequalis esse solet, multis vero hoc brevior est. Caeterum autem nullus reliquorum auctorum, qui maxillas Ichneumonum examinaverunt, processuum aut laciniarum mentionem faciunt, praeter Fabricium, qui maxillam bifidam Bassi seductorii et Pimplae vagatoriae descripsit. — *Palpi* quatuor elongati filiformes inaequales: *Anteriores*, seu *maxillares*, longiores sunt, plerumque mala duplo aut triplo longiores, nunquam hac breviores aut plus quadruplo longiores, quinquearticulati, rarissime quadriarticulati, (secundum Fabricium et

Panzerum saepe sexarticulati). Articulorum primus obconicus esse solet aut clavatus vel subclavatus, rarissime subcylindricus aut filiformis; secundus plerumque cultriformis, vel etiam obconicus, rarius subcylindricus aut subclavatus, semicordatus, subtriangularis, rarissime vomeriformis, securiformis subrhombicus; tertius plurimis subcylindricus aut filiformis vel obconicus, rarius clavatus aut cultratus; quartus plerumque cylindricus, vel etiam obconicus aut filiformis, rarissime spathulaeformis; quintus tandem longe plurimis filiformis, haud raro etiam cylindricus, paucis conicus, apice vel obtusus vel acutus. Auctores, qui palporum sexarticulatorum mentionem fecerunt, articulum sextum describunt cylindricum aut filiformem. Quod ad longitudinem relativam articulorum, tertius longissimus esse solet, primus secundus quartusve brevissimus, interdum vero horum quoque unus alterve, vel etiam quintus, longissimus est, rarissime tamen tertius est brevissimus; quibusdam speciebus omnes longitudine aequales sunt. *Palpi posteriores*, seu *labiales*, breviores, ut plurimum labio duplo longiores, rarissime triplo longiores aut labii longitudine sunt; quadriarticulati, rarissime triarticulati, (secundum Latreilleum semper triarticulati, quod autem observationibus omnium reliquorum entomologorum obstat): Articulus primus plerisque clavatus est aut obconicus, rarissime subcylindricus; secundus obconicus aut subtriangularis vel securiformis, rarius subcylindricus subcordatus aut obovatus, rarissime fere quadratus

globosus aut rhombeus; tertius longe plurimis obconicus, rarius subtriangularis aut securiformis, rarissime cylindricus aut subovatus; quartus cylindricus aut filiformis, vel etiam oblongus, rarius ovatus. Ratione longitudinis relativae articulorum, norma fere constans esse videtur, articulos duos intermedios semper primo et quarto breviores esse; interdum tres anteriores aut tres posteriores, rarius autem omnes, ejusdem longitudinis sunt. Caeterum haud superfluum erit adnotare, me quidem de nonnullis formis partium oris dixisse, eas frequentiores esse, de aliis, eas rarius conspici, sed de exactitudine harum indicationum haud respondere possum, graviter enim suspicor, auctores, in designatione et denominatione formarum earundem, haud semper congruere, sed, ad unam eandemque formam designandam, hunc illo illum altero verbo adjectivo usum esse.

§. 5.

De thorace.

Haec pars corporis, cui alae et pedes insident, latitudine saltem duplo, vel triplo aut quadruplo, longior est; forma rarius subcylindrica, saepius plus minus gibba, interdum subglobosa. E partibus seu segmentis tribus distinctis composita est: Pars antica et minima, *collum* aut *collare*, ab aliis quoque *prothorax* nominata, superne perbrevis est et annulum quasi exhibet, cum parte media thoracis ita coalitum, ut fere totum sub hujus anteo-

gine antico latent. Sutura, seu linea impressa transversalis, ad latera oblique super pedes anticos, deinde pone hos verticaliter, decurrens, sejungit collum a parte media thoracis. Collo caput antice insidet, subtus autem et postice pedes antici ei inserti sunt. Pars altera seu intermedia thoracis, indeque ab aliis entomologis *mesothorax* nuncupata, a me nomine *prothoracis* distincta, quia collum sub eo absconditum est et haec pars superne re vera partem anticam thoracis exhibet, maxima est, et a parte postica sejungitur sutura profunda, pone scutellum alas posticas et pedes medios circumducta. Alae, pedes medii et scutellum, huic parti inserti sunt. Radices alarum, et linea impressa, seu sutura, a radice alae anterioris versus collum ducta, limites designant inter *dorsum* et *latera* prothoracis. Ima pars prothoracis *pectus* est. Pars tertia et postica, seu *metathorax*, cui pedes postici et abdomen inserti sunt, saepius lineis nonnullis elevatis verticalibus et transversalibus, rectis angulatisve, areolata aut cancellata, nec non punctis aut cicatriculis rugulisve aspera est, nonnunquam etiam postice, in facie declivi, tubercula duo, rarius quatuor, obtusa aut mucronata gerit. Ex observationibus plurium entomologorum gallicorum, (Audouinii, Blainvillei, Chabrieri) alae posticae metathoraci insertae essent, quod quidem etiam concedi posset, si scutellum quoque pro parte metathoracis agnosceretur. Duae nempe suturae laterales a scutello descendunt; anterior a margine antico scutelli,

inter radices alae anticae et posticae, oblique ad latera thoracis versus coxas pedum mediorum decurrit; posterior a margine postico scutelli, pone radicem alae posticae, decurrens, ad basin coxae cum sutura anteriore coincidit. Si posterior limitem inter prothoracem et metathoracem designat, scutellum et alae posticae metathoraci insident. Ex his simul patet, regionem scutellarem thoracis partem esse, suturis aeque distincte ac reliquae thoracis partes definitam. Audouin autem in thorace insectorum partes quadraginta tres definitas distinxit, plurimasque earum denominationibus peculiaribus designavit. De his, nec non de observationibus Blainvillei, Chabrieri et Latreillei, consulere velis: Annales des sciences nat. par Audouin etc. I. pag. 118 et pag. 416; Ibidem 1822 pag. 82; Bulletin des Sciences de la Soc. phil. 1820, pag. 33; Memoires du Museum, VI. p. 411, VII. pag. 302, VIII. pag. 199. Ad latera singulae partium trium thoracis, a me commemoratarum, *spiraculum* exit, saepe obsoletum.

Scutellum, si adest, plurimis subtriangulare aut suborbiculatum est, plus minus convexum, interdum tuberculatum, e. g. Trogis, tumque haud raro mucrone erecto armatum, e. g. Banchis; rarius transversum quadrangulare, angulis duobus apicalibus in mucronem elongatis, v. c. Metopiis. In Pezomachis autem scutellum sensim evanescit, prout alae evanescunt; quibus tandem omne alarum rudimentum obliteratum est, omni quoque vestigio scutelli carent.

§. 6.
De alis. (Tab. I. et II.)

Ichneumonides, ut reliqua Hymenoptera, *alis* quatuor instructi sunt, e *membrana* tenui et *costis* corneis, illam expandentibus, conflatis. Hae costae ab aliis *nervi* aut *venae* nuncupantur, quamvis neque nervi neque venae sint, sed tracheae corneae. Cum vero in plurimis scriptis nervi nominentur, haec denominatio itaque in usu sit, ego quoque ea utar. E conjunctionibus et anastomosibus nervorum *cellulae* seu *areolae* aut *areae* alarum oriuntur. *Radix*, seu pars alae, quae thoraci inseritur, substantia est intermedia inter corneam et membranaceam, nunquam hyalina aut diaphana, sed semper colorata; obtegitur autem pro parte *squamula* convexiuscula, duriore cornea, quae tamen potius ad thoracem pertinet. — *Alae anticae* (fig. A), posticis longiores, angustae, apicem versus sensim dilatatae sunt. Margo earum anticus longior est interno, hic longior postico. *Stigma* (a) distinctum est, majus aut minus. Costa crassior marginis antici, inter stigma et angulum dorsalem alae extensa, *radius* (b) nuncupatur. Ex anastomosi nervorum *cellulae* decem aut undecim formantur. Harum cellularum, secundum longitudinem alae consideratarum, tres, a radice alae ortae, elongatae sunt seu *humerales* (1—3), una est *radialis* (4), duae aut tres *cubitales* (5—7), duae, cubitalibus substratae, *discoidales* (8—9), duae, discoidalibus substratae, *posticae* (10—11) (in

conspectu generum anteriore a me *brachiales* nuncupatae). Nervi, qui cellulas discoidales inter se disjungunt, relatione ad cellulas cubitales, *nervi recurrentes* nominantur. Denominationes angulorum et marginum alae e Terminologia Illigeri desumsi, cellularum e Methodo Jurinei. Cum vero hic non nisi cellulas cubitales et radiales respexerit, reliquas ipse denominationibus, quales mihi aptae videbantur, designavi. Cellulis secundum latitudinem alae consideratis, illae ad marginem breviorem seu posticum sitae mihi *externae* (5. 8. 10) sunt, juxta cellulas humerales sitae *internae* (7. 11), inter externas et internas sitae *intermediae* (6. 9). Cellularum *humeralium* quae ad radium jacet *externa* (1) est, quae ad marginem internum *interna* (3), quae ab ambabus includitur *intermedia* (2). Fallén partibus pluribus alarum, modo recensitis, nomina alia indidit: Margo totus anticus ei est *nervus costalis* (b), stigma *punctum costale* (e), cellula radialis *area costalis ultima* (4); porro Fallén omnes cellulas, quae nullam cum nervo costali, neque cum margine interno alarum, connexionem habent, *areas discoidales* adpellat; nostra cellula cubitalis intermedia ei est *areola intermedia* (6) seu simpliciter *areola*; cellula discoidalis intermedia *area specularis* (9). Brevitatis causa ego cellulam cubitalem interiorem et exteriorem *cellulam interiorem* et *cellulam exteriorem* nuncupabo, pro cellula cubitali intermedia autem simpliciter denominatione *areolae* utar. Cum vero, inter has cellulas, prae-

primis areolae, cellulae interioris et cellulae radialis rationem habuerim, de his quaedam adhuc proferre mihi liceat: *Cellula radialis* plurimis speciebus lanceolata est et magnitudine mediocri; Porizonibus autem (fig. 2) permagna, triangularis, angulo interiore recto, in medio disci alae sito. *Cellula interior* (r) maxima, e coalitione cellulae cubitalis anterioris et cellulae discoidalis interioris (x. y) orta est, nervo dividente, qui has duas cellulas sejungere deberet, easque in aliis hymenopteris etiam perfecte sejungit, extincto. Plerisque tamen speciebus vestigium illius nervi dividentis (z), obsoletius aut distinctius, conspicitur, nempe in superiore hujus cellulae parte, ubi nervus ille cum alio, ab eo versus cellulam posticam interiorem recurrente, angulum acutiorem aut obtusiorem exhibere solet. Rarius hoc nervi dividentis rudimentum usque ad medium cellulae interioris excurrit, e. g. in Tryphone maculato, Lissonota dorsali, Pimpla decimatore (fig. 3); plerumque perbreve est, aut angulus solus locum indicat, unde excurrere deberet; deinde angulus quoque evanescit, et nervus, qui cellulam internam a cellula discoidali intermedia sejungit, arcum exhibet plus minus arcuatum, donec tandem, e. g. in Porizonibus (fig. 2), arcus in lineam rectam transit, omneque vestigium nervi dividentis obliteratum est. *Areola* nonnullis speciebus et generibus deest; plurimae autem ea instructae sunt. Quaedam species individuis variant areola distincta aut prorsum nulla. Imo occurrunt indi-

vidua, quibus areola in una ala deest, in altera distincta conspicitur; e. g. in Mesolepto montano, Mesolepto Antilope et Tryphone sternoxantho; fit quoque, licet perraro, ut areola, nervo accessorio diagonali, in duas areolas dividatur, in Alomyae ovatoris individuo uno. Semper autem, si adest, reliquis cellulis magnitudine cedit, et vel quinqueangularis, vel quadrangularis, vel triangularis, vel suborbicularis est. Omnes hae formae autem multifarie modificantur, unaque in alteram transit. Areola *quinqueangularis* (fig. 4) si latitudine longior et basi latior quam apice est, *pyramidalis* (fig. 11) nominatur; *quadrangularis* vel quadrata (fig. 6) vel rhombea (fig. 12) vel rectangula vel trapeziformis esse potest; *triangularis* (fig. 8. 10) vel regularis vel irregularis est; *suborbiculata* haec areola nominatur, si latera ejus plus minus arcuata sunt, concavitate arcus intus versa. Magnitudo relativa hujus areolae in speciebus et familiis diversis etiam diversa est; in serie individuorum, hac fine selectorum, ostendi potest, quomodo areola gradatim deminuitur tandemque omnino evanescit. Disparet autem duplici ratione: Vel enim nervi ejus duo laterales sensim sensimque invicem adpropinquant, usque dum collabuntur et, collapsi, unum nervum exhibent, vel nervorum lateralium unus alterve sensim evanescit. Illud fit hac ratione: Areolae quadrangularis aut quinqueangularis nervi laterales apice, id est ubi cellulam radialem attingunt, sensim adpropinquant, deinde, apicibus ipsis conjunctis, areolam triangularem exhi-

bent; conjunctione ulterius continuata, partes apicales amborum nervorum ita coalescunt ut quasi petiolum exhibeant, quo areola ipsa suspensa esse videtur, quae nunc *petiolata* (fig. 15) nominatur; patet autem, conjunctione longius longiusque continuata, areolam ipsam tandem prorsus evanescere debere. Areola ita sensim angustata, nervi laterales quidem basi quoque, id est, ubi cellulas discoidales attingunt, sensim adpropinquant, nunquam vero a basi ipsa conjunctio incipit, indeque nunquam petiolum areolae e basi hujus provenire videbis, sed semper ex ejus apice. Si, numero secundo, nervorum lateralium unus alterve, plerumque exterior, sensim evanescit, vestigia ejus in membrana hyalina alae plus minus conspicua esse solent, aut, vestigiis ejus plane obliteratis, angulus obtusus, in nervo inferiore cellulae externae, prope juxta cellulam discoidalem intermediam, locum prodere solet, unde nervus ille extinctus oriebatur, e. g. in Hemitelibus (fig. 16). Saepe autem nullum vestigium, nec quoque angulus iste, superest. Interdum, loco areolae, punctum conspicitur nigro-fuscum, corneum (fig. 19) quod vel e contractione areolae totius, vel e contractione nervi simplicis, cellulam exteriorem ab interiore sejungentis, ortum esse videtur. Hac contractione, quam nervus inferior cellulae radialis, et superior cellulae discoidalis externae et intermediae, secuti sunt, factum est, ut, in illo puncto, cellula radialis cum cellulis istis discoidalibus fere in contactum venerint. Areola *nervum*

secundum recurrentem excipere solet. Rarius hic nervus exacte cum nervo exteriore areolae coincidit vel ipse, paululum ab areola remotus, a cellula exteriore excipitur; plerumque recte descendit aut parum arcuatus est, interdum autem paulo infra medium angulum exhibet. Areola deficiente, nervus ejus lateralis exterior extinctus esse solet; tunc vero, areola cum cellula externa conjuncta, haec nervum secundum recurrentem excipit. Rarius areolae nervus lateralis interior extinctus, et areola ipsa cum cellula interna conjuncta est, quae nunc etiam nervum secundum recurrentem excipit. Rarissime, areola deficiente, nervus ille recurrens coincidit cum nervo, cellulas duas cubitales magnas sejungente. — *Alae posticae* (fig. B), anticis breviores et angustiores, subaequilatae sunt. Anastomosibus nervorum formantur cellulae septem, quarum tres (1—3), e radice alae ortae, *internae*, quatuor (4—7) autem, ad marginem posticum sitae, *externae* sunt. Internarum superior plerumque usque ad medium marginis antici extenditur, inferior marginem internum occupat, intermedia inter superiorem et inferiorem sita est. Externarum supera confinis est inferiori superiori, et angulum anteriorem alae occupat, secunda tertia et infera ad marginem posticum sitae sunt, nervis intermediis nonnunquam vero adeo obsoletis, ut illae tres cellulae in unam magnam cellulam confluant.

Haec de alis perfectis horum insectorum praeferenda erant. In serie specierum subgeneris Pezi

machorum autem vidimus alas sensim sensimque decrescere, ita ut nullo modo volatu idoneae sint, tandemque ipsa rudimenta laevissima earum plane evanescant. Sed structura harum alarum imperfectarum, et cellulae, quantum in nonnullis Pezomachis adhuc cognoscere licet, alis perfectis reliquorum cogenerum respondent. (fig. 24. 25.).

§. 7.

De pedibus.

Pedes sex Ichneumonidum *cursorii* sunt; antici, eorumque partes, breviores, medii magnitudine media, postici longiores; vel graciliores et longiores, nonnunquam pergraciles, vel validiores et breviores, postici interdum valde incrassati. Partes eorum sunt, ut in reliquis plurimis insectis, coxa seu caput femoris, trochanter, femur, tibia, tarsus cum ungue. — *Coxae* anteriores globosae sunt; posticae ovato- aut elongato-globosae, interdum subangulatae, vel etiam compresso-globosae simulque permagnae, in quibusdam speciebus Exochorum magnitudine femoribus aequales, nonnullis, v. c. Ichneumoni culpatori et melanogono, calcare valido armatae; Ephialtae mesocentro coxae mediae quoque tuberculo acuminato laterali armatae sunt. — *Trochanteres* biarticulati sunt, articulis autem arctissime connatis, quorum minor cum femore connexus est, major cum coxa. — *Femora* sunt elongata, graciliora aut crassiora,

interdum ellipsoideo-clavata e. g. Exochis; postica interdum anterioribus multo crassiora, v. c. Pachymeris, praetereaque, quod quidem rarissime, ad marginem inferum spina seu dente valido armata, v. c. Odontomeris. — *Tibiae* rectae elongatae, apicem versus magis minusve incrassatae; anticae spina apicali solitaria reclinata armatae, plerumque posterioribus paulo validiores, rarius subclavatae, v. c. Echthro reluctatori; mediae spina recta gemina, rarius solitaria; posticae spina recta gemina, interdum plus minus curvatae, e. g. Rhyssae curvipedi. — *Tarsi* sunt filiformes graciles, tibiis graciliores, rarius crassitie tibiarum et subtus canaliculati, e. g. Anomalis; quinquearticulati, articulo primo longiore, sequentibus longitudine decrescentibus, ultimo apice *unguibus* duobus acutis incurvis, et inter hos *unguiculo* breviore obtuso, armato; unguibus in subgenere Ophionum subtus pectinatis, pectinibus subtilissimis, oculo bene armato distinctis.

§. 8.

De abdomine.

Abdomen, secundum genera et species horum insectorum, forma et longitudine relativa diversum est; quibusdam thoracis longitudine aut quadruplo longius, plurimis thorace duplo triplove longius; aliis thoracis latitudine aut angustius, paucis eo aliquanto latius. Quod ad formam, ab-

domen plerisque est vel cylindricum, vel elongato-ovatum aut fusiforme, vel plus minus compressum apice plerumque truncato, aliis subconicum seu apicem versus sensim angustatum, aut depressum, paucis lineare aut depresso-orbiculare. Relatione ad conjunctionem cum thorace, abdomen est vel sessile, vel subsessile aut subpetiolatum, vel petiolatum, de quo conferre velis quae infra, ubi de segmento primo agetur, proferam. Abdomen segmentis septem aut octo compositum est; octavo spurio, plus minus abscondito, saepe plane obsoleto. *Segmenta*, forma et magnitudine, respondent formae et magnitudini abdominis ipsius; hoc nempe breviore et latiore, illa quoque lata sunt; abdomine longiore et graciliore, segmenta sunt latitudine longiora et cylindrica, seu latitudine longitudinis, i. e. quadrata; abdomine ovato, segmenta anteriora apicem versus sensim dilatantur, posteriora autem apicem versus coercentur. Quibusdam feminis apex abdominis appendice biarticulata, seu segmentis duobus accessoriis (de quibus conferas quae in §. 9 de genitalibus feminae commemorabo), auctus est. Prout autem segmenta ultima perfectius aut imperfectius efficta, seu plus minusve abscondita, sunt, auctores quoque numero eorum indicato differunt: Secundum Audouinium abdomen hymenopterorum e segmentis octo conflatum est, putat enim, praeter segmenta septem, vulgo accepta, primum semper intime cum metathorace connatum esse, ideoque, si abdomen petiolatum sit, haud segmentum primum, sed secun-

dum, in petiolum elongatum esse. E sententia Blainvillei abdomen insectorum segmentis decem compositum est, quorum duo ultima autem semper abscondita sunt. Segmentum, quod vulgo, etiamque in hac Ichneumonologia, *primum* nuncupatur, ratione formae, minus reliquis abdomini toti respondet. Utrinque ad ejus latera tuberculum situm est parvum, magis minusve distinctum, in quo spiraculum exit. Haec tubercula vel in medio segmenti sita sunt, vel ante medium (inter medium et apicem), vel ultra medium (inter medium et basin). Quo magis tubercula a basi remota sunt, eo gracilior pars postica hujus segmenti esse solet. Pars antica, inter tubercula ista et marginem apicalem segmenti sita, (in Monographia Ichneum. pedestrium minus apte *area* nuncupata), plurimis speciebus latior est parte postica, multis tamen, praecipue abdomine toto valde compresso, vix paulo latior; perpaucis segmentum primum totum exacte lineare ubique aequilatum est. Tuberculis basi valde approximatis, parte antica segmenti autem aequilata, nec segmentis sequentibus multum angustiore, his autem thoracis circiter latitudine, abdomen *sessile* nominatur, cum pars postica primi segmenti adeo brevis sit ut vix discerni possit, indeque pars antica immediate cum metathorace cohaerere videatur. Si hoc segmentum, seu pars ejus postica, basin versus sensim coercetur, abdomen *subsessile* aut *subpetiolatum* est. Si tandem pars postica elongata angusta linearis aut filiformis est, haec pars *petiolus* nominatur,

abdomen autem *petiolatum*. Petiolus vel est rectus, vel arcuatus et ad partem inferiorem metathoracis, cui inseritur, descendens. Plerumque tubercula abdominis sessilis ad basin segmenti primi, abdominis subsessilis aut subpetiolati circa medium, abdominis petiolati autem versus apicem segmenti illius, sita sunt. Caeterum hoc segmentum saepius lineis duabus aut quatuor longitudinalibus, plus minus distinctis, carinatum, et cicatriculis seu punctis asperum et aciculatum est; lineis istis punctisque interdum in segmentum secundum continuatis. Secundum tertium et quartum in Glyptis lineis duabus dorsalibus obliquis impressa sunt, in Bassis nonnullis linea transversali. In plurimis subgeneribus Pimplarum omnia fere segmenta plus minus transversim incisa aut subtuberculata sunt. Segmenta quatuor aut sex anteriora utrinque *spiraculum* habent distinctius aut obsoletius; nec vero dubito, quin omnibus segmentis tale spiraculum laterale sit, ultimis tamen obsoletissimum.

§. 9.

De partibus sexualibus.

Mares horum insectorum nonnulli a feminis suis differunt abdomine graciliore, ut in pluribus speciebus Cryptorum et Pimplarum; alii antennis crassioribus, e. g. plures Crypti, aut gracilioribus, e. g. plures Ichneumones. Multae feminae Ich-

neumonum et Cryptorum a maribus suis discernuntur antennis alboannulatis et, post mortem, magis curvatis, saepiusque spiraliter convolutis. Alii mares picturis elegantioribus capitis thoracis et pedum a feminis suis distinguuntur. Sed omnes hae notae haud lege generali, ubique rata, nixae sunt, indeque haud semper, ubi de sexu unius alteriusque individui incerti sumus, dubia omnia tollere possunt; multae enim feminae cum maribus suis, tam forma abdominis et antennarum, quam colore et picturis corporis, ejusque partium, prorsus congruunt. Solis partibus genitalibus ipsis sexus semper discernitur. Hae partes sunt vel internae vel externae. De internis taceo, cum eas haud examinaverim.

Partes externae sexuales, in apice abdominis sitae, si exsertae sunt, in individuis masculis membra quaedam exhibent perbrevia, plerumque maximam partem abscondita et arcte composita, ut modo unum stylum brevem obtusum exhibere videantur. Feminae aculeo instructae sunt depositorio tripartito, qui autem, in generibus et speciebus diversis, longitudine valde diversa est, multis nempe perbrevis et vix exsertus, multis longus, haud raro corpus longitudine excedens, paucis tamen corpore pluries longior. Inveniuntur vero multa individua, quibus omnes partes sexuales totae absconditae et in abdomen retractae sunt, nec nisi insecto adhuc vivente aut saltem molli, pressione cauta digitorum, protrudi possunt. Si autem tale individuum jam demortuum est et peni-

tus exsiccatum, nullo modo eruere poteris, num sit mas num femina, nisi insectum subjicias sectioni anatomicae, aut forsan aliae notae externae, experientia longa confirmatae, de sexu te certiorem faciant. Huic incertitudini autem non solum individua singula aut species singulae obnoxiae sunt, (conferatur Mesoleptus Typhae etc.), sed tota genera: Ego saltem de nullo Metopio, quotquot eorum coram habui, certitudine quadam discernere auderem, num sit mas num femina; omnibus enim styli duo exigui ex apice segmenti ultimi exerti erant, nulli autem aliquid aculeo simile (conferas quae de his ad genus Metopiorum dixi). Sed jam progrediamur ad partes sexuales distinctas, et quidem primo ad *partes masculas*. Hae plerumque, v. c. in omnibus Ichneumonibus, conulum exhibent brevem, vix exsertum, obtusum compressiusculum, e valvulis duabus compositum verticalibus, externe convexiusculis, in concavitate interna penem includentibus; rarius, e. g. in Exocho frenatori, valvulae istae semicylindricae sunt. Interdum autem styli duo longiores prominent, vel recti, e. g. in Mesochoris, vel subforcipati, v. c. in Tryphone vellicante. In Paniscis hae partes interdum sub forma corpusculorum subhamuliformium exsertae sunt. Xoridae nitenti penis est linearis depressus diaphanus, linea media longitudinali obscuriore (canali pro excretione seminis?), intra valvulas duas exsertas lineari-lanceolatas inclusus; supra has valvulas praeterea duo styli brevissimi cylindrici subporrecti sunt. Structura et forma simili penis

Rhyssarum esse videtur, sed vaginae duae conchaeformes, quae eum includunt, praeterea duo alia corpuscula conchaeformia, illis similia, sed minora, et forcipem continent. His partibus masculis Rhyssarum respondere videntur partes Ophionis lutei, a Degeero in tractatu XV partis secundae tomi secundi descriptae et delineatae, sed forceps deest. — *Aculeus depositorius* feminarum tripartitus est: Pars media exhibet setam gracilem rigidam flexilem corneam laevissimam nitidissimam rectam teretem, rarius arcuatam compressam, colore plerumque rufo aut castaneo, rarius fulvo aut fusco. Haec seta *terebra* est, et canali centrali longitudinali instructa esse dicitur, per quem ova ponerentur. In Pimplis pluribus (v. c. in P. varicorni) terebram vidi subtus, per totam longitudinem, canaliculatam. Partes laterales utrinque setam aut stylum exhibent semicylindricum, aut versus apicem paulo incrassatum, rarius subclavatum, extra convexum, plus minus pubescentem, nonnunquam punctum, intra concavum laevem. Cum hae partes, situ quieto et naturali, terebram includant, *vaginae* nominatae sunt. Praeterea in nonnullis feminis, e. g. Campoplegis alienati, juxta aculeum corpuscula duo clavata conspiciuntur. Longitudo aculei pervaria est: Quibusdam feminis hoc membrum omnino absconditum est, quibusdam subexsertum, aliis longius, vel corporis longitudine vel corpore longius, rarius hoc pluries longius. Aculeus subexsertus stylum exhibet brevem compressiusculum linearem, rarius subclavatum (ut in

Campoplege alienato), interdum vix a genitali masculo distinctum, quod tamen minus lineare esse solet sed magis formae conuli compressi respondet. Aculei breves simpliciter et recta ex apice abdominis exserti esse videntur, terebraque instructi sunt setaeformi. Plura commemoranda sunt de aculeis longioribus et longissimis. Horum terebra saepius apice subdilatato-compressiuscula seu lineari-lanceolata, ibique angulis transversis, plus minus distinctis, incisa est; saepe vero etiam per totam longitudinem compressiuscula, e. g. in Pimplis (conferatur P. varicornis); interdum quoque terebra compressiuscula plus minus sursum curvata est, in Porizone claviventri autem, magisque in Porizone gravipede, falcato-sursumcurvata. Vaginae plerumque externe punctae sunt et pubescentes, interdum ipsae pilosellae, haud raro quoque apicem versus subincrassatae. Feminae, aculeo longo instructae, hunc, in situ quieto, porrectum gerere solent; quae autem aculeum perbrevem aut subexsertum habent, hunc saepe plus minus oblique erectum gerunt. Si vero perturbantur premuntve aut ova deponere quaerunt, aculeum omnibus directionibus, sursum et deorsum, nec vero, ut videtur, latera versus, movere et removere possunt. De loco insertionis terebrae et vaginarum haec addenda sunt: In multis speciebus, praeprimis in generibus Rhyssarum et Porizonum, sed etiam in Pimplis Cryptis etc. quarum feminis abdomen apice incrassatum et truncatum, subtus rima longitudinali incisum est, haud raro obser-

vatur, vaginas aculei semper apici abdominis insertas esse, dum terebra, longe a loco insertionis vaginarum remota; deorsum flexa, e ventre ipso, interdum e media parte ventris, provenire videatur. Geoffroy, in Voluminis secundi pagina 316 quidem dicit, terebram nasci ab extremitate abdominis, vaginas autem ab infera ejus parte, paulo sub extremitate, sed quod auctor hic de terebra dicit, potius ad vaginas adhibendum est, et vice versa. Haec res autem ita se habet: Vaginae parti posticae segmenti ultimi adfixae sunt; canalis autem, quem vaginae semicylindricae compositae exhibent, ad radicem vaginarum in rimam ventralem continuatur, inde usque ad segmentum sextum aut quintum prolongatam. Terebra, quae sub segmento sexto aut quinto inserta esse videtur, situ quieto versus apicem abdominis porrecta, a rima ventrali excipitur planeque absconditur, in apice abdominis autem vaginis amplectitur et in illis ultra abdomen porrigitur. Coleocentris et Arotis basis terebrae, aut, quod idem est, rima ventralis, vel tota vel pro parte, valvula ventrali horizontali convexa acuminata, apice elongata, obtegitur. Aliis speciebus, e. g. multis Cryptis, segmenta intermedia ventre receptaculum breviuś tectiforme exhibent, e quo terebra provenire videtur. Quod autem modo de insertione terebrae ad ventrem dixi, primo adspectu quidem ita esse videtur, re vera autem aliter est: Segmento ultimo seu octavo, quod in Rhyssis, sub specie laminae subtriangularis infra segmentum septimum prostat, appendix affixa est

subbiarticulata, superne longitudinaliter canaliculata, cujus apici terebra inserta est. Haec appendix autem perraro, at nunquam in statu quieto insecti, in conspectu est, cum semper, non solum sub ventrem reflexa, sed in rimam longitudinalem segmentorum ultimorum recepta ibique abscondita esse soleat. Terebra vero, ejus apici affixa, qui nunc sub medio ventre situs est, iterum reponitur atque in rimam ventralem ultimorum segmentorum et in canaliculum appendicis dorsalem, situ quieto appendicis retroflexi in ventre deorsum spectantem, recipitur. Si vero terebra hoc situ longius se porrigere violenter nititur, appendix cum parte ventrali segmentorum ultimorum ita protruduntur, ut situ verticali se exhibeant, eadem segmenta autem superne unum in alterum reprimantur, unde apex abdominis ipse valde incrassatus, compresso-truncatus, postice canaliculatus (quia rima ventralis sursum mota est), inferne (ubi apex abdominis prominet) tuberculatus, adparet, vaginae aculei autem marginem superum partis truncatae occupant, terebra ipsa vero e margine inferiore hujus partis provenire videtur. Haec omnia multifarie variata conspicio in copia individuorum Rhyssarum Porizonum etc. quibus appendix ista, in mortis agone violenter protrusa, post mortem in hoc situ mansit. Secus autem est adspectus, quando appendix tota cum abdomine ipso in unam eandemque directionem longitudinalem et situm horizontalem porrecta est, quale quid in duobus individuis Porizonis claviventris et gravipedis ante ocu-

los habeo: His nempe appendix biarticulata partem ultimam seu apicalem abdominis exhibet; vaginae aculei, velut cornua duo curvata, fere in medio dorsi abdominis erectae sunt; duo ultima segmenta (appendix) superne per totam longitudinem canaliculata sunt; terebra autem ex ipso apice abdominis porrecta est. Patet, hunc statum et situm partium valde coactum et praeternaturalem esse, nec nisi affectu quodam violento effectum esse posse. — *Vulva* Ophionis lutei, cujus copulam Degeer observavit, secundum hujus descriptionem, ventre sita est inter segmentum sextum et radicem aculei.

CAPUT III.

De ratione vitae horum Insectorum.

Plurimi Ichneumonides agiles cauti fugaces sunt; multi, praeprimis e generibus Ichneumonum et Cryptorum, si sedent aut circumcursant, saepe antennis vibrant; alii autem sunt segniores, v. c. Ophiones, quos etiam nunquam antennis vibrare vidi. Occurrunt haec insecta in floribus frutetis arboribus herbis, in superficie truncorum sepium parietum, etiam in domibus; ante omnia autem flores umbellatos frequentare et in eis commorari amant. Species, quarum feminae aculeo longo instructae sunt, saepius etiam in parietibus et truncis arborum inveniuntur; haec enim sunt loca, ubi larvas quaerunt, quibus ova imponere instinctu impelluntur. Nonnullas feminas magnas, aculeo longissimo instructas, e. g. Rhyssam persuasoriam etc. nunquam in floribus aut foliis, sed ubique in truncis arborum sedentes, aut eos circumvolitantes, vidi.

De *victu* horum insectorum e propriis observationibus haud rationem reddere possum; si vero alimenta sumunt, haec potius e regno vegetabili, quam ex animali, desumere videntur. Saepe attentissime observavi individua, in floribus umbellatis

sedentia, numne viderem an et quomodo escam sumerent, nil autem vidi nisi quod haec animalcula, assiduitate quadam et cupiditate singulari, pollen ore perscrutarent; suspicor tamen, hoc pollen, aut potius nectar florum, eis nutrimento esse. Fabricius quoque, (in Generibus Insect. pag. 114) dicit, imagines Ichneumonum victum e nectare florum haurire. Nunquam Ichneumones alia insecta aut larvas aut araneas etc. devorare aut persequi, nedum eas agitare, vidi, sed potius semper cum aliis insectis, haud raro viginti et plures in una eademque umbella, socialiter et pacatissime cohabitare; mihi itaque persuasum est, omnes auctores, qui narrant, se Ichneumones alia insecta devorare vidisse, haud Ichneumones sed Spheges ante oculos habuisse. Nunquam etiam Ichneumonem mordere vidi; si vero feminae speciei alicujus digitis prehenduntur, statim abdomen deorsum curvant, simulque terebra e vaginis se exserit et, commotionibus vehementibus et acceleratis versus digitum directa, *pungere* minatur, quod tamen perraro successit. Cum vero terebra cutem penetrat, dolor excitatus, ut experientia me ipsum docuit, acutus quidem est, sed momentaneus; indeque persuasum me habeo, nullum humorem acrem per terebram in vulnus effundi. Si haec insecta larvas investigant atque aggrediuntur, hoc fit non escae causa, sed ad *ova* eis imponenda. Vero etiam in nymphas insectorum et in ova aranearum, seu forsan in coactile densum sericeum, quo quaedam araneae ova sua obducunt, Ichneu-

monides nonnulli, v. c. Pimpla oculatoria et Hemiteles palpator, ova ponunt; larvae exclusae autem substantiam internam ovorum araneae comedunt, et in ipso araneae nido in nymphas et insecta declarata commutantur. Aliae species, v. c. Hemiteles areator, domos intrant et, eadem intentione ut reliquae, larvas Dermestium Anthrenorum et Tinearum investigant. Feminae aculeo brevi instructae, ad ova deponenda, larvas quaerunt haud absconditas, sed libere in foliis etc. degentes; quae autem aculeum longum aut longissimum gerunt, larvas investigant occulte viventes in ligno, sub cortice, in gallis, in nidis etc. Hae feminae, si canalem aut rimam, aliudve cavum, ubi larvae absconditae esse possent, invenerunt, pedibus anterioribus supra foramen se collocant, corpus quam alte elevant, abdomen ipsum autem verticaliter erigunt, tum terebram sub ventrem deflectunt et in foramen inserunt; aut gallas et nidos aliorum insectorum terebra perforant, ut apice aculei larvas absconditas attingant, quibus deinde ova sua inmittunt. Haec semper sat profunde in corpus larvae ponuntur, ne forsan, larva cute se exuente, eum cute perdantur. Progenies Ichneumonis, ex ovis exclusa, ut plurimum interna larvae petit et, interanea ejus, nec vero viscera ipsa, sed corpus adiposum, comedens, in larva cum larva ipsa, semper avide edente, usque nutritur et crescit, dum adulta ad mutationem se paret, qua fine vel in corpore larvae ipsius in statum nymphae transit, vel, postquam per musculos et cutem larvae ro-

dendo exitum aperuit, extra larvam folliculum sibi net sericeum, duriorem aut laxiorem, et in nympham mutatur, e qua, post tempus longius aut brevius, insectum declaratum prorumpit. Singularis autem modus est quo larvae Ophionis lutei, et forsan omnium specierum hujus generis, degunt. Mater nempe ova ponit petiolata in superficiem erucae Bombycis vinulae; larvae exclusae autem non corpus erucae intrant sed, cauda in putamine ovi fixa, itaque mediante petiolo ovi corpori erucae adhaerentes, hanc exsugunt donec adultae sunt. Licet haec insecta satis agilia sint et facillime volatu celeri effugiant, si ad ea adpropinquas, tamen feminae, ova gignendi occupatae, hujus negotii adeo totae sunt ut nullam aliam rem, nec ipsam vitam, curent. Non solum ad lubitum e propinquo observari, sed digitis a loco, quo insident, auferri patiuntur; si eas autem digito adtingis aut deturbas, potius quasi stupidae delabentur quam avolabunt. Hoc observavi in Rhyssa persuasoria, nec non in Ephialte carbonario mediatore et manifestatore. — Quae hic, de moribus et vitae ratione Ichneumonidum, laevi delineatione exhibui si perfectius et accuratius cognoscere cupias, adire velis opera Reaumurii, Degeeri, Roeselii, aliorumque coryphaeorum entomologorum; quaedam etiam passim in hac Ichneumonologia commemorata sunt.

De *copula* horum insectorum nihil e propriis observationibus proferre possum, nunquam enim mihi successit, par copula junctum aut copulam parans invenire, licet forsan centum millia indi-

vidua viva Ichneumonidum, in statu eorum libero naturali, viderim, et per triginta annos omnem operam dederim ut copulam viderem. Nonnulli entomologorum, quibus notitias multas egregias, in litteris mecum communicatas, debeo, tradunt quidem, se Ichneumones in copula observasse, de modo et ratione copulae autem tacent. Geoffroy (in Tomi II, p. 361) assert, se Ichneumonem alatum masculum cum femina aptera copula junctum vidisse; cum vero idem auctor (in Tomi I, p. 62) contendat, se saepius individua Platyceri fusci capite laevi (qui mera femina Lucani cervi est) inter se, nunquam autem cum Platycero fusco capite cornubus duobus bifurcis armato (qui tamen, ut omnes scimus, verus mas feminae illius est) in copula observasse, nemo me reprehendet, quod ista notitia Geoffroiana mihi suspecta sit, cum ego ipse inter Pezomachos (Cryptos apteros) plures species in utroque sexu viderim. Caeterum de ratione illius copulae Geoffroi nil retulit. Degeer autem, (in tractatu XV partis II Tomi II) accuratius copulam Ophionis lutei descripsit: Mas, hoc negotio valde impetuosus et ardens, dorsum ascendebat feminae immobilis semperque quiete sedentis, deinde abdomen curvabat sub apicem abdominis feminae, dumque illud convulsive movebatur alaeque tremebant, penem immittebat sub segmento sexto. Post decursum partis duodecimae horae copula solvebatur.

GENUS I.

ICHNEUMON.

Abdomine petiolato convexo; capite transverso; scutello plano aut convexo; areola plerisque quinque-angulari; (aculeo abscondito aut subexserto).

FAMILIA I,

seu subgenus:

ICHNEUMON.

Abdomine oblongo aut subovato; segmento primo globuloso scabro, petiolo longo lineari arcuato; areola quinque-angulari; antennis pedibusque mediocribus; (aculeo abscondito aut subexserto).

Caput thorace paulo angustius, collum versus sensim angustatum. — *Oculi* convexi prominuli ovales, interdum subreniformes, margine medio interno paululum excavato. — *Antennae* plerumque longitudine et crassitie mediocri, submoniliformes, subsetaceae; maribus plurimis paulo graciliores magisque porrectae quam feminis, quibus antennae, post mortem, involutae vel saltem magis curvatae esse solent; nonnullis feminis tamen (Ichn. bilineati, vernalis, culpatoris) tenuiores simulque minus curvatae. Antennae crassiores feminarum pone medium subdilatatae et subdepressiusculae, vel potius infra planiusculae esse solent. — Plura de *antennis* et *oris partibus* leges sub Ichn. luctatorio et confusorio, nec non in Fabricii Syst. Piez. et in Panzeri Revisione. — *Thorax* gibbus aut gibbulus, rarius cylindricus (Ichn. motatorio, microsticto, feminae Ichn. stimulatoris), aut subcylindricus (Ichn. ischioxantho, anatori, candidato). — *Scutellum* vel triangulare, apice obtuso aut truncato, vel subquadratum, apicem versus paulo angustius, planiusculum aut convexum, rarius subtuberculatum (Ichn. oratorio) aut gibbulum (Ichn. nycthemero, flavolineato), laeve. — *Alae* mediocres; areola plerumque quinqueangulari, interdum pyramidata, i. e. nervis lateralibus multo longioribus quam reliqui (e. g. Ichn

ochropi), saepe subtriangulari, nervis lateralibus nempe costam alae versus subconniventibus, perfecte triangulari Ichn. fallaci et quibusdam maribus Ichn. lepidi, rarius subquadrangulari (Ichn. nycthemero). — *Pedes* mediocres, quibusdam tamen subgraciles (e. g. Ichn. ischioxantho). — *Abdomen* petiolatum convexum, minus convexum Ichn. Goedarti, annulatori, quinqueguttato, nobilitatori etc.; oblongum aut subovatum, thoracis fere latitudine, ut plurimum thorace longius, rarius thoracis longitudine, saepe thorace duplo longius, praecipue maribus, qui plerumque abdomine longiore et angustiore a feminis differunt, licet etiam nonnullis feminis, e. g. Ichn. acuti, abdomen gracile sit. Petiolus *segmenti primi* cum hujus parte antica haud linea recta, sed angulo obtuso aut subrecto, cohaeret, et sublinearis est; pars antica subito intumescit, plus minus gibbosa, opaca, scabra est, cicatriculis crassioribus aut laevioribus, lineisque duabus elevatis, quae in petiolum excurrunt ejusque margines acutos exhibent. Sunt vero etiam species (Ichn. larvatus, bilineatus, alacer, tristis, etc.) segmento primo laeviore, petioloque sensim dilatato. Ubi petiolus cum parte antica cohaeret, utrinque tuberculum conspicitur plus minus prominens; quo majora haec tubercula sunt, eo praeruptius pars antica a petiolo sejuncta est. *Apex abdominis* acutus esse solet, quibusdam feminis autem, praecipue si a latere inspicitur, obtusus. — *Aculeus* subexsertus, rarius absconditus.

Species nonnullae, abdomine longiore et graciliore, v. c. *Ichneum. bilineatus, clericus, acutus, scutellator, subsericans, nigritarius, marginellus*, imprimis mares, propius accedunt ad *familiae tertiae*, seu *Ischnorum*, species antennis pedibusque crassioribus distinctas. — Aliae, segmento primo laeviore, petiolo sensim dilatato, simulque areola subtriangulari (*Ichn. larvatus, bilineatus, alacer, tristis*), transeunt ad *Mesoleptos*, seu *familiam primam Tryphonum*, inter quos etiam nonnulli, e. g. *Mesoleptus petiolaris*, segmenti primi parte antica quadrata, convexa, repente incrassata, ad Ichneumones propius accedunt. — *Trogi* Ichneumonibus peraffines sunt, nec nisi scutello alte-tuberculato distinguuntur. Nonnulli, scutello minus elevato, habitu etiam toto, forma proportione et colore corporis, a veris Trogis (lapidatore, vulpino etc.) discrepantes, v. c. *Tr. flavatorius, luteiventris* etc. medium quasi tenent inter ambo genera. Sunt vero etiam inter Ichneumones nonnullae species, e. g. *Ichn. oratorius, flavolineatus*, scutello convexiore, Trogis propinquae. — *Alomyae*, caeterum Ichneumonibus affines, forma capitis, a vertice visi, angustioris longioris aequilati, distinguuntur; licet enim *Ichn. canaliculato* caput collum versus haud angustetur, ut in reliquis cospeciebus; attamen haud subcubico-globosum est, ut in Alomyis. — *Hoplismeni* (*familia secunda Cryptorum*) parte antica segmenti primi minus repente incrassata, lineis illius segmenti minus elevatis, antennis pe-

dibusque gracilioribus ab Ichneumonibus distinguuntur; sed *Hoplismenus orbitatus*, lineis istis aeque distinctis ac in Ichneumonibus, et nonnullae feminae Ichneumonum (e. g. *Ichneum. leucolomii, guttulati, castanei, seduli*), aculeo longius exserto, antennis pedibusque gracilioribus, ambo genera jungere videntur. — Hoplismeni autem inter Ichneumones et *Cryptos* genuinos, seu *familiam secundam Cryptorum*, intermedii sunt. — Feminae Cryptorum, aculeo longiore, facile ab Ichneumonibus discernuntur; mares autem nonnullarum specierum, imprimis inter illas areola quadrangulari, quorum petiolus longior est quam pars antica segmenti primi, haec autem illo latior et subquadrangularis, e. g. mares *Crypti titillatoris*, maribus quibusdam Ichneumonum segmento primo laeviore valde similes sunt, nec nisi areola quadrangulari distinguuntur. — Ichneumonum minorum quidam, cicatricibus et lineis elevatis segmenti primi omnino fere obsoletis, segmentoque ipso nitido (e. g. *Ichn. albicinctus, annulator, marginellus, melanogonus*), medium tenent inter hoc subgenus et *Phygadeuontes* (*familiam tertiam Cryptorum*), imprimis *albicinctus* et *annulator*, ob abdomen brevius depressiusculum et aculeum paulo longius exsertum. *Hoplismenus uniguttatus* quoque, quem antea inter Ichneumones posueram, illis speciebus intermediis adnumerandus est. Nec minus *Ichn. tibiator*, parte antica segmenti primi minus praerupte a petiolo sejuncta, et specierum nonnullarum (e. g. *Ichn. annulatoris* et

Goedarti) feminae, abdomine breviore latiore et minus convexo, ad Phygadeuontes adpropinquant. — E subgenere *Atractodarum* (seu *familia decima Ophionum*) quodammodo *Atr. gravidus*, ob abdomen haud compressum et aculeum absconditum, cum Ichneumonibus conferri posset, sed habitu toto et segmenti primi forma satis differt.

SECTIO I.

Scutello abdomineque totis nigris.

Varietates discedentes sunt: *Ichn. alboguttati* varietas puncto marginali albo segmentorum 3 et 4, *canaliculati* varietas segmento 7 apice albo, quae ad *sectionem secundam* spectant: *Ichn. bilineati* maris varietas scutello punctis apicalibus albis duobus obsoletissimis, et *corruscatoris* varietas puncto scutellari albo, ad *sectionem tertiam* spectantes: *Ichn. rufifrontis* varietas scutello badio, segmentis 6 et 7 margine summo albido, ad *sectionem quartam* propius accedens: *Ichn. annulatoris* varietas scutello rufo, abdomine rufo aut castaneo, ad *sectionem octavam* spectans: *Ichn. comitatoris, nigritarii, lineatoris, rubelli* et *spinigeri* varietates marginibus segmentorum quorundam rufis aut castaneis, nec non *Ichn. corruscatoris* varietas lateribus abdominis rufomaculatis, medium tenentes inter hanc sectionem et *nonam*.

Contra autem, e *sectione tertia* huc spectant varietates *Ichn. fabricatoris* et *trilineati*, scutello toto nigro; e *sectione nona* varietas *Ichn. sputatoris* abdomine toto nigro.

---

1. I. MONTICOLA. n.

Metathorace subspinoso, abdomine atrocoeruleo, antennis alboannulatis. m.

Statura et proportio partium *Ichneumonis sputatoris;* sed magnitudine nec non thorace subspinoso et crassius puncto differt.

Longitudo 8—9 linearum. *Antennae* articulis 10—18 albis. *Metathorax* pubescens, cicatricoso-punctus, tuberculis duobus acuminatis. *Alae* fumatohyalinae, stigmate ferrugineo-fusco, radio radice et squamula nigris, areola quinqueangulari. *Pedes* antici latere altero tibiarum et tarsorum stramineo-piceo. *Abdomen* atrocoeruleum, segmento primo, profunde canaliculato, secundoque punctis subopacis; segmentis sequentibus nitidis.

Unicum individuum cepi mense Augusto, prope *Cudovam*, in umbellatis; alterum, *fennicum*, *Sahlberg* mihi transmisit.

2. I. COMITATOR.

Orbitis oculorum internis pallidis; antennarum annulo albo. f.

Longitudo 4⅓—7 linearum. *Orbitae* oculorum frontales albidae aut ferrugineae, rarius fere obsoletae; interdum etiam puncto pallido obsoleto ad orbitas occipitales. *Antennae* dimidii corporis

longitudine, apice involutae; articulis 9—13—14, rarius 11—15, supra et lateribus albis; sequentibus subtus ferrugineis aut fuscis. Antennae ipsae crassitie et longitudine relativa in individuis quibusdam paululum variant. *Thorax* gibbulus. *Alae* mediocres aut subamplae, fumatohyalinae aut subhyalinae; stigmate et squamula aliis rufis, aliis fuscis, rarius nigris; radio fusco, radice rufa aut fusca. *Pedes* antici femoribus vel solo apice vel latere inferno toto sordidestramineis, tibiis subtus pallidestramineis, supra interdum fuscis rarius ferrugineis, tarsis subtus ferrugineis; medii femoribus subtus apice ferrugineis, tibiis subtus ferrugineis, supra obscurioribus aut fuscis, tarsis subtus ferrugineis; postici plerisque toti nigri, rarissime femoribus subtus fuscoferrugineis, tibiis basin versus ferrugineis, tarsis fuscis. *Abdomen* oblongoovatum, thorace paulo angustius, capite thoraceque paulo longius, nigrum aut nigrocoeruleum.

Pluria individua accepi ex *Austria, Lusatia, Bavaria, Italia, Fennia.*

Varietates:

1. *Capite* toto nigro. — *Longitudo* 4⅔ linearum. Caetera sicut in specie genuina.

Hanc varietatem *pedemontanam* misit *Bonelli.*

2. *Segmento secundo* nigrofusco, marginibus summis castaneis.

De loco natali nihil constat.

Synonyma:

Ichn. comitator Linn. Faun. n. 1600; habitat in sylvis. — Syst. XII, p. 933, n. 24.
„ Ström in Trond. Selsk. Skr. III, p. 420, n. 44, et in transl. germ. III, p. 378, n. 44, tab. VI, fig. 12.
„ Fuessl. Helv. p. 49. n. 949.
„ Schrank Austr. n. 712; exiit e pupa Phalenae gamma.
„ Latreille Crust. XIII, p. 185, n. 23.
„ Gmel. ed. Linn. p. 2685, n. 24.
„ Villers p. 159, n. 74.
„ Razoumowsky p. 215, §. 246, var. 1 (Var. 2 est noster *Ichneum. funereus*; var. 3 est Geoffr. Ichn. 39, de quo conferas notam ad hanc speciem).
„ Rossi II, p. 757; habitat in sylvis.
„ Panzer Fauna Fasc. 71, tab. 14; habitat in dumetis in pratis, flores frequentans.
„ Cederhielm pag. 159, n. 489; habitat in hortis.
„ Dwigubsky p. 156, n. 574.
„ Walckenaer p. 56, n. 36.
„ Fabr. Piez. p. 65, n. 58; habitat in Europa boreali.
„ Gravenh. Pedemont. n. 1.
„ Trentep. Revis. p. 17, n. 2; in Iside 1826, pag. 63 (de varietate l. c. descripta, conferas notam ad *Ichneum. fasciatum*, n. 8).

Ichn. auspex Müll. Prodr. n. 1792.
Ichn. molitorius Schrank Boica pag. 2072 var. d.?
(Conferas synonyma mixta ad nostrum *Ichn. molitorium*).

Nota:

Ex observatione Trentepohlii articulus secundus *palporum anteriorum* eadem est forma ac in *Ichn. laminatorio.*

An *Geoffroyi Ichneumon* 39, quem *Fourcroy* cum *Ichneumone comitatore* conjunxit, eadem sit species, dubius sum. E descriptione antennarum fere longitudine corporis suspicor, auctorem laudatum cujusdam speciei marem coram habuisse, a nostro *Ichneum. comitatore* foeminino, capite pedibusque totis nigris, discrepantem. Sed quaeritur, numne hic Geoffroyi Ichneumon, mihi incognitus, verus *comitatoris mas* sit, cum, colore capitis et pedum, melius ad *Ichn. comitatorem* auctorum supra allegatorum quadret, quam hic noster; nusquam enim orbitarum pallidarum et coloris ferruginei pedum anticorum mentio facta est. Etiam *Ichneumon* Degeeri I, p. 581, tab. 24, fig. 10 ad hunc marem spectare videtur.

Nullo modo autem huc referri possunt *Ichn. comitator* Christ p. 354, tab. 36, fig. 3, et Sulzer Gesch. tab. 26, fig. 14 (qui, ob pedes totos rufos, ad nostrum *Ichn. bilineatum* spectat), nec *Ichn. comitator* Olivieri p. 177, n. 64 (qui, ob aculeum corpore longiorem, ad *Mesostenum gladiatorem*

pertinet, cuique etiam *Ichneumon* Reaumurii VI, tab. 29, fig. 1—4, a pluribus auctoribus ad *Ichn. comitatorem* adhibitus, jungendus est),

3. I. ALBOGUTTATUS.

Puncto marginali segmenti tertii et quarti, annuloque antennarum, albis. ♀.

Statura et proportio partium speciei praecedentis; antennis paululum longioribus.

Longitudo 5 linearum. *Orbitae* oculorum frontales albae. *Antennae* corpore dimidio paulo longiores; articulis 10—14 supra et lateribus albis. *Thorax* puncto albo infra alas. *Alae* subfumatohyalinae, stigmate radio radice et squamula fuscis; areola subtriangulari. *Pedes* antici latere infero tibiarum et puncto apicali femorum albidis; medii puncto apicali femorum albido. *Abdomen* nitidum, coeruleonigrum; segmentis 2—4 summo margine ferrugineo, 3 et 4 insuper puncto marginali dorsali glaucoalbido.

Unicam hujus speciei feminam *Bonelli* mecum communicavit.

Synonyma:

Ichn. alboguttatus Gravenh. Pedem. n. 2.

4. I. NIGRITARIUS.

Tibiis anticis subtus dilute rufis, antennis alboannulatis. m.

Longitudo 4⅓—6 linearum. *Antennae* setaceae, porrectae, corpore aliquantum breviores; articulis 13—18 vel omnibus, vel saltem eorum plurimis, supra, plerumque etiam lateribus, albis. *Thorax* gibbus. *Alae* fumatohyalinae; stigmate vel nigro, vel piceo, vel rufo; radio fusco; radice fusca, interdum ferruginea; areola quinqueangulari aut subtriangulari. *Pedes* mediocres; antici femoribus subtus vel totis vel apice solo sordidestramineis aut rufescentibus; tibiis supra fuscis aut rufescentibus, subtus rufescentibus aut flavicantibus; tarsis subtus rufescentibus: medii femoribus apice rufescentibus aut sordidestramineis, tibiis vel totis vel solo latere interiore rufescentibus: postici interdum tibiis basin versus rufescentibus. *Abdomen* thorace duplo fere longius, eo autem angustius; segmentis 2—6 aequilatis, 2—4 interdum marginibus summis castaneis.

Pluria individua cepi in *Silesia*, in fruticetis et in gramine, mensibus Junii—Augusti; alia mihi missa sunt e *Lusatia*, *Franconia*, *Hannovera*, *Italia*.

Varietates:

1. Orbitis oculorum facialibus albis — caeteris cum specie genuina congruens.

Quaedam individua cepi in *Silesia*, in fruticetis, mensibus Maji et Junii; quaedam missa sunt e *Lusatia* et *Italia*.

2. ? Antennarum articulis 11 — 13 albis. — *Statura* paulo brevior pauloque crassior quam in specie genuina. *Longitudo* 4 ½ — fere 6 linearum. *Alae* subfumato-hyalinae, stigmate rufescente, radio radice et squamula fuscis. *Pedes* antici femoribus apice summo ferrugineo, tibiis subtus flavoalbidis. *Abdomen* nitidum, subcoeruleonigrum, segmenti secundi margine summo rufescente.

Alterum individuum *Richtero* excludebatur e pupa Bombycis cujusdam, die 12 mensis Martii anni 1813; alterum, prope *Warmbrunn* captum, a *Mangero* accepi; tertium *fennicum* est.

Synonyma:

Ichn. molitorius Schrank Boica, n. 2072 var. d. ? (conferas ad nostrum Ichn. molitorium).

Ichn. nigritarius Gravenh. Pedem., n. 3 — ad varietatem primam pertinet.

Nota:

De varietate secunda, quae statura breviore et crassiore, nec non articulis antennarum 11—13 albis, a specie genuina discedit, incertus sum, num forsan specie a nostro *Ichneumone nigritario* differat. De sexu ipso adhuc dubius haereo, partibus genitalibus haud certitudine explicabilibus.

5. I. TENUICORNIS. n.

Cellula cubitali intermedia triangulari; antennarum annulo et parte orbitarum internarum oculorum albis; pedum anticorum femoribus rufomaculatis, tibiis subtus flavis.

Statura crassior et brevior quam in varietate secundà speciei praecedentis; imprimis autem segmento primo breviore haec species ab illa distinguenda est.

Longitudo 4 linearum. *Caput* puncto albo laterali juxta clypeum, alteroque ad orbitas oculorum occipitales, orbitis internis distinctius aut obsoletius albis. *Antennae* porrectae, fere corporis longitudine, articulis 13—16 albis. *Thorax* gibbus. *Alae* subfumato-hyalinae aut subhyalinae; stigmate, radio, radice et squamula fuscis; areola triangulari subaequilaterali. *Pedes* antici femoribus vel summo apice subtus castaneo, vel fuscis subtus rufis; tibiis apice rufo, subtus flavescentibus: medii femoribus subtus interdum rufis; tibiis vel solo latere interno, vel etiam externe apice, flavis. *Abdomen* vel capite thoraceque paulo longius, thoracis latitudine, oblongoovatum, vel capitis thoracisque longitudine et latitudine ovatum; segmento primo aciculato et puncto, petiolo breviore quam in plurimis hujus sectionis cospeciebus; segmento secundo vel puncto nitidulo, vel crassepuncto, apice nitido; sequentibus sensim nitidioribus.

Alterum individuum *Richter* cepit prope *Vratislaviam*, alterum *Manger* prope *Warmbrunn*.

Varietates:

1. Femoribus anticis totis, posticis basi, ferrugineis. — *Statura* et proportio partium speciei genuinae, articulis antennarum paululum longioribus. — *Longitudo* 3—3½ linearum. *Mandibulae* macula ferruginea aut eborina; *Orbitae* oculorum internae albidae, interdum obsoletae. *Antennae* tenues, setaceae, corporis longitudine, apice curvatae, articulis 11—14 supra et lateribus albidis. *Alae* subfumato-hyalinae, stigmate radio et squamula nigris, radice picea, areola triangulari. *Pedes* anteriores fuscoferruginei, coxis et trochanteribus nec non mediorum femoribus nigris; postici nigri, summa basi femorum, plerumque tibiis apicem versus, fuscoferrugineis, spinis apicalibus tibiarum ferrugineis.

Hanc varietatem *Comes de Hoffmannsegg* cepit in *Hercynia*, egò ipse prope *Gottingam*.

Synonyma:

Ichn. fugator Gravenh. Uebers., n. 2723 pertinet ad varietatem.

Nota:

De sexu horum individuorum dubius haereo, genitalibus prorsum absconditis; attamen, e forma et proportione antennarum, propensior sum, ea pro maribus habere.

6. I. NIGROCYANEUS. n.

Nigrocyaneus, annulo antennarum albo. f.

Statura et proportio partium speciei praecedentis, cui haec valde affinis est, sed magnitudine et colore cyanescente differt.

Longitudo 6 linearum. *Os* fuscum. *Antennae* articulis 11—15 supra et lateribus albis. *Alae* fumatohyalinae; stigmate, radio radice et squamula nigris; areola triangulari. *Pedes* anteriores latere interiore femorum et tibiarum stramineo. *Abdomen* minus cyanescens quam caput et thorax; stylo brevi anali exserto, de quo autem haud dijudicare audeo, an sit genitale masculum an aculeus.

Unicum individuum, in *Silesia* captum, a *Richtero* accepi.

7. I. PALLIFRONS. n.

Punctis ad alarum radicem, tibiisque latere externo, albis m. et f., (m. facie alba, f. annulo antennarum albo).

Statura et proportio partium *Ichn. nigritarii* et *comitatoris;* plerumque autem his paulo minor est; antennae feminarum paulo graciliores sunt quam in *Ichn. comitatore.*

Longitudo maris 4—6 linearum, feminae 6 linearum. *Caput* maris facie, clypeo, palpis, plerumque etiam vestigio orbitarum oculorum exter-

narum, albis; feminae orbitis oculorum tenuissimis interruptis, palpisque, albis, labro rufo-ferrugineo. *Antennae* setaceae, maris longitudine corporis vel paulo breviores, fuscae, articulo primo subtus albido, sequentibus subtus plerumque fuscoferrugineis, rarius ferrugineo-rufis; feminae corpore dimidio longiores, apice involutae, nigrae, articulis 9—14 supra et lateribus albis. *Thorax* puncto ante alas, alteroque infra alas, hoc interdum obsoleto, albidis. *Alae* hyalinae aut subfumatohyalinae, stigmate piceo aut ferrugineo, radio et squamula fuscis, radice picea aut fusca; areola quinqueangulari aut subquinqueangulari pyramidata. *Pedes* maris anteriores femorum latere interiore ferrugineo; tibiis latere externo albis apice rufo aut ferrugineo, latere interno rufis aut ferrugineis apicem versus nigris, rarius interne totis fuscis, tarsis ferrugineis, mediis vel totis vel supra fuscis; posteriores tibiis latere externo basin versus albo, interno ferrugineo aut sordidealbo, spinis apicalibus ferrugineis aut sordidealbidis. Feminae pedes antici femorum apice ferrugineo; tibiis latere interiore albido apice ferrugineo, latere exteriore ante basin puncto albo; posteriores annulo albo ante basin tibiarum, in tibiis posticis latiore; tarsis fuscis. *Aculeus* brevissimus.

Mares plures capti sunt in *Silesia, Franconia,* prope *Halam Saxonum,* in *Hercynia,* nec non prope *Netley* in *Anglia.* Unicam quam vidi feminam, eamque *austriacam, Sturm* mecum communicavit.

8. I. FASCIATUS.

Tibiis tarsisque, nec non orbitis oculorum internis et puncto ad alarum radicem, albis; m.

Statura et proportio partium maris speciei praecedentis et sequentis, abdomine attamen paulo graciliore et longiore; antennis paulo brevioribus quam in praecedente, cui autem colore pedum cognatus est.

Longitudo 7—7½ linearum. *Caput* palpis, macula mandibularum, orbitis oculorum internis angustioribus latioribusve, punctoque ad orbitas oculorum occipitales, albis. *Antennae* articuli primi puncto aut latere toto inferiore albo. *Thorax* puncto ante alas, alteroque infra alas, albo. *Alae* subfumatohyalinae; stigmate radio et radice fuscis; areola quinqueangulari subtriangulari. *Pedes* femoribus anticis subtus stramineis, mediis puncto apicali stramineo; tibiis anterioribus albidis, latere altero apicem versus nigro, posticis albis apice nigro; tarsis albis, anterioribus articulorum apice rufo aut fusco, posticis vel articulo primo albido apice nigro, sequentibus totis nigris, vel articulis 1—3 apice fuscescentibus, 4 et 5 totis fuscis. *Abdomen* punctum, segmentis 1 et 2 longitudinaliter aciculatis.

Unum individuum *Bonelli* ex *Italia*, alterum *Besser* e *Volhynia*, mecum communicaverunt.

Synonyma:

Ichn. fasciatus Gmel. ed. Linn. p. 2701. n. 294.
„ Gravenh. Pedemont., n. 4.

Nota:

Ichn. fasciatus Panz. et Fabr. Rezomachus est. Quaeritur an Ichneumon, in museo Fabriciano cum *Ichn. comitatore*, (qua ejus varietas,) conjunctus (v. Trentep. Revis. p. 17), hujus fasciati sit femina; mas *Ichn. laminatorii*, cum quo Trentepohl eum conjungere conatur, vix esse potest, ob hujus scutellum album.

9. I. LINEATOR.

Orbitis oculorum internis et lineolis duabus ante scutellum albis. m. et f. (f. annulo albo antennarum).

Statura et proportio partium *Ichn. nigritarii* et *comitatoris*, antennis maris autem paulo brevioribus, feminae paulo tenuioribus.

Longitudo 5½—7 linearum. *Caput* palpis pallidis aut infuscatis; mandibulis interdum macula rufescente aut straminea; orbitis oculorum internis vel totis, vel rarius in femina haud infra antennas decurrentibus, praetereaque puncto ad orbitas occipitales et externas, albis. *Antennae* maris setaceae, corpore dimidio vix paulo longiores; feminae corporis dimidii longitudine, apice involutae, articulis 10—16 vel omnibus, vel eorum plurimis,

supra et lateribus albis. *Thorax* puncto aut lineola ante alas, puncto infra alas (interdum attamen deficiente), puncto aut lineola ante singulum angulum basalem scutelli, interdum minutissimo, albis; quibusdam feminis etiam margine supero colli albo. *Alae* fumatohyalinae aut subfumatohyalinae; stigmate radio et radice nigris, hac nonnullis ferruginea; squamula nigra, interdum puncto albo. *Pedes maris* antici femoribus subtus vel totis dilute rufis vel solo apice stramineo, tibiis subtus vel rufis vel stramineis; medii subtus apice femorum et latere altero tibiarum sordidestramineis aut ferrugineis; *feminae* anteriores subtus femorum apice et tibiarum latere altero rufis aut ferrugineis, tarsis interdum rufis; postici rarius femorum latere altero badio, tibiis basin versus rufis. *Abdomen* punctum, subopacum, apicem versus nitidulum, nigrum, plerisque subcoerulescens aut subpurpurascens, interdum incisuris 2 et 3 aut 2—5 ferrugineis.

Mares quosdam ex *Italia* et *Gallia meridionali* accepi; unicum *Schilling* prope *Vratislaviam* cepit, alterum ipse mense Augusto prope *Cudovam* in umbelliferis cepi. Feminae quaedam, in *Silesia*, *Austria*, prope *Halam Saxonum* et in *Gallia* captae, mecum communicatae sunt.

Varietates:

1. Thorace toto nigro. — *Caput* interdum punctis albis orbitarum occipitalium et externarum

caret. *Pedes* postici interdum tibiis basin versus tarsisque piceis aut fuscescentibus; mas.

Hujus varietatis individua tria ex *Italia* accepi, quartum *Halae Saxonum* captum est.

2. Orbitis albis oculorum deficientibus. — *Caput* solo puncto albo orbitarum occipitalium. — *Thorax* absque punctis albis ad radicem alarum; femina.

Unicum individuum *de Heyden* autumno in arundine *Trajecti ad Moenum* cepit.

3. Femoribus vel omnibus vel saltem posticis rufis. — *Thorax* interdum punctis albis ad alarum radicem caret. *Pedes* femoribus vel totis rufis, vel anteriorum latere altero nigro, anticis rarius fere totis nigris, geniculo solo rufo; tibiis plerumque rufis, apice posticarum fusco, rarius omnibus nigris solo latere altero anticorum rufo.

Marem unicum hujus varietatis *Bessero* debeo; feminae quaedam in *Silesia Austria* et *Gallia* captae sunt (gallica, a *Desmaresto* mihi missa, unica est tibiis posterioribus totis nigris et solo geniculo femorum anticorum rufo); ipse feminam cepi mense Augusto prope *Cudovam* in umbellatis.

4. Lineolis albis ante scutellum deficientibus; femoribus tibiisque vel totis vel latere altero rufis. — *Thorax* rarius fere totus niger, puncto solo obsoleto albido ante alas. *Pedes* femoribus tibiisque plerumque totis rufis, vel solo apice tibiarum

posticarum nigro, striis omnibus latere altera nigris.

Marem unum *Manger* in *Sudetis Silesiae* cepit, alterum *Besser* in *Volhynia*. Feminas duas *Richter* in *Silesia* cepit.

Synonyma:

Maris et feminae:

Ichn. lineator Gravenh. Pedemont., n. 5.
„ *nigrator* Jurine p. 106.

Maris:

Ichn. lineator Villers p. 176, n. 125; habitat in Anglia et Bressia.
„ Gmel. ed. Linn. p. 2692, n. 115.
„ Olivier p. 189, n. 127.
„ Fabr. Ent. p. 168, n. 145.
Cryptus lineator Fabr. Piez. p. 87, n. 70.
Ichn. narrator Fabr. Piez. p. 67, n. 76; in Austria.
„ Thunb. Ichn., n. 487.
„ Trentep. Revis. p. 21, n. 8. — Isis 1826, p. 68.

Feminae:

Ichn. biguttatus Thunb. Act. Ups. IV, p. 24, n. 41; habitat Upsaliae.
„ Gmel. ed. Linn. p. 2688, n. 126.
Ichn. nigrator Fabr. Ent. p. 150, n. 68; Piez. p. 65, n. 57.

Ichn. nigrator Trentep. Revis. p. 21; n. 9 — in Iside 1826, p. 68.

Nota.

Gmelin *Ichneumonem biguttatum Thunbergii* perperam familiae quartae associavit. — *Ichn. nigrator* Müll. prodr., n. 1839 huc non pertinet.

Ichneumonem narratorem Fabr. ad hujus speciei marem redegi, e descriptione individui Musei Fabriciani, quam Trentepohl l. c. exhibuit. In Systemate Piezatorum Fabricius picturarum albarum capitis et thoracis nullam fecit mentionem, indeque narratorem Fabr. antea ad meum *Mesoleptum narratorem* adhibueram, quem nunc autem pro specie nova habeo.

20. I. CASTIGATOR.

Femoribus tibiisque rufis, stigmate alarum vinaceo. m. et f.

Statura et proportio partium *Ichneumonis nigritarii* et *comitatoris;* sed abdomine paulo latiore; maris antennis paulo brevioribus; feminae antennis tenuioribus et paulo longioribus, abdominis apice obtusiore et ventrem versus subcompresso.

Longitudo 4—7 ½ linearum. *Caput* interdum orbitis oculorum facialibus rufescentibus aut albidis, interdum autem solo puncto orbitali albo. *Mandibulae* feminae plerumque medio rufae. *Antennae* setaceae, corpore dimidio paulo longiores,

maris porrectae, feminae paulo breviores quam maris et apice incurvae; rarius totae nigrae aut fere totae rufae, aut solis articulis 1—4 subtus rufis; plerumque articulis 3—15, vel omnibus vel eorum plurimis, totis rufis, aut supra fuscis. *Thorax* gibbus, metathorace quibusdam spinis duabus armato. *Alae* mediocres aut subamplae, flavescenti-hyalinae, rarius subfumatohyalinae, rarissime fusco-hyalinae; apice plerumque subpurpurascente; stigmate luteo aut ferrugineo, radio radice et squamula fuscis aut nigris, radice nonnunquam ferruginea. *Pedes* mediocres, dilute rufi; coxis et trochanteribus nec non posticorum tarsis et tibiarum apice nigris; nonnullis maribus tarsorum posticorum articulus primus rufus est. *Abdomen maris* thorace fere duplo longius eoque angustius, nitidulum, segmentis 2—5 subaequilatis; *feminae* plerumque thorace paulo longius, rarius capite thoraceque paulo longius, ovatum seu oblongoovatum, apice obtuso ventrem versus subcompressiusculo; segmento secundo nonnunquam castaneo-limbato. *Aculeus* absconditus.

Copiam individuorum accepi e pluribus *Germaniae, Galliae, Italiae* regionibus, etiam e *Volhynia*. Quaedam ipse cepi, vere aestate et autumno, in fruticetis et umbellatis, circa *Vratislaviam* et *Gottingam*. — Unicum individuum antennarum articulis 1—4 subtus rufis, sequentibus totis nigris, cepit *Richter* aestate anni 1817 prope *Vratislaviam*. Individuum maris unicum, alis fuscohyalinis, in museo *Comitis de Hoff-*

mannsegg, e *Gallia meridionali* missum est. — Individua quatuor feminina, duo mascula (eaque sola puncto albido ad orbitas oculorum faciales) proreperunt Richtero, mense Iunii, e chrysalidibus Papilionis cardui.

Varietas:

1. Stigmate nigro aut fusco.

Hujus varietatis marem, metathorace bispino, *Besser* e *Volhynia* misit; alterum ipse cepi in frutetis, initio Augusti anni 1814, prope *Warmbrunn*, metathorace mutico, orbitis oculorum facialibus ferrugineis.

Synonyma:

Ichn. castigator Fabr. Ent. p. 166, n. 135. — Piez. p. 68, n. 77.
„ Trentep. Revis. p. 22, n. 10. — Isis 1826, p. 69.
„ Panzer ad Sch. tab. 72 fig. 4.
„ Gravenh. Uebers., n. 3718.
„ „ Pedemont., n. 6.
Ichn. certator Müll. prodr., n. 1822.
Ichn. Cardui Schrank Reise p. 124. — Boica, n. 2070; captus spargit odorem rosarum; larva degit in pupis Papilionis Cardui et Iridis.
Ichn. ruficingulus Schrank Boica, n. 2073.
Ichn. pulsator Panz. ad Schaeff. tab. 221 fig. 3; habitat in dumetis (confer spec. sequent.).
Ichn. adustus Gmel. ed. Linn. pag. 2699, n. 268.

Nota:

De *Ichn. castigatore* Fabr. diu incertus eram, cum auctor aculei rufi feminae mentionem facit; Trentepohl autem, qui hanc speciem in ipso Museo Fabriciano examinavit, dubia omnia dissipavit et errorem Fabricii de aculeo rufo feminae detexit.

Trentepohl (l. c. p. 23, n. 11) credit, *Ichn. custodiatorem* Fabr. (*cessatorem* n. 27) hujus speciei varietatem esse; descripsit quoque varietatem custodiatoris e Museo Fabriciano, abdomine toto nigro, quam vero ipse pro specie propria habere mavult. Forsan autem haec nihil aliud est quam varietas *castigatoris* aut *lineatoris.*

11. I. BILINEATUS.

Abdomine nigrocoerulescente, femoribus tibiisque rufis. m. et f. (f. antennis alboannulatis).

Statura et proportio partium *Ichn. nigritarii* et *comitatoris;* sed mas antennis paulo brevioribus, abdomine apicem versus angustiore et nitidiore, femina antennis paulo gracilioribus.

Longitudo 4—7 linearum. *Caput* orbitis oculorum internis, distinctioribus aut obsoletioribus, albis, feminis etiam vestigio externarum; mandibulis maris medio rufis. *Antennae* feminae articulis 9—15 aut 10—14 supra et lateribus albis. *Thorax* feminae puncto albo ante alas, interdum obsoleto. *Scutellum* maris punctis duobus apicalibus pallidis obsoletissimis. *Alae* fumatohyalinae

aut subfumatohyalinae; stigmate, radio, radice et squamula fuscis aut nigris. *Pedes* rufi, coxis et trochanteribus nigris: postici tarsis et tibiarum apice vel etiam latere altero toto nigris aut fuscis. *Abdomen* coeruleonigrum, subtiliter punctum, segmentis 2 et 3 basi aciculato-scabriculis, praesertim maribus; marginibus summis segmentorum feminae interdum castaneis. *Aculeus* brevissimus, vix subexsertus.

Feminas quasdam accepi, in *Silesia*, *Bavaria*, *Italia* captas; ipse unicum marem et feminam, plantas florentes, aphidibus et syrphorum larvis occupatas, circumvolitantes, cepi; alias feminas in frutetis prehendi.

Varietates:

1. Femoribus nigris aut nigromaculatis. — m. et f. — *Longitudo* maris fere 4 linearum, feminae 5—6 linearum. *Caput* totum nigrum, in altera femina attamen orbitis oculorum internis obsoletis albidis. *Antennae* feminae articulis 9—15 aut 12—15 supra albis. *Thorax* totus niger, in altera femina (nec vero in illa orbitis oculorum albis) punctis duobus ad radicem alarum et margine supero colli albis. *Pedes* femoribus rufis, vel anticis basi nigris, vel anterioribus aut posterioribus latere convexo nigris; tibiis vel sicut in specie genuina, vel etiam anterioribus latere altero nigricantibus; tarsis anterioribus plerumque fuscis, posticis nigris.

Mares duos cepit *Richter* in *Sudetis Silesiae;* feminas duas, in *Austria* in pinetis captas, *Dahl* mecum communicavit.

2. Abdomine nigro. — *Longitudo* 4⅓ linearum. — *Caput* orbitis internis oculorum albidis. *Antennae* articulo primo subtus sordidealbido. *Thorax* puncto albo infra alas.

Unicum individuum cepi die 21 Iulii anni 1810 prope Helmstadium in fruticetis.

Synonyma:

Maris et feminae:

Ichn. bilineatus Gravenh. Pedemont. n. 6.

Maris:

Ichn. bilineatus Gmel. ed. Linn. p. 2698, n. 265.

Feminae:

Ichn. comitator Sulzer Gesch. tab. 26, fig. 14; habitat in Helvetia.

„ Christ tab. 36, fig. 3 (perperam coxis et trochanteribus fulvis).

Nota:

Dubius haerebam, num feminam hujus speciei cum *Ichneumone bilineato* num potius cum *Ichneumone aethiope* conjungere deberem; tandem autem, mare et femina eodem loco et tempore captis, consociationem cum bilineato praetuli.

Varietatem feminae, punctis duobus albis ad radicem alarum et margine supero colli albo, misit *Dahl* sub nomine *Ichn. rufipedatoris Ziegleri.*

Ichn. pulsator Panzeri, quem ad speciem praecedentem laudavi, forsan etiam ad hanc adhiberi potest.

12. I. AETHIOPS. n.

Femoribus rufis, antennarum annulo albo. m.

Statura et proportio partium *Ichneumonis nigritarii.*

Longitudo 4—fere 6 linearum. *Antennae* corpore breviores, porrectae, apice curvatae, articulis 12—17 vel omnibus vel eorum plurimis supra et lateribus albis. *Alae* hyalinae aut fumato-hyalinae; stigmate, radio, radice et squamula fuscis aut nigris, stigmate interdum ferrugineo; areola quinqueangulari aut subtriangulari. *Pedes* rufi; coxis et trochanteribus, nec non posticorum tarsis, plerumque etiam tibiarum apice, rarius quoque femorum geniculis, nigris; interdum articulo primo tarsorum posticorum basi rufo. *Abdomen* capite thoraceque paulo longius et paulo angustius, segmentis 2—5 aequilatis.

Quosdam mares cepi mense Julii in fruticetis prope *Vratislaviam;* alios accepi e *Lusatia, Franconia, Bavaria, Italia.*

Varietas:

1. *Orbitis oculorum facialibus albis.* m. — Antennis paulo crassioribus, in altero individuo etiam brevioribus, abdomineque breviore et latiore, a mare genuino differt. — *Longitudo* 5⅓ linearum. *Palpi* maxillares medio albi. *Antennae* articulis 13—17 tribus lateribus albis. *Alae* fumatohyalinae, stigmate piceostramineo, radio radice et squamula fuscis. *Pedes* 1) individui gracilioris, femoribus tibiisque rufis, posticis apice nigris, tarsis posterioribus nigris; 2) individui crassioris, femoribus rufis, basin versus nigris; tibiis rufis, posticis summo apice nigricante; tarsis posterioribus fuscis, posticis articulo 1 basi ferruginea.

Individua duo *fennica* Sahlberg mihi transmisit.

Nota:

De femina hujus speciei dubius sum; conferatur nota ad speciem praecedentem.

13. I. OPTICUS. n.

Orbitis oculorum, articulo primo antennarum, punctis ad alarum radicem, albis; pedibus anterioribus subtus ferrugineis. m.

Statura et proportio partium *Ichneumonis nigritarii*, antennis vix paulo brevioribus.

Longitudo 5½ linearum. *Caput* palpis interdum pallidis; orbitis oculorum internis et parte tenui externarum albis. *Antennae* setaceae; arti-

culo primo subtus albido, sequentibus interdum subtus ferrugineis. *Thorax* puncto minuto ante alas, interdum altero infra alas, albo. *Alae* fumatohyalinae; stigmate radio radice et squamula fuscis aut nigris; areola subtriangulari aut subquinqueangulari. *Pedes* antici femoribus subtus ferrugineis, tibiis ferrugineis, vel latere externo medio fuscescente, vel latere interno flavicante, tarsis ferrugineis supra interdum fuscis; medii femoribus subtus ferrugineis, tibiis fuscis latere interno ferrugineo, tarsis fuscis.

Unum individuum, idque palpis pallidis, antennis subtus ferrugineis, tibiis anticis subtus flavicantibus, puncto infra alas deficiente, *Bonelli* mecum communicavit; alterum, *Hannoverae* captum, *Reusmann*, sub nomine *Ichneumonis orbitatoris*, misit.

Nota:

Descriptio *Ichneumonis lincatoris* Fabricii, Villersii et Olivieri, quam ad nostram speciem 9 adhibui, etiam ad hanc speciem quadrat.

13b. I. ALBIMANUS. n.

Facie, ore, articulo primo antennarum, orbitisque externis, albis; pedum anteriorum tibiis et latere infero femorum et coxarum albis; abdomine nitido subsericante. m.

Hic mas differt a mare *lineatoris*, n. 9, et *optici*, n. 13, corpore graciliore et abdomine laevi

nitidiore, a *corruscatore*, n. 14, cui statura et abdomine laevi nitido subsericante respondet, pedibus gracilioribus.

Longitudo parum ultra 4 lineas. *Caput* facie ore et orbitis externis tenuibus albis. *Antennae* porrectae filiformes, corpore breviores, articulo 1 subtus albo. *Thorax* lineola parva infra alas, alteraque subobsoleta ante alam anticam sinistram, albis. *Alae* subfumato-hyalinae, stigmate et radio nigris, radice testacea, squamula nigra apice testaceo; areola quinqueangulari. *Pedes* anteriores coxis trochanteribus femoribusque nigris, subtus albis, tibiis tarsisque sordide-albis, mediis autem supra fuscis; postici toti nigri, articulis tribus ultimis tarsorum rufis. *Abdomen* capite thoraceque paulo longius, thorace angustius, segmentis 2—6 fere aequilatis, nitidum laeve subgriseo-sericans.

Unicum individuum, circa *Netley* captum, *Hope* ad me misit.

14. I. CORRUSCATOR.

Orbitis oculorum internis tibiisque anterioribus flavis, abdomine nitido subsericante. m.

Haec species a nonnullis aliis, quibuscum confundi posset, v. c. ab *Ichneumone lineatore* et *optico*, imprimis abdomine graciliore, nitidiore, subsericante, nec non petiolo tenuiore, differt; propius attamen accedit ad quaedam individua mascula *lineatoris*.

Longitudo 5—5¼ linearum. *Caput* palpis et mandibularum medio gilvis aut rufis, clypeo interdum flavo, orbitis oculorum internis et parte externarum flavis aut dilutecroceis. *Antennae* setaceae porrectae, fere corporis longitudine, subtus plerumque fuscoferrugineae, articulo primo toto nigro. *Thorax* gibbulus sericans. *Alae* fumato-hyalinae; stigmate radio et squamula fuscis, radice rufa; areola quinqueangulari. *Pedes* femoribus anterioribus subtus vel totis vel apicem versus rufis; tibiis anterioribus flavis, latere externo fusco aut fuscescente, posticis interdum basin versus piceofuscis. *Abdomen* capite thoraceque angustius et longius, nitidum, subsericeum; segmento primo parvo, laevi, nitido, petiolo gracili; segmentis 2—5 aequilatis, 2, interdum quoque 3, margine summo rufescente.

Individua quaedam *pedemontana Bonelli* mecum communicavit.

Varietates:

1. *Facie flava, macula nigra; cellula cubitali intermedia subtriangulari;* caeteris cum specie genuina congruens.

Semel capta, mense Julio anni 1815, prope *Vratislaviam*, in frutictis.

2. *Facie et tibiarum posticarum annulo flavis.* — *Longitudo* 6 linearum. *Caput* ore, facie et orbitis oculorum externis flavis. *Antennae* subtus ferrugineae articulo primo flavo. *Pedes* anteriores

gilvi, coxis trochanteribus et femorum latere superiore nigris; postici nigri, tibiarum medio flavo. *Abdomen* segmenti secundi margine et lateribus, tertii lateribus, diluterufis.

Unicum marem cepi mense Maio anni 1815 in fruticetis prope *Vratislaviam*.

3. *Facie, tibiarum annulo, punctoque scutellari, flavis.* — *Caput* orbitis oculorum externis, ore et facie, pallideflavis, hac attamen macula nigra. *Alae* hyalinae, stigmate piceo, radio et squamula nigris, radice flavescente, areola subtriangulari. *Pedes* anteriores femorum apice, summa basi, et latere inferiore fere toto, ferrugineis, tibiis tarsisque flavis, horum mediis supra fuscis; postici femorum summa basi et tibiarum spinis apicalibus ferrugineis, tibiis ante basin annulo parte interiore flavo exteriore ferrugineo-fusco, tarsis fuscis. *Abdomen* nitidum subsericans; segmento primo, puncto marginali ferrugineo; secundo, puncto laterali transversali ante basin margineque summo ferrugineis; tertio quartoque margine summo ferrugineo.

Unicum individuum, idque *hannoveranum*, a *Reusmanno* accepi.

Synonyma:

Ichn. corruscator Linn. Faun. n. 1606; habitat in pratis.
„ Linn. Syst. XII, p. 934, n. 31.
„ Fuessl. Helv. p. 49, n. 955.

Ichn. corruscator Villers, p. 166, n. 97; in agris circa Lugdunum.
„ Rossi n. 764; in pratis.
„ Gmel. ed. Linn. p. 2690, n. 31.
„ Christ p. 366.
„ Olivier, p. 185, n. 108.
Ichn. ambulator Müll. prodr. n. 1825.

Nota:

De *Ichneumone corruscatore* Fabricii, ad quem etiam Walckenaeri et Jurinei species ejusdem nominis adhibenda est, dubius sum; forsan ad varietatem 2 aut 3 nostri corruscatoris, forsan ad *Ichneumonem pallifrontem* referri posset. — *Ichn. corruscator* Schrankii autem, terebra longissima, haud est Ichneumon. — Trentepohl (in Revis. p. 10 et 20 et in Iside 1826 p. 67) *Ichn. molitorium* et *corruscatorem* pro unius ejusdemque speciei femina et mare habet, sed injuste.

15. I. TRISTIS. n.

Femoribus omnibus et tibiis anterioribus rufis; stigmate nigro. m.

Hic Ichneumon a maribus reliquarum cospecierum hujus sectionis, praesertim a *castigatore* et *bilineato*, quibuscum colore magis congruit, imprimis cellula cubitali intermedia triangulari, segmento primo minore et sensim in petiolum coarctato, petiolo ipso breviore et crassiore, differt.

Longitudo 5—6 linearum. *Antennae* corpore dimidio paulo longiores, articulis 3—14 subtus ferrugineis. *Thorax* gibbulus. *Alae* subfumato-hyalinae, stigmate, radio, radice et squamula nigris; areola triangulari. *Pedes* mediocres, rufi, coxis et trochanteribus nigris, tibiis posticis fuscis aut nigris basi summa rufa, tarsis posticis nigris. *Abdomen* capite thoraceque paulo longius et paulo angustius; segmento primo puncto, basin versus sensim coarctato, paulo breviore quam petiolus crassiusculus.

Unum individuum *Desmarest* circa *Parisios*, alterum *Dahl* in *Austria* cepit.

Femina?

Inter Ichneumones circa *Netley* captos, quos *Hope* ad me misit, est quoque individuum, valde autem mutilatum (capite pedibusque anticis deficientibus), colore etc. omnino cum Ichn. tristi mare congruens, sed corpore toto, imprimis abdomine et segmento primo, latiore, a mare illo discedens. *Abdomen* est brevius latius magisque ovatum quam in omnibus reliquis feminis hujus sectionis, femina *castigatoris*, n. 10, vix excepta, thorace longius, sed hujus latitudine; petiolo segmenti primi latiore quam in reliquis feminis. *Aculeus* prorsum absconditus. — An femina?

Varietas:

1. Tibiis posticis totis rufis. — Hujus individuum unicum *Richter* prope *Vratislaviam* cepit.

16. I. RUBELLUS.

Femoribus tibiisque rufis; stigmate piceo; segmenti secundi margine summo castaneo. m. et f. (fem. antennis rufis, annulo albo obsoleto).

Statura et proportione partium mas congruit cum *Ichn. fabricatore*, sed antennis gracilioribus et capite toto nigro differt; a mare *Ichn. stimulatoris*, antennis et petiolo longioribus, abdomine breviore discedit; a *Crypto erythropode* forma cellulae cubitalis intermediae, petiolo longiore, pedibus crassioribus. Femina statura propius accedit ad feminam *Ichn. brunnicornis*, sed abdomen gracilius est.

Longitudo 2⅓—3 linearum. *Caput* feminae palpis rufis; antennis rufis, articulo primo fusco, articulis 10—12 supra exalbidis. *Alae* fumato-hyalinae, stigmate et radio fuscis aut piceis, feminae luteopiceis; radice flava; squamula flava aut gilva, interdum basi fuscescente, maris rarissime tota fusca. *Pedes* rufi, coxis et trochanteribus nigris, anterioribus feminae subtus rufis; postici plerumque summo apice femorum et tibiarum nigro, tarsis nigris, rarius horum articulis 1 et 2 rufis. *Abdomen* sericans, subtiliter punctum; summo margine segmenti secundi, plerumque etiam tertii, castaneo. Abdomen maris, statu naturali capite thoraceque paulo longius, interdum, segmentis duobus ultimis contractis, vix capitis thoracisque longitudine esse videtur.

Mares copiose legi, mense Augusto, in umbellatis, circa *Cudovam.* Feminam nunquam ipse cepi, sed unicum ejus individuum, hic descriptum, *Trajecti ad Moenum* captum, *de Heyden* mecum communicavit.

Synonyma:

Ichn. rubellus Gmel. ed. Linn. p. 2704, n. 316.

17. I. RUFIFRONS. n.

Facie rufescente; tibiis femoribusque anterioribus gilvis; antennis albo-annulatis. f.

Longitudo 3 linearum. *Caput* orbitis oculorum omnibus, facie infra antennas protuberante, labro et mandibulis, castaneis; palpis fuscis. *Antennae* dimidii corporis longitudine, filiformes, apice involutae; articulo 1 nigro subtus castaneo, 2—8 nigris, 9—13 albis, sequentibus nigris. *Thorax* gibbocylindricus; scutello, lineola parva infra scutellum, puncto ante alas, margineque supero colli, obsolete-badiis. *Alae* mediocres, hyalinae, stigmate et radio nigris, radice et squamula ferrugineis, areola subtriangulari. *Pedes* mediocres, subcrassiusculi; anteriores ochracei, supra fuscoferruginei, coxis et trochanteribus nigris; postici nigrofusci, trochanterum et femorum summis apicibus, nec non tibiarum summa basi et spinis apicalibus, ferrugineis. *Abdomen* vix capitis thoracisque longitudine et latitudine, ovatum, nigro-

fuscum; segmento 2 punctis duobus obsoletis ante basin margineque summo castaneis, 6 et 7 margine summo sordide albido, 1 laevi basin versus sensim angustato. *Aculeus* exsertus, brevissimus, niger.

Feminam unicam cepi die 10 Iulii anni 1810 prope *Oedelem*.

18. I. CLERICUS. n.

Facie et punctis ad radicem alarum albis; femoribus tibiisque rufis, posticis apice nigris. m.

Statura et proportio partium *Ichneumonis fabricatoris*, cujus hic forsan mera varietas est; eodem quoque die et loco cum pluribus illius individuis captus.

Longitudo paululum ultra 5 lineas. *Caput* facie et ore eborinis, labro et mandibularum apice ferrugineis, puncto parvo nigro ad latera clypei impresso. *Thorax* punctis duobus albis minutissimis, uno ante alas altero infra alas. *Alae* subfumatohyalinae; stigmate radio et squamula nigris, radice gilvo-picea, areola subtriangulari. *Pedes* rufi, coxis et trochanteribus nigris; postici femorum apice, tarsis tibiisque nigris, his basin versus fuscescentibus.

Semel captus, die 3 Iunii anni 1809, in frutetis prope *Barterodam*.

19. I. CANALICULATUS. n.

Facie flava; femoribus tibiisque rufis; vertice subquadrato. m.

Haec species, capitis et segmenti primi forma, a cospeciebus satis differt.

Longitudo fere 5 linearum. *Caput* vertice subquadrato, subtransversali, collum versus haud angustato; facie, ore et macula genarum eborinis; mandibulis apice ferrugineis, palpis silaceis. *Antennae* corpore dimidio vix paulo longiores, porrectae, articulo primo subtus eborino. *Thorax* gibbulus. *Alae* mediocres, hyalinae; stigmate radioque fuscis, radice et squamula albis; areola subtriangulari. *Pedes* mediocres, rufi; antici coxis supra nigris, subtus rufis macula flava, trochanteribus nigris subtus stramineis; medii coxis totis nigris, trochanteribus sicut anticorum; postici coxis nigris, trochanteribus nigris apice rufo, tibiis nigricantibus, subtus et basin versus badiis, tarsis nigricantibus. *Abdomen* thorace longius et angustius; segmento primo apicem versus sensim dilatato, aspero, opaco, lineis duabus elevatis; secundo, apice laeviore, basi aspera lineis duabus elevatis longitudinalibus parallelis, spatio inter has lineas late subcanaliculato; segmentis sequentibus laevioribus nitidioribus.

Individuum unicum, forsan prope *Niesky* captum, *Roentgenio* debeo.

Varietas:

1.? Facie sub antennis nigra; vertice subtransversali. — *Longitudo* 4 linearum. *Caput* aliquanto latius est quam in specie genuina. *Thorax* colli lateribus, puncto ante alas, alteroque infra alas, albis. *Pedes* coxis anticis nigris subtus albis, mediis apice albis. *Abdomen* segmento primo minus aspero minusque convexo quam in specie genuina, septimo apice albido.

Hoc unicum individuum, notis pluribus a specie genuina discedens, indeque forsan pro specie peculiari declarandum, *ab Uechtritz* prope *Langenau* cepit.

20. I. SPINIGER. n.

Coxis posticis calcaratis; antennarum annulo albo. f.

Statura et proportio partium *Ichneumonis annulatoris;* sed coxis posticis calcaratis differt et magis cum specie sequente congruit, quae autem colore et statura tota graciliore discedit.

Longitudo 3½ linearum. *Antennae* articulis 10—14 albis. *Alae* fumatohyalinae; stigmate et radio fuscis, radice picea, squamula nigra, areola quinqueangulari. *Pedes* antici tibiis tarsis et femorum apice ferrugineis. *Abdomen* subtiliter punctum; segmento secundo summo margine rufescente, septimo margine rufo.

Duo individua *Richter* et *Manger* in regionibus altioribus *Silesiae* ceperunt.

21. I. STIMULATOR, n.

Femoribus tibiisque rufis. m. et f. (Femina coxis posticis calcaratis, antennis subannulatis; mas coxis muticis, anticis oreque flavis).

Mas statura et proportione partium *Ichneumonis bilineati*. *Femina*, coxis posticis calcaratis, speciei praecedenti cognata, statura attamen graciliore est; statura et coxis calcaratis etiam cum *Ichneumone melanogono* congruit, colore autem satis ab eo distat.

Mas: Longitudo $3\frac{1}{2}$—4 linearum. *Caput* palpis et mandibulis flavis, his apice ferrugineo; interdum puncto flavo ad orbitas faciales. *Antennae* setaceae, porrectae, subtus ferrugineae aut fuscoferrugineae, articulo primo toto nigro. *Thorax* puncto ante alas, interdum etiam altero infra alas, flavo. *Alae* subfumatohyalinae; stigmate radio et squamula nigrofuscis, hac apice testacea, radice flava; areola quinqueangulari. *Pedes* rufi; coxis anticis flavis, mediis vel ochraceis vel nigris macula rufa, posticis nigris; trochanteribus anterioribus flavis, posticis rufis; posteriorum geniculis, apice tibiarum tarsisque nigris. *Abdomen* nitidum, subtilissime punctum; segmentorum 2, 3 et 4 marginibus summis subcastaneis.

Femina: Longitudo $2\frac{1}{2}$—4 linearum. *Caput* palpis et mandibulis rufis. *Antennae* longitudine dimidii corporis, aut paulo breviores, apice curvatae, rufae aut ferrugineae; articulo primo nigro,

articulis 2—10 plerumque basi nigricantibus, 11—13 superne pallidioribus aut albidis. *Thorax* cylindricus, puncto minutissimo albo ante alas. *Alae* mediocres, subfumatohyalinae, stigmate et radio fuscis, radice et gemma flavescentibus, areola quinqueangulari. *Pedes* subcrassiusculi, rufi; coxis vel totis vel basi nigris, posticis subtus dente acuto armatis; postici tarsis nec non tibiarum summa basi apiceque nigricantibus, articulis tarsorum plerumque basi albicantibus. *Abdomen* capitis thoracisque longitudine et latitudine; segmentis 2—4 plerumque aequilatis, 1 sublaevi, 2, interdum quoque 3—5, margine summo rufescente. *Aculeus* exsertus, brevissimus.

Mares duos, prope *Norimbergam* et *Sickershausen* captos, *Sturm* et *Nees ab Esenbeck* mecum communicaverunt.

Feminae plures captae sunt in *Silesia, Lusatia, Franconia, Hercynia, Austria, Italia.*

Varietates:

1. Coxis posticis subcalcaratis; tibiis tarsisque posticis albo nigroque variis. — *Longitudo* 3⅓ linearum. *Antennae* fuscae; articulis 10—12 sordide albidis, inferne ferrugineis. *Thorax* puncto albo ante alas, alteroque infra alas. *Pedes* rufi, coxis posticis inferne calcare breviore et obtusiore quam speciei genuinae, trochanteribus subtus flavicantibus; postici tibiis tarsisque sordide albidis, illis basi et apice, his articulorum apicibus, nigris.

Feminam unicam *Richter* prope *Vratislaviam* cepit.

2. Coxis posticis rufis, feminae subcalcaratis. — *Longitudo* maris fere 3, feminae 2⅓ linearum. *Antennae* nigrae, articulis 11 et 12 feminae supra albidis. *Thorax* totus niger. *Alae* stigmate et radio nigris, radice et squamula testaceis. *Pedes* anteriores rufi, coxis anticis mari pallidioribus; postici coxis rufis, basi superne nigris, trochanteribus rufis, femoribus rufis geniculo nigro, tibiis nigris annulo ante basin albido-rufo, tarsis nigris, coxis feminae vix subcalcaratis. — Caetera ut in specie genuina.

Marem et feminam, circa *Netley* captos, *Hope* mecum communicavit.

22. I. BRUNNICORNIS. n.

Antennis ferrugineis, pedibus rufis. m. et f. (mas geniculis posticis nigris).

Femina statura et proportione partium cum femina praecedente congruit, sed coxis posticis muticis distincta est. *Mas* abdomine paulo graciliore a femina differt.

Longitudo 2⅓ — 3 linearum. *Caput* palpis pallideflavis; mari autem os totum et facies pallideflava sunt. *Antennae* ferrugineae aut fuscescentes, maris inferne pallideflavicantes rarius rufae. *Thorax* maris interdum puncto parvo albido ante alas.

Alae subfumatohyalinae; stigmate et radio dilute-piceis, radice et squamula pallideflavis; areola quinqueangulari aut subtriangulari. *Pedes feminae* rufi, trochanteribus plerumque dilutioribus; postici tibiarum et articulorum tarsorum apicibus nigricantibus; *maris* rufi; anteriores coxis et trochanteribus pallideflavis; postici coxis vel totis rufis, vel macula fusca, rarius silaceis, trochanteribus rufis aut flavicantibus, femoribus apice summo nigricante, tibiis apicem versus nigris, tarsis nigris plerumque articulorum basi rufescente. *Abdomen* nigrum aut fusconigrum, subtiliter punctum; segmenti secundi, vel etiam tertii, margine summo plerumque rufescente; feminis nonnullis omnium segmentorum margine summo rufescente.

Mares et feminas *Manger* copiose circa *Warmbrunn* legit; ipse feminam unam mense Junio in frutetis prope *Vratislaviam* cepi. *Sturm* unam *Norimbergae* cepit.

23. I. BREVICORNIS. n.

Pedibus rufis; antennarum annulo albo. f.

Statura et proportio partium individuorum graciliorum speciei praecedentis; antennis autem longioribus et distincte alboannulatis differt; quodammodo medium tenet inter *Ichn. brunnicornem* et varietatem descriptam *Ichn. stimulatoris.*

Longitudo 3—3½ linearum. *Antennae* subsetaceae, graciles, corpore dimidio paulo longiores, ferrugineofuscae; articulis 11—12 albis, 3 rufo. *Alae* subfumatohyalinae, stigmate gilvo-piceo, radio basin versus stramineo, radice pallide-flava, squamula picea aut alba; areola quinqueangulari. *Pedes* postici quibusdam coxis fuscis et tibiarum summo apice nigricante.

Duo individua, in *Silesia* capta, *Manger* et ab *Uechtritz* mecum communicaverunt.

24. I. ANNULATOR.

Femoribus tibiisque rufis, his extra albis; annulo antennarum albo. f.

Longitudo 2—4 linearum. *Caput* facie subprotuberante; labro et mandibularum medio, plerumque etiam clypeo, ferrugineis; palpis fuscis apice pallidiore. *Antennae* filiformes, vix corporis dimidii longitudine, involutae; articulo 1 nigro, plerumque subtus rufo, articulis sequentibus fuscis, 8—14 vel omnibus, vel eorum plurimis, albis subtus puncto fusco. *Thorax* gibbocylindricus; interdum, praesertim individuis minoribus, scutelli apice et puncto infra alas badiis aut castaneis. *Alae* mediocres, fumatohyalinae aut subhyalinae; stigmate rarius gilvo, plerumque, cum radio, dilutius aut obscurius ferrugineo; radice gilva, squamula fusca aut flavicante. *Pedes* crassiusculi, rufi; coxis et trochanteribus nigris,

interdum anticis vel anterioribus, rarius etiam posticis, infra rufis aut castaneis; femoribus posticis plerumque apicem versus plus minus fuscis aut nigricantibus; tibiis anterioribus extra macula media alba, quae tamen interdum in anticis evanescit, posticis infra ferrugineis apice plerumque nigricante, extra basi rufoferruginea aut fusca, medio albo, apice nigro aut fusco; tarsis posticis fuscescentibus. *Abdomen* thoracis longitudine et latitudine, ovatum, nigrofuscum, marginibus summis segmentorum plerumque castaneis; segmento 1 laevi, interdum lineis duabus subelevatis. *Aculeus* vix exsertus.

Copiam individuorum legi, mense Augusto, circa *Cudovam*, in umbellatis et in gramine; quaedam etiam in aliis *Silesiae* locis et circa *Gottingam*. Plura accepi ex *Austria*, *Franconia*, *Anglia* et *Gallia*.

Varietates:

1. *Scutello rufo; abdomine badio, apice fusco.* — *Longitudo* 2⅓ linearum. *Pedes* rufi, coxis paulo obscurioribus, tibiarum macula alba. *Abdomen* badium, marginibus segmentorum castaneis, segmentis 5—7 fuscis.

Unicum individuum *Sturm* mecum communicavit.

2. *Abdomine rufo.* — *Longitudo* 3⅔ linearum. *Labium* luteum.

Unicum individuum cepi die 25 Junii anni 1815 in fruticetis prope *Vratislaviam.*

3. *Femoribus nigris.* — *Caput* totum nigrum, palpis fuscis, rarissime orbitis oculorum frontalibus testaceis. *Antennae* nigrae; articulis 8—14 vel omnibus, vel plurimis eorum, albis, infra plerumque puncto fusco aut ferrugineo. *Pedes* nigri; femoribus anterioribus plerumque subtus vel totis vel apice ferrugineis, posticis rarius basi et apice rufescentibus; tibiis intra rufis aut ferrugineis, rarius fuscis, extra albis, anterioribus summa basi et apice rufis aut ferrugineis, posticis basi et apice summo ferrugineis aut nigris; tarsis anterioribus ferrugineis aut fuscescentibus. *Abdomen* nigrum; interdum fusco-nigrum, marginibus segmentorum summis castaneis.

Ipse unicum individuum cepi *Trajecti ad Viadrum*, fine Septembris; plura autem accepi individua in *Silesia*, *Austria*, *Trajecti ad Moenum*, *Halae Saxonum*, in *Volhynia* et *Italia*, capta.

Synonyma:

Ichn. annulator Fabr. Ent. II, p. 151, n. 72. — Piez. p. 65, n. 69.

„ Gravenh. Uebers., n. 3724, — Addit., n. 1.

„ Trentep. in Iside 1826, p. 238, n. 59 (exclusa varietate *a*).

Ichn. culex Müll. prodr., n. 1797.

Ichn. clavipes Gmel. ed. Linn. p. 2688, n. 257.

Ichn. Geoffr. II, p. 340, n. 43; ubi autem hic Ichneumon longitudine 5 linearum describitur.
Ichn. tibialis Fourcroy p. 407, n. 44.
„ Villers p. 164, n. 93.
Ichn. viator Schrank Austr., n. 715.
„ Olivier p. 180, n. 81.
„ Rossi Mant. II App., n. 86.
„ Walckenaer p. 57, n. 44.
„ Thunberg Ichn., n. 127.
„ Gmel. ed. Linn. p. 2687, n. 122.
„ Latreille Crust. XIII, p. 185, n. 25.

Nota:

Germar mecum communicavit idem hujus speciei individuum, cui Fabricius ipse in museo Hübneri nomen *Ichneum. annulatoris* adscripserat.

Ichn. annulator Müll. prodr., n. 1830 et 1837 huc haud pertinet.

Villers sub *Ichn. tibiali* confudit Geoffr. Ichn. 43 et 44, nam diagnosis desumta est a n. 43 (huc spectante) descriptio autem a n. 44 (nostro *Crypto gladiatore*).

Ad *Ichn. viatorem* auctorum laudatorum haud referri debet *Ichn. viator* Scopolii Carn., n. 747, »totus niger, femoribus fulvis, antennis annulatis, abdomine longiore quam aculeus;« nec *Ichn. viator* Villers p. 163, n. 88; auctor enim diagnosin ex Ent. Carn. excerpsit, descriptionem autem e descriptionibus *Ichn. viatoris* Scopolii et Schrankii, specierum duarum diversarum, composuit.

25. I. TIBIATOR,

Femoribus anticis pro parte rufis; tibiis anticis rufis, posterioribus extra albis. m.

Longitudo paulo ultra 2 lineas. *Antennae* porrectae, subsetaceae, corpore dimidio paulo longiores. *Thorax* gibbulus. *Alae* mediocres, hyalino-irideae, stigmate gilvo-piceo aut fusco, radio fusco, radice gilva, squamula gilva aut nigra, areola quinqueangulari. *Pedes* subgraciles; antici rufi, coxis trochanteribus et femorum latere convexo nigris, tarsis fuscescentibus; medii nigri, femorum geniculo ferrugineo, tibiis extra medio eborinis; postici nigri, tibiis extra medio albis. *Abdomen* capitis thoracisque longitudine, vel perpaulo longius, thorace paulo angustius, apice interdum subcompressiusculo; segmento 1 laevi, subcanaliculato, basin versus sensim coarctato, tuberculis lateralibus minutis, petiolo longitudine segmenti sed dimidio angustiore; segmentis 2—5 subaequilatis, 2 interdum summo margine castaneo.

Individua duo, alterum *genuense*, alterum *pedemontanum*, *Spinolae* et *Bonellio* debeo.

Synonyma:

Ichn. tibiator Gravenh. Pedemont., n. 8.

Nota:

Ichn. annulator Müll. prodr., n. 1880, cujus jam ad speciem praecedentem mentio facta est,

forsan ad *Ichn. tibiatorem* adhiberi posset, nisi tarsos posticos alboannulatos haberet. — *Ichneum. tibiator* Thunberg Ichn., n. 128 ad speciem praecedentem spectare videtur.

26. I. PUMILUS m.

Antennis ferrugineis, apice et articulo primo nigris, femoribus tibiisque anticis subtus stramineis; segmentis intermediis margine summo castaneis. f.

Longitudo 2—2½ linearum. *Caput* interdum ore ferrugineo palpis pallidioribus. *Antennae* filiformes, corporis dimidii longitudine, involutae, obscuroferrugineae, subtus dilutiores, apicem versus fuscescentes, articulo primo nigro. *Thorax* cylindrico-gibbulus. *Alae* mediocres, subfumato-hyalinae, stigmate nigro aut piceo, radio fusco, radice straminea, squamula gilva aut fusca. *Pedes* mediocres, fusconigri; antici plerumque rufi, aut sordide-straminei, coxis nigris, ut plurimum femorum latere convexo fusconigro aut nigro; medii plerumque tarsis, latere interno tibiarum, et apice femorum, ochraceis; postici tarsis, plerumque femorum apice, ferrugineis aut rufis, tibiis plerumque badiis apice nigro aut nigris basi badia, rarius fere totis nigris. *Abdomen* capitis thoracisque longitudine, thorace vix paulo angustius, oblongum, segmentorum nonnullorum margine summo castaneo. *Aculeus* vix subexsertus.

Individua quaedam capta sunt in *Silesia*, *Austria*, *Hercynia*, *Trajecti ad Moenum*, nec non circa *Netley* in *Anglia*.

Varietas:

1. *Abdomine toto nigro.* — Hanc varietatem *Richter* cepit prope *Vratislaviam*, *Hope* circa *Netley*.

SECTIO II.

Scutello abdomineque nigris, segmentis ultimis albonotatis.

Huc spectant etiam, e *sectione* 1, *Ichn. alboguttati* var. puncto albo segmentorum 3 et 4; *canaliculati* var. ano albo; e *sectione* 4 *Ichneum. saturatorii* var. scutello toto nigro; e *sectione* 6 *Ichn. vaginatorii* var. scutello fere toto nigro.

---

27. I. CESSATOR.

Femoribus tibiisque rufis. f.

Statura et proportio partium *Ichn. castigatoris* feminae; sed abdominis apice acutiore et albonotato differt; an ejus varietas? (conf. notam ad Ichn. castigatorem).

Longitudo 6 linearum. *Antennae* articulis mediis infra rufis aut ferrugineis. *Metathorax* punctus, tuberculis duobus parvis subacutiusculis interdum obsoletis. *Alae* subfumatohyalinae, stigmate ferrugineo aut fusco; radio radice et squamula nigris aut fuscis. *Pedes* rufi aut dilutecrocei, coxis et trochanteribus nigris; postici trochanterum apice rufo, tarsis et tibiarum apice nigris. *Abdomen* apice acutum; segmentis 1—3 punctis, sequentibus nitidis, 6, plerumque 7, linea longitudinali dorsali albida. *Aculeus* vix subexsertus.

Semel cepi hunc Ichneumonem vere prope *Vratislaviam*, alterum individuum *Manger* cepit in *Sudetis Silesiae*, tertium *Dahl* in *Austria;* duo e *Fennia* accepi.

Synonyma:

Ichn. cessator Müll. prodr, n. 1833.

Ichn. custodiator Fabr. Ent. p. 166, n. 136. — Piez. p. 68, n. 78.

„ Trentep. Revis. p. 23, n. 11 — in Iside 1826, p. 70.

28. I. ALBINUS. n.

Femoribus tibiisque rufis, antennarum annulo albo. f.

Statura et proportio partium *Ichn. castigatoris* feminae, sed antennis paulo brevioribus pauloque crassioribus.

Longitudo 4½ linearum. *Antennae* vix corporis dimidii longitudine, subfiliformes, apice involutae, articulis 9—15 vel omnibus, vel plurimis eorum, superne et lateribus albis. *Alae* fumatohyalinae; stigmate radio radice et squamula fuscis aut nigris. *Pedes* rufi, coxis et trochanteribus nigris; postici tarsis et summo tibiarum apice fuscis aut nigris. *Abdomen* segmentis 6 et 7 macula dorsali alba, 2 plerumque summo margine castaneo; 2 et 3 punctis opacis, sequentibus sensim nitidioribus.

Quaedam individua *Manger* et *Richter* in *Silesiae Sudetis* ceperunt.

29. I. LEUCOPYGUS. n.

Femoribus tibiisque rufis, posticis apice nigris; annulo antennarum albo. f.

Statura et proportio partium speciei praecedentis, a qua haec non nisi parvitate, stigmate rufo, geniculis posticis nigricantibus, macula alba

apicali abdominis paulo latiore differt; an ejus varietas?

Longitudo $3\frac{1}{2}$ linearum. *Antennae* articulis 9—15 albis, subtus puncto fusco. *Alae* subfumatohyalinae, stigmate dilute rufo, radice radio et squamula fuscis, areola subtriangulari. *Pedes* rufi, coxis et trochanteribus nigris; femoribus anticis latere convexo, posticis geniculo, fuscis; tibiis posticis apice nigro, tarsis posticis fuscis. *Abdomen* segmentis 1 et 2 summo margine rufescente, 6 et 7 dorso toto albo.

Unicum individuum, prope *Warmbrunn* captum, *Manger* mecum communicavit.

Varietas:

1. *Femoribus nigris.* f. — *Longitudo* et *antennae* sicut in femina genuina. *Alae* fumatohyalinae, stigmate radio radice et squamula fuscis. *Pedes* nigri; femoribus geniculo summo castaneo; tibiis badiis, anticis infra dilutioribus, posticis apice nigro; tarsis anterioribus ferrugineis, posticis fuscis. *Abdomen* segmentis 2—4 lateribus et summis marginibus castaneis; 6 margine lato, 7 dorso toto, albo.

Individuum unicum *fennicum Sahlbergio* debeo.

Nota:

Varietas descripta abdomine paulo angustiore a specie genuina differt; a feminae *Ichn. satura-*

torii varietate femoribus nigris, scutello toto nigro et abdomine paulo angustiore. Pro specie intermedia inter *leucopygum* et *saturatorium* haberi posset, abdomine graciliore ab utroque diversa.

29 b. 1. TRANSFUGA.

Femoribus tibiis anterioribus et antennarum medio rufis; ano sub-albo notato. f.

Statura et proportio partium omnino antecedentis.

Longitudo 4 linearum. *Caput* palpis fuscis. *Antennae* articulis 4—6 totis, 7 et 8 supra, rufo-ferrugineis. *Alae* fumato-hyalinae, stigmate radio et squamula nigris, radice straminea. *Pedes* coxis et trochanteribus nigris, horum posticis supra rufocastaneis; femoribus rufocastaneis, anticis basi nigris; tibiis anterioribus rufocastaneis, posticis nigricantibus basin versus obscuro-castaneis; tarsis anterioribus rufescentibus, posticis fuscis. *Abdomen* nigrum nitidum, segmento 7 supra obsolete-albo.

Individuum unicum, circa *Netley* captum, *Hope* mecum communicavit.

SECTIO III.

Scutello pallido aut pallide notato; abdomine nigro toto.

Plurimae species scutello toto albo aut flavescente gaudent; multis autem scutellum tantum apice aut lateribus pallidum est; perpaucae varietates, scilicet *Ichneum. trilineati* et *fabricatoris*, scutello toto nigro, ad *sectionem* 1 spectant. *Ichn. subsericantis* et *ochropis* feminae var. segmento 7 subalbonotato, ad *sectionem* 4 spectant. Aliis speciebus segmenta quaedam marginibus summis rufescunt, v. c. *Ichn. melanogastro, marginello, pallidatorio;* varietati *melanogastri* segmentum secundum punctis ferrugineis duobus notatum est; *Ichn. edictorius* variat segmentis 2 et 3 nigrofuscis, *Ichn. fossorius* iisdem segmentis nigroferrugineis; indeque transitus ad *sectionem* 8 se prodit.

E *sectione* 1 *Ichneum. bilineati* et *corruscatoris* varietates, scutello albonotato, huc spectant; e *sectione* 8 autem *Ichn. fusorii* varietas abdomine fusco, et *Ichneum. antennatorii* varietas abdomine toto nigro.

30. I. LARVATUS.

Annulo antennarum albo, facie et maculis lateralibus thoracis flavis; pedibus rufis, coxis nigris flavomaculatis. m.

Longitudo paulo ultra 9 lineas. *Caput* ore et facie flavis, hac lineis duabus longitudinalibus arcuatis nigris. *Antennae* setaceae, porrectae, apice curvatae, fere longitudine corporis; articulis 9—14 albis, 1 subtus albido. *Thorax* gibbus; lineola ante alas, altera infra alas, puncto laterali colli, alteroque laterali pectoris, flavis. *Scutellum* flavum. *Alae* ochraceo-hyalinae; stigmate, radio, radice et squamula nigris; areola triangulari. *Pedes* subelongati, dilutecrocei; coxis flavis, posticis nigris macula flava; trochanteribus posterioribus basi nigris. *Abdomen* capite thoraceque longius, thorace paulo angustius; segmento primo nitidulo, subruguloso, apicem versus sensim dilatato, parte antica subquadrata, dorso laeviore canaliculato; segmentis 2 et 3 subopacis, sequentibus nitidulis.

Unicum individuum a *Stillfried* prope *Hirschberg* cepit.

Synonyma:

Ichn. larvatus Christ. p. 348, tab. 35, fig. 5.

31. I. SUBSERICANS.

Subsericeus; stigmate, femoribus tibiisque dilute croceis. m. f. (mas facie et antennarum articulo primo inferne flavis; fem. antennarum annulo albido).

Mas:

Longitudo 6½—7½ linearum. *Caput* facie oreque flavis aut silaceis, plerumque puncto impresso nigro ad latera clypei, rarius maculis duabus nigris faciei. *Antennae* porrectae, apice subcurvatae, setaceae, corpore dimidio longiores; articulo primo subtus albo. *Thorax* gibbus; plerumque puncto ante alas, alteroque infra alas, majoribus minoribusve, albis, interdum uno alterove rarius ambobus deficientibus; scutello vel toto, vel apice aut puncto apicali, rarius punctis duobus apicalibus, albis. *Alae* ochraceo-hyalinae, subamplae, stigmate et radio rufo-croceis, radio nonnunquam fusco, radice et squamula nigris aut piceis, squamula interdum macula alba. *Pedes* mediocres, dilute crocei; coxis et trochanteribus nigris, anterioribus subtus flavis; tarsis posticis ferrugineis aut fuscis aut nigricantibus, articulo primo et basi secundi dilutecroceis, rarius primo solo dilutecroceo apice nigricante; tibiis posticis plerumque summo apice nigricante. *Abdomen* thorace duplo longius, eoque paulo angustius; segmentis 2—6 fere aequilatis; 1 tumescente, petiolo tenui lineari.

Femina:

Longitudo 5—7 linearum. *Antennae* setaceae, apice incurvae, corporis dimidii longitudine; articulis 9—16 vel omnibus vel eorum plurimis albis, inferne fuscis aut ferrugineis. *Thorax* gibbus; plerumque puncto flavicante infra alas; scutello vel toto vel solo apice albo. *Alae* sicut in mare. *Pedes* mediocres, dilute crocei; coxis et trochanteribus nigris; postici tarsis et tibiarum summo apice nigris. *Abdomen* capitis thoracisque longitudine et latitudine, vel paulo longius et angustius, apicem versus magis angustatum quam in mare, apice ipso obtusiusculo et compressiusculo; segmento 7 puncto seu lineola longitudinali albicante aut gilva, obsoletiore aut distinctiore; segmentis 1 et 2 subopacis. *Aculeus* vix subexsertus.

Mares plures cepi in *Hercynia*, circa *Gottingam* et *Hildesiam*; plures, in *Silesia Italia Gallia Volhynia Tauria* et *Anglia* capti, mecum communicati sunt.

Feminas accepi e *Silesia Austria* et *Italia*.

Varietas:

1. Scutello toto nigro. — *Mas: Longitudo* 5¾—7 linearum. *Thorax* totus niger. *Abdomen* rarissime segmentis 5—7 subcoerulescentibus. *Caput pedes* et *alae* sicut in specie genuina.

Hanc varietatem semel cepi in horto botanico *Vratislaviensi* initio Octobris in flore Asteris; alterum individuum cepit *Manger* prope *Warm-*

brunn; tertium vidi in museo *Comitis de Hoffmannsegg*, idque abdominis apice subcoerulescente; quaedam alia *Hope* cepit circa *Netley*.

Synonyma:

Maris:

Ichn. subsericans Gravenh. Pedemont. n. 9.

Ichn. fossorius Linn. Fauna n. 1599 Syst. XII, p. 933, n. 22; frequens in campis.

„ Fuessl. Helv. pag. 49, n. 948; in floribus haud raro.

„ Villers pag. 148, n. 41; passim prope Lugdunum.

„ Gmel. ed. Linn. p. 2682, n. 22.

„ Christ, p. 344.

„ Olivier, p. 174, n. 52.

„ Thunb. Ichn. 580.

Feminae:

Ichn. pedestrinus Gravenh. Pedemont. n. 25.

Nota:

Erunt qui me reprehendent, quod feminam, apice abdominis albonotatam, cum mare conjunxi, cui abdomen totum nigrum est. Attamen haud me fefellisse vereor, cum segmenti septimi punctum album nunquam aeque distinctum et purum sit, ac in Ichneumonibus sectionis quartae, sed obliteratum et interdum fere penitus obsoletum, ita ut mere adventicium esse videatur.

Ichneumon fossorius Fabr. huc haud pertinet sed ad speciem sequentem, cui etiam *Ichneumon* Geoffr. 55 jungendus esse videtur.

32. I. FOSSORIUS.

Femoribus tibiisque rufis. m. et f. (fem. antennarum annulo albo).

Statura et proportio partium fere sicut in specie praecedente, antennis attamen petioloque paulo crassioribus; imprimis autem mas abdomine apicem versus magis angustato, nec non colore capitis differt.

Longitudo 5½—7½ linearum. *Caput* mandibulis medio plerumque subrufescentibus. *Antennae* dimidii corporis longitudine; *maris* porrectae; *feminae* apice incurvae, articulis 8—15 vel omnibus vel plurimis eorum albis, infra fuscis aut ferrugineis, 4—8 interdum infra ferrugineis. *Thorax* interdum lineola infra alas, vel etiam puncto ante alas, rarius lineola transversali infra scutellum, albis aut testaceis. *Scutellum* album. *Alae* subfumatohyalinae, stigmate nigrofusco, rarius piceo, radio et radice fuscis aut rufis; squamula nigra aut fusca, rarius flavo-eborina. *Pedes* rufi aut dilute-crocei, rarius pallidiores; coxis et trochanteribus nigris; tibiis plerumque flavoeborinis, apice stramineo, posticis saepius apice nigro; tarsis posticis nigris aut fuscescentibus, articulo primo interdum ferrugineo. *Abdomen* capite thoraceque paulo longius pauloque angustius, vel tho-

ratis latitudine, mari paulo angustius quam feminae; segmentis 2 et 3 subnitidis, sequentibus nitidioribus; feminae interdum margine segmenti secundi castaneo. *Aculeus* vix subexsertus.

Mares quosdam cepi circa *Gottingam* et *Cudovam*, mense Augusto, in umbellatis et frutetis; plures accepi e *Lusatia*, *Bavaria*, *Volhynia*, *Anglia*.

Feminae quaedam ex *Austria*, *Italia*, *Tauria* mecum communicatae sunt.

Varietates:

1. *Stigmate vel sordide gilvo, vel dilute rufo, vel ferrugineo.* — *Thorax* vel totus niger, vel puncto uno alterove ad radices alarum; scutello semper albo. Caetera sicut in specie genuina.

Hujus varietatis individua pauca, mascula et feminina, in *Silesia* capta sunt, quaedam *Trajecti ad Moenum*, *Halae Saxonum*, in *Italia* et *Fennia*.

2. *Antennis subtus rufis, articulo primo toto nigro.* — *Thorax* totus niger, rarius puncto ante alas albo. *Alae* stigmate dilute croceo. *Abdomen* segmentis 2 et 3 nitidulis, interdum fuscoferrugineis, sequentibus nitidioribus. m.

Individua quaedam, in agro *Florentino* et *Genuensi* capta, *Sanvitale* et *Spinola* mecum communicaverunt; *fennicum*, idque puncto albo ante alas, *Sahlberg* mihi transmisit.

3. *Coxis et squamula albopunctatis, segmento secundo basi castaneo.* — *Alae* stigmate

ferrugineo, radio et radice nigris, squamula alba; areola subtriangulari. *Coxae* posteriores puncto albo. *Abdomen* paulo brevius quam in specie genuina; segmento secundo basi obscurocastaneo.

Marem unicum *Richter* cepit prope *Vratislaviam*.

Synonyma:

Mas et femina:

Ichn. fossorius Gravenh. Pedemont. n. 10.

Mas:

Ichn. fossorius Müll. prodr. n. 1788.
" Fabr. Ent. II, p. 149, n. 64. — Piez. p. 65, n. 55; habitat in Europa boreali.
" Walckenaer p. 55, n. 32.
" Trentep. Revis. pag. 23, n. 12 — in Iside 1826, p. 71, n. 12.
" Latreille Crust. XIII, p. 187, n. 31.
Ichn. fuscipes Fourcroy p. 412, n. 56. — Geoffroi II, p. 345, n. 55.
Ichn. gladiatorius Müll. prodr. n. 1783.
Ichn. trichrous Gmel. ed. Linn. p. 2683, n. 235.

Nota:

Ichn. fossorius Linn. Oliv. Villers, ob faciem flavam, ad speciem praecedentem redactus est. — *Ichneumon Geoffroii* laudatus a Villersio prave cum *Ichneumone deliratorio* jungitur. — Errat etiam Schrank, qui (in Magaz. Fuessly I, p. 293,

n. 708) *Ichn. tricolorem* Faun. Austr. n. 708 ad *Ichn. fossorium* Linnei et Fabr. adhibuit, nam *tricolor* multo minor est, abdomine subpetiolato, aculeo trium linearum longitudine, tibiis albidis. — *Ichn. fuscipes* Fourcr. haud confundendus est cum *Ichn. fuscipede* Gmel. ed. Linn. n. 242 et 368. — *Ichn. trichrous* Gmel. etiam ad *Bassum insignem* adhiberi potest. — *Ichn. calceatorius* Panz. Faun. 80, tab. 15, quem Trentepohl ad hanc speciem laudat, antennis totis rufis differt.

83. I. ALBOSIGNATUS. n.

Orbitis oculorum internis albis; femoribus tibiisque rufis. m.

Statura et proportio partium maris praecedentis. — *Longitudo* 4—4½ linearum. *Caput* palpis fuscis aut pallidioribus; orbitis oculorum internis et clypei puncto laterali minuto albidis. *Thorax* interdum puncto ante alas alteroque infra alas albidis. *Scutellum* albidum, interdum basi nigrum. *Alae* fumatohyalinae, stigmate radio et squamula fuscis, radice ferruginea aut fusca; areola subtriangulari. *Pedes* diluterufi; coxis et trochanteribus nec non posticorum tarsis et tibiarum apice nigris. *Abdomen* plerumque segmentorum marginibus summis obsolete castaneis.

Individua quaedam, in *Fennia Austria* et *Silesia* capta, accepi; fennicum differt a reliquis abdomine paulo graciliore, subcylindrico, fere sicut in *Ichn. subsericante*.

34. I. MULTICOLOR.

Orbitis oculorum internis et puncto ad alarum radicem albis; stigmate, femoribus, tibiisque rufis. m. et f. (fem. annulo antennarum albo).

Statura et proportio partium *Ichn. subsericantis*; femina autem abdominis apice acuto, haud compresso, femoribus brevioribus crassioribus.

Longitudo maris 7 linearum, feminae paulo ultra 6 lineas. *Caput* mandibulis ferrugineis; orbitis oculorum internis albis aut eborinis. *Antennae* feminae articulis 3—10 fuscoferrugineis, 11—16 supra albis. *Thorax* maris lineola infra alas, feminae insuper puncto ante alas punctisque duobus dorsalibus, albis. *Scutellum* feminae totum, maris solo apice, album. *Alae* fumatohyalinae seu subrufescentihyalinae; stigmate fuscoaut piceo, maris rarius sordidestramineo; radio fusco; radice fusca aut ferruginea; squamula nigra, interdum puncto albo. *Pedes* dilute rufi, coxis et trochanteribus nigris; postici tarsis nigris, mari interdum articulo primo rufescente, mari etiam tibiarum vel quoque femorum apice nigro. *Abdomen* opacum, segmentis 6 et 7 nitidis, 2 mari interdum obsoletissime nigrobadio. *Aculeus* vix subexsertus.

Feminam unicam, in *Austria* captam, *Dahlio* debeo. Maris individuum unum *Dahl* in *Austria*, alterum *Spinola* prope *Genuam* cepit; tertium marem, *neapolitanum*, in museo *Comitis de Hoffmannsegg* vidi.

Varietas:

1. *Puncto ad alarum radicem deficiente.* — *Antennae* interdum articulis 2—10 subtus rufo-ferrugineis, sensim obscurioribus. *Scutellum* apice vel albo vel obsolete sordide rufescente. *Tarsi* postici vel toti nigri vel articulo primo basi rufo.

Individuum masculum unum, *pedemontanum*, *Bonellii*, alterum, *silesiacum*, *Manger* mecum communicaverunt.

Synonyma:

Maris et feminae:

Ichn. multicolor Gravenh. Pedemont. n. 11.

Feminae:

Ichn. multicolor Gmel. ed. Linn. p. 2678, n. 225.
Ichn. atratorius Villers pag. 142, n. 26; tab. 8, fig. 2; circa Lugdunum.
„ Olivier p. 169, n. 2; in Gallia meridionali.

Nota:

Ichn. multicolor Gmel. forsan etiam ad *Ichn. ochropem* referri posset; at *Ichneum. multicolor* Olivieri et Fourcroyi haud hujus generis est, sed ad *Ceropalem maculatum* Fabr. pertinet. — *Ichn. atratorius* Fabr., abdominis apice albonotato, ab Ichn. atratorio Villersii satis differt.

35. I. FUSCATUS.

Orbitis oculorum internis et punctis duobus ad alarum radicem albis; tibiis stramineis; femoribus rufis, macula nigra. m.

Statura et proportio partium individui maximi *Ichneumonis fabricatoris.*

Longitudo 6¼ linearum. *Caput* palpis, mandibularum macula, orbitisque oculorum internis, albis. *Antennae* subtus articulo primo albo, articulis sequentibus ferrugineis. *Alae* fumatohyalinae, stigmate et radio fuscopiceis, radice fusca puncto albo, squamula nigra puncto rufo. *Pedes* coxis et trochanteribus nigris; femoribus rufis, latere convexo nigris, anterioribus subtus stramineis, posticis geniculo nigro; tibiis flavicantibus, posterioribus apice nigro; tarsis anterioribus flavicantibus, posticis fuscis articulo primo basi rufa. *Abdomen* subopacum, subtilissime et confertissime punctum, segmentis 2 et 3 summo margine stramineo-rufo.

Individuum unicum *Manger* prope *Warmbrunn* cepit.

Synonyma:

Ichn. fuscatus Gmel. ed. Linn. p. 2684, n. 239.

Nota:

Ichneum. fuscatus Gmel. ed. Linn. pag. 2710, n. 185, species est ab hac longe diversa, cum

Ichn. fuscato Fabr. Oliv. Schrankii jungenda, et sine dubio ad familiam sextam Cryptorum redigenda. — Confer notam ad *Ichn. semiorbitalem.*

36. I. FERREUS. n.

Orbitis oculorum, nec non punctis duobus ante scutellum, duobusque aliis ad alarum radicem, albis; femoribus tibiisque rufis. m.

Statura et proportio partium *Ichneumonis fabricatoris.*

Longitudo 6 — fere 7 linearum. *Caput* orbitis oculorum, lateribus clypei, macula mandibularum, interdum etiam punctis duobus infra antennas, eborinis; palpis rufescentibus aut eborinis. *Antennae* rarissime articulo primo infra albo. *Thorax* puncto infra alas, altero ante alas, lineola brevi ante singulos scutelli angulos basales, lineola seu punctis duobus infra scutellum, his interdum obsoletis, angulisque apicalibus seu lineola laterali marginali scutelli, eborinis. *Alae* subfumatohyalinae, radio radice stigmate et squamula nigris aut fuscis, hac puncto albo. *Pedes* rufi, trochanteribus et coxis nigris, harum anticis rarissime macula alba; postici tarsis, plerumque summo femorum et tibiarum apice, nigricantibus. *Abdomen* plurimis nigro-coerulescens.

Unicum individuum cepi die 3 Septembris in *Angelica sylvestri* prope *Woelfelsgrund;* alia quaedam in *Sudetis Silesiae,* in *Hercynia* et prope *Niesky* capta sunt.

37. I. TRUCIDATOR n.

Abdomine coeruleonigro; femoribus tibiisque rufis, posticis fuscomaculatis. m.

Statura et proportio partium fere maris *Ichn. subsericantis*; sed abdomine angustiore, imprimis apicem versus magis angustato, petiolo paulo crassiore, pedibus gracilioribus.

Longitudo 5 linearum. *Scutellum* apice pallideflavo. *Alae* subfumatohyalinae; stigmate radio et squamula fuscis, radice picea; areola subtriangulari. *Pedes* graciles, rufi, coxis et trochanteribus nigris; postici femorum basi apice et latere altero fuscis, tibiis fuscis basi et latere interno rufescentibus, tarsis nigris. *Abdomen* capite thoraceque paulo longius et paulo angustius, nitidulum; segmento 1 apicem versus sensim dilatato.

Individuum unicum *austriacum* Dahl sub nomine *Ichn. trucidatoris Ziegleri* mecum communicavit.

38. I. MONOSTAGON.

Orbitis oculorum internis albidis; stigmate fusco; femoribus tibiisque rufis. m.

Statura et proportio partium maris *Ichneum. multicoloris*; sed tuberculis lateralibus segmenti primi minus distinctis, segmentoque ipso sensim basin versus angustato.

Longitudo 6½ linearum. *Caput* palpis albido-piceis; orbitis oculorum internis, in altero individuo quoque puncto laterali clypei, sordidealbis. *Thorax* individui pedemontani puncto minutissimo albido infra alas. *Scutellum* apice albo. *Alae* hyalinae, apice subfumatohyalinae; stigmate radio, radice et squamula nigris aut fuscis. *Pedes* rufi, coxis et trochanteribus, nec non posticorum tarsis et tibiarum apice, nigris, tarsis mediis fuscis. *Abdomen* subopacum, apice nitidum.

Unum individuum cepi die 2 Julii prope *Oedelem*, alterum *pedemontanum*, *Bonelli* mecum communicavit.

Synonyma:

Ichn. monostagon Gravenh. Pedemont. n. 12.

39. I. TRILINEATUS.

Orbitis oculorum internis, punctis ad alarum radicem, scutellique margine laterali, albis; stigmate fusco; femoribus tibiisque rufis. m. et f. (fem. annulo antennarum albo).

Statura et proportio partium fere *Ichn. subsericantis;* sed antennis brevioribus et crassioribus, abdomine apicem versus magis angustato, petiolo crassiore. Mares etiam *Ichneumoni ferreo* affines sunt.

Longitudo 5½, maris interdum fere 7 linearum. *Caput maris* palpis, macula mandibularum, orbitis oculorum internis latis, externis tenuissimis, nec non puncto ad orbitas oculorum super-

nas, albis; *feminae* tantum orbitis oculorum internis tenuibus et puncto ad orbitas supernas albis. *Antennae maris* articulo primo subtus albo, articulis sequentibus plerumque subtus ferrugineis aut fuscescentibus; *feminae* graciles, corpore dimidio vix paulo longiores, curvatae, articulis 10—16 albis. *Thorax* lineola parva seu puncto infra alas, feminae interdum obsoleta, alba; in mare insuper puncto ante alas, plerumque punctis duobus marginis superni colli, albis. *Scutellum* marginibus lateralibus, distinctius aut obsoletius albis. *Alae* subfumatohyalinae; stigmate radio radice et squamula nigris; areola subtriangulari. *Pedes* coxis et trochanteribus nigris, coxis anticis maris interdum macula alba; femoribus rufo-castaneis, posticis geniculo nigro, anticis vel anterioribus mari latere altero vel toto vel medio nigris; tibiis rufocastaneis, feminae externe fuscis, maris solis posticis externe fuscis; tarsis anterioribus rufescentibus, posticis fuscis, feminae omnibus fuscis. *Abdomen* feminae segmentis 1 et 2 nigris aut nigroferrugineis, subopacis, sequentibus nitidioribus subcoeruleonigris, ano acuto. *Aculeus* vix subexsertus.

Mares quidam capti sunt prope *Niesky, Sickershausen, Norimbergam;* feminae circa *Warmbrunn* et *Hirschberg.*

Varietates:

1. *Scutello puncto singulo albo in angulis apicalibus.* m. — *Longitudo* 5 lin. Caput, anten-

nae, thorax, alae et pedes sicut in mare genuino; tibiis tarsisque anticis inferne flavicantibus; femoribus omnibus superne nigris.

Semel captus prope *Gottingam.*

2. *Scutello toto nigro.* m. — *Longitudo* fere 7 linearum. Caput, antennae, thorax, alae et pedes sicut in mare genuino; abdomine paulo longiore.

Semel captus prope *Gottingam.*

Synonyma:

Feminae:

Ichn. trilineatus Gmel. ed. Linn. p. 2679, n. 228.

40. I. SCUTELLATOR. n.

Facie alba, macula nigra; lineis thoracis, scutelli margine laterali, maculaque coxarum anteriorum, eborinis; stigmate, femoribus, tibiisque rufis. m.
Antennarum annulo et scutelli margine laterali albis; stigmate, femoribus tibiisque rufis. f.

Statura et proportione partium mas cum *Ichn. fossorio*, femina cum *Ichn. subsericante*, melius congruit, femina attamen abdominis apice acuto.

Longitudo 5—6 linearum. *Caput maris* facie alba, macula nigra; puncto genarum mandibulisque albis, his apice ferrugineis, palpis dilutefuscis; *feminae* palpis fuscis, orbitis oculorum super-

nis ferrugineis aut flavicantibus tenuissimis. *Antennae maris* setaceae, inferne ferrugineae articulo primo eborino; *feminae* setaceae, articulis 3—9 subtus plerumque ferrugineis aut fuscis, 10—13 albis subtus ferrugineis, sequentibus fuscis aut ferrugineis. *Thorax maris* linea ante alas, interdum medio interrupta, puncto infra alas, colli margine superno, interdum etiam lineola transversali infra scutellum, eborinis; *feminae* plerumque totus niger, interdum puncto albo ante alas alteroque infra alas albis. *Scutellum* margine laterali albo. *Alae* hyalinae aut ochraceohyalinae, stigmate et radio rufis, hoc interdum fusco, radice straminea, squamula fusca rarius rufa; areola vel triangulari vel quinqueangulari. *Pedes* rufi aut crocei; coxis nigris, anterioribus mari inferne macula alba; trochanteribus nigris, anterioribus plerumque apice rufis; postici plerumque tarsis et tibiarum apice summo fuscis. *Abdomen* feminae interdum segmento secundo, vel etiam tertio, badio aut rufescente, aut maculis duabus hujus coloris, aut badiolimbato.

Marem unicum, *austriacum*, *Dahl* mecum communicavit. — Feminae captae sunt in *Austria* et in *Silesia*; ipse unam cepi die 20 Augusti in summo cacumine Sudetarum Silesiae (*Schneekoppe* nominato).

Varietates:

1. *Stigmate fusco.* — Feminas nonnullas, circa *Warmbrunn* captas, a *Mangero* accepi.

2. Facie tota alba; stigmate fusco.

Marem unicum, *hannoveranum*, a Reusmanno, sub nomine *Ichn. scutellatoris*, accepi.

Nota:

Ichn. trilineatus Gmel. quem ad speciem praecedentem adhibui, etiam ad hujus speciei feminam referri posset.

41. I. ALBICILLUS.

Facie, coxis anticis, lineis duabus ante scutellum, lineaque ante alas, albis; femoribus tibiisque rufis, posticis fuscescentibus.

Statura et proportio partium maris praecedentis.

Longitudo 5½ linearum. *Caput* ore, orbitis oculorum, facieque albis, hac attamen macula nigra. *Antennae* articulo primo subtus albo. *Thorax* linea ante alas, lineola infra alas, lineola obliqua ante singulum scutelli angulum basalem, lineolaque transversali infra scutellum, albis. *Scutellum* margine laterali albo. *Alae* hyalinae; stigmate radio et radice piceo-stramineis, squamula alba; areola subtriangulari. *Pedes* antici coxis albis, trochanteribus nigris, femoribus tibiisque dilute croceis inferne pallide-stramineis, tarsis exalbidis; medii coxis et trochanteribus nigris, femoribus castaneis subtus stramineis, tibiis rufis subtus pallidestramineis, tarsis pallidestramineis;

postici coxis et trochanteribus nigris, femoribus fuscis latere altero castaneis, tibiis tarsisque fuscis. *Abdomen* nigrocoeruleum, punctum; segmentis 2—6 dorso subdepressiusculo, margine summo rufo.

Individuum unicum, *pedemontanum*, a *Bonellio* accepi.

Synonyma:

Ichn. albicillus Gravenh. Pedemont., n. 13.

Nota:

Haec species etiam *Ichneumoni ferreo* affinis est, abdomine paulo graciliore diversa; quodammodo medium tenere videtur inter *ferreum* et *scutellatorem*.

42. I. QUADRIGUTTATUS. n.

Punctis duobus apicalibus scutelli, unoque ad radicem alarum, albis; femoribus tibiisque rufis; antennis subannulatis, f.

Statura et proportio partium omnino feminarum *Ichneumonis brunnicornis* et *fabricatoris*.

Longitudo 3 linearum. *Antennae* fuscoferrugineae, articulis 11 et 12 pallidioribus. *Thorax* lineola infra alas alba. *Scutellum* punctis duobus apicalibus albis. *Alae* subhyalinae, stigmate et radio fuscis, radice picea, squamula nigra, areola subtriangulari. *Pedes* rufi, coxis et tro-

chanteribus nigris; postici tarsis et summo tibiarum apice fuscis. *Abdomen* subsericeum.

Feminam unicam, prope *Warmbrunn* captam, *Mangero* debeo.

43. I. DIGRAMMUS.

> Orbitis oculorum internis et linea ante alas albis; femoribus tibiisque rufis, his apice nigris; stigmate fusco. m.

Statura et proportio partium *Ichneumonis fabricatoris.*

Longitudo 3 $\frac{1}{2}$ — 4 $\frac{1}{3}$ linearum. *Caput* palpis pallidis; orbitis ocnlorum internis et puncto laterali clypei albis. *Antennae* vel totae nigrae, vel subtus ferrugineae basi nigra. *Thorax* lineola ante alas punctoque infra alas albis. *Scutellum* apice albo. *Alae* subfumatohyalinae, apice obscuriores; stigmate, radio, radice et squamula fuscis aut piceis, squamula interdum puncto albo. *Pedes* rufi, coxis et trochanteribus nigris; postici tarsis tibiarumque apice, interdum etiam femorum geniculis, nigris. *Abdomen* nitidulum, punctum, segmentis 2—6 marginibus summis castaneis.

Individua quaedam in *Silesia, Franconia, Bavaria* et *Italia* capta, mecum communicata sunt.

Varietas:

1. *Femoribus latere altero fusconigro; tibiis posticis nigris, basin versus rufescentibus.*

Unicum marem, *austriacum*, *Dahlio* debeo.

Synonyma:

Ichn. digrammus Gravenh. Pedemont., n. 14.

44. I. PEDATORIUS.

Femoribus tibiisque rufis, harum posticis apicem versus nigris. m. et f. (mas facie flava, fem. antennis alboannulatis).

Longitudo maris 4, *feminae* 4—4½ linearum. *Caput maris* ore, orbitis oculorum externis, facieque, flavis; *feminae* orbitis oculorum internis albidis tenuissimis. *Antennae* setaceae, fere corporis longitudine, *maris* porrectae, articulo primo subtus flavo; *feminae* apice subcurvatae; articulis 10—16 rarius omnibus, plerumque 11—15 aut pluribus eorum, albis infra fuscis. *Thorax* gibbus, plerumque puncto albo infra alas. *Scutellum* puncto apicali albido aut flavo. *Alae* mediocres, hyalinae, irideae, rarius subfumatohyalinae; stigmate fusco aut ferrugineo aut piceo-stramineo, radio et radice fuscis, squamula maris albida aut flavicante feminae nigra; areola subtriangulari. *Pedes* mediocres aut subgraciles, rufi; coxis et trochanteribus nigris, mari coxis anticis, interdum coxis et trochanteribus anterioribus, rarius etiam coxis posticis, inferne puncto albo; postici tarsis et tibiarum dimidia parte nigris; medii tarsis subfuscescentibus. *Abdomen* capite thoraceque vix paulo longius pauloque angustius, feminae thoracis latitudine; segmentis 2—4 aequilatis; 2 ma-

ris interdum margine castaneo. *Aculeus* vix subexsertus.

Mares tres cepi circa *Gottingam* et in *Hercynia*, in frutetis. *Feminae* maribus frequentiores esse videntur; quasdam accepi e *Silesia*, *Volhynia*, *Italia*, *Gallia*, *Austria*, ubi Dahl eas in quercubus cepit; ipse quasdam cepi una cum mare et in umbellatis.

Synonyma:

Feminae: ?

Ichn. pedatorius Fabr. Ent. II, p. 133, n. 4. — Piez. p. 55, n. 6; habitat Kiliae.
„ Thunberg Ichn. 83.
„ Trentep. Revis. p. 20, n. 7 — in Iside 1826, p. 67.

Nota:

Ichn. pedatorius Panz. Fauna 71 tab. 12 feminae peraffinis est, sed tibiis anticis dilatatis differt. Fabricius in descriptione Ichn. pedatorii de tibiis anticis tacet; specimini autem, in Museo Fabriciano asservato, tibiae anticae haud dilatatae sunt (v. Trentep. l. c. in adnotatione). — Dubius attamen sum, an *Ichn. pedatorius* F. ad hanc nostram speciem adhibendus sit, qui longitudine est 6½ linearum (conf. Trentep.) nec vero alteram speciem scio, cui illum Fabricii pedatorium meliori jure jungere possem. — Trentepohl l. c. adfert, marem hujus speciei in omnibus ut femina esse,

antennis tantum plane nigris, abdomine graciliore; quem autem ego pro mare pedatorii habeo, a femina differt etiam facie tota flava.

45. I. OCHROPIS.

Annulo antennarum albo, femoribus tibiisque rufis; thorace rufo- aut albo-picto; m. f. (*mas* facie et scutello albidis; *fem.* facie et scutello rubro-pictis).

Descriptio maris:

Statura et proportione partium hic mas a cospeciebus praecedentibus distat, propiusque accedit ad mares quosdam generis *Cryptorum*, v. c. ad *Crypti cothurnati* marem.

Longitudo 5—5½ linearum. *Caput* ore et facie albis. *Antennae* articulo 1 subtus eborino, articulis 2—14 subtus dilute croceis aut rufis aut ferrugineis, 15—18 aut 16—19 totis albis. *Thorax* puncto infra alas, altero seu linea ante alas, interdum obsoletis, lineolaque transversali infra scutellum, albidis aut rufescentibus. *Scutellum* vel totum albidum, vel rufum centro flavo. *Alae* subfumatohyalinae, stigmate piceo-stramineo aut fusco, radio fusco, radice et squamula piceis aut rufoferrugineis; squamula interdum fusca; areola quinqueangulari pyramidata. *Pedes* rufi; coxis posterioribus supra plus minus nigris, interdum coxis omnibus et trochanterum basi nigris; tarsorum posticorum articulis 1 et 2 fuscis, sequentibus

vel fuscescentibus vel rufis; interdum pedum posticorum tarsis totis et latere externo tibiarum fuscis. *Abdomen* subtiliter punctum, segmentis 1—3 interdum summo margine castaneo.

Marem unum cepi vere prope *Scheidnich*, alterum mense Augusto prope *Cudovam* in umbellatis, tertium (linea alba ante alas) *Besser* e *Volhynia* misit; duos alios, circa *Netley* captos, *Hope* mecum communicavit, eosque punctis duobus albis ad radicem alarum deficientibus, stigmate squamula tarsis posticis et latere externo tibiarum posticarum fuscis, coxis trochanteribusque nigris, (abdomine toto nigro).

Descriptio feminae:

Femina a mare differt abdomine antennisque brevioribus, hisque apice magis curvatis.

Longitudo $3\frac{2}{3}$—5 linearum. *Caput* orbitis oculorum internis vel totis vel pro parte colore rubricoso, distinctiore aut obsoletiore, imbutis, interdum etiam parte orbitarum externarum et tuberculo faciali badiis aut rubricosis. *Antennae* dimidio corpore paulo longiores, apice incurvae; articulo 1 nigro, subtus interdum ferrugineo, 2—7 nigris aut fuscis, 9—13, interdum quoque 8 et 14, albis, sequentibus nigris. *Thorax* subgibbo-cylindricus; lineola seu punctis duobus infra scutellum, interdum etiam puncto seu linea ante alas margineque supero colli badio-rufis, rarius lineola ante alas alba. *Scutellum* vel totum, vel apice solo, badio-rufum. *Alae* subflavescenti- aut sub-

fuscescenti-hyalinae; stigmate stramineo, radio fuscescente, radice, rufa aut sordide-straminea, squamula fusca aut rufescente, areola subtriangulari. *Pedes* mediocres, rufi, aut stramineo-rufi; coxis et trochanteribus fuscis aut badio-rufis, coxis nonnunquam nigricantibus aut nigris. *Abdomen* capitis thoracisque longitudine et latitudine, oblongoovatum, segmentis 2—4 interdum subaequilatis; nigrum aut nigrobadium, marginibus segmentorum plerumque dilutioribus; plurimis individuis segmento 7 supra toto, 6 margine, membrana sordide-alba vestito. *Aculeus* exsertus brevissimus.

Quaedam individua cepi, mensibus Julii et Septembris, circa *Vratislaviam* et *Oedelem*, in frutetis; quaedam alia e *Hannovera*, *Austria*, *Volhynia*, *Fennia* et *Anglia* mecum communicatae sunt. Fennicum, apice abdominis haud membrana albida vestito, anglicum (circa *Netley* captum) lineola alba ante alas, a reliquis differunt.

Synonyma maris:

Ichn. ochropis Gmel. ed. Linn. p. 2679. n. 230.

Nota:

Quo minora individua feminae sunt, eo obscuriores sunt coxae; minimum, die 4 Julii prope *Oedelem* captum, coxis est totis nigris.

46. I. FABRICATOR.

Scutelli apice, facieque albis; antennis inferne, femoribus tibiisque, rufis. m.

Longitudo $3\frac{1}{4}$—6 linearum. *Caput*, ore, facie, plerumque parte orbitarum oculorum externarum, eborinis aut pallideflavis. *Antennae* setaceae; corpore breviores, rarius fere ejus longitudine, porrectae, fuscae; subtus articulo primo flavo, rarius rufo, sequentibus ferrugineis croceisve, ultimis plerumque totis fuscis. *Thorax* gibbulus, nonnullis puncto seu lineola infra alas, alteroque ante alas, rarissime etiam lineola transversa infra scutellum, pallideflavis. *Scutellum* margine apicali, punctisve duobus apicalibus, pallideflavis. *Alae* hyalinae aut subfumatohyalinae; stigmate radice et squamula vel fuscis vel piceostramineis vel rufis, radio fusco; areola quinqueangulari aut subtriangulari. *Pedes* mediocres, rufi aut rufocrocei, trochanteribus et coxis nigris, anterioribus rarissime subtus badiis; postici tarsis, plerumque etiam tibiarum apice et femorum geniculo, nigris aut nigricantibus. *Abdomen* vel capitis thoracisque longitudine, vel paulo longius, thorace paulo angustius; segmento primo lineis duabus elevatis plus minus distinctis; secundo interdum basi aciculato et punctis duobus rufis obsoletis, saepius etiam margine summo castaneo.

Hanc speciem quotannis frequentissime legi, vere et aestate, circa *Gottingam* et in *Silesia*,

pluribus locis, in frutetis, rarissime in umbellatis seu in gramine. Sine dubio haec species etiam in aliis Germaniae regionibus haud raro occurrit; miror autem quod nusquam alibi e Germania, nec ex aliis terris, praeter *Volhyniam*, unde *Besser* unum individuum misit, et *Angliam*, unde *Hope* pluria individua, circa *Netley* capta, misit, individua genuina hujus speciei acceperim.

Varietates:

1. *Facie nigromaculata.* — *Facies* flava, macula aut puncto, vel punctis duobus, nigris. *Thorax* puncto infra alas, alteroque seu linea ante alas, albis. *Tibiae* posticae rarius fere totae nigrae. Caetera sicut in specie genuina.

Plurima individua capta sunt cum specie genuina iisdem locis, quaedam etiam alibi, omnia autem in *Silesia*, exceptis tribus, quae *Sturm* in *Bavaria* cepit. In museo *Comitis de Hoffmannsegg* eandem quoque varietatem vidi.

2. *Facie flava medio nigra; antennis subtus fuscis, articulo primo ultimisque totis nigris.* — *Thorax* puncto ante alas, alteroque infra alas, albis. Caetera sicut in specie genuina.

Duo individua cum specie genuina iisdem locis cepi.

3. *Antennis nigris, articulo primo infra eborino.* — *Thorax* puncto pallideflavo ante alas. *Alae* stigmate et radio fuscis, radice et squamula

pallideflavis. *Pedes* anteriores rufi, coxis et trochanteribus nigris, subtus albis; postici nigri, femoribus rufis apice nigro, tibiis ante basin rufis. Caetera sicut in specie genuina.

Individuum unicum cepi initio Septembris in loco altiore prope *Warmbrunn*, in Vaccinio myrtillo.

4. *Facie nigra, orbitis oculorum internis albis* — interdum etiam punctis duobus pallideflavis infra antennas. *Clypeus* flavus seu ochraceus, medio niger. *Antennae* subtus ferrugineae, articulo primo interdum toto nigro. *Thorax* punctulo ante alas, plerumque altero infra alas, eborinis. *Scutellum* punctis duobus apicalibus, interdum obsoletis, flavescentibus. Caetera sicut in specie genuina.

Quaedam individua cepi in *Hercynia* et in *Silesia* in frutetis, vere et aestate.

5. *Facie nigra, orbitis oculorum internis flavis; antennis nigris.* — *Caput* clypeo flavo medio nigro; orbitis oculorum internis, interdum etiam parte externarum et punctis duobus infra antennas, pallideflavis. *Antennae* interdum infra fuscoferrugineae. *Thorax* et *scutellum* vel sicut in varietate praecedente vel punctis duobus ad radicem alarum deficientibus, sed puncto albido infra scutellum. Caetera cum specie genuina congruunt.

Tria individua cepi prope *Scheidnich* et *Cudovam*, mense Junio et Augusto, in gramine et in

fruticetis; quartum, e collectione *Roentgenii*, prope *Niesky* captum est.

6b. *Scutello toto nigro.* — *Longitudo* fere 4 linearum. *Alae* stigmate et radio fuscis, radice flavo-straminea, squamula nigra. — Caetera ut in specie genuina.

Unicum individuum, circa *Netley* captum, *Hope* ad me misit.

6. *Scutello antennisque totis nigris; facie nigra, orbitis oculorum internis pallideflavis.* — *Caput* interdum punctis duobus pallideflavis infra antennas; clypeo vel toto nigro, vel lateribus pallideflavis. *Thorax* interdum puncto parvo albido ante alas. Caetera sicut in specie genuina.

Tria cepi individua prope *Warmbrunn* et *Scheidnich*, in gramine et fruticetis, mense Junio et Augusto.

7. *Scutello nigro; facie nigra, orbitis oculorum internis pallideflavis* — interdum etiam punctis duobus pallideflavis infra antennas. Harum articulo primo vel toto nigro vel subtus flavo aut ferrugineo, articulis sequentibus ferrugineis aut fusco-ferrugineis, ultimis totis nigris. *Thorax* punctis duobus ad alarum radicem, uno alterove interdum obsoleto, albis. Caetera sicut in specie genuina.

Copiam individuorum legi in pluribus *Silesiae* locis, in frutetis, rarius in gramine; quaedam una cum specie genuina aut cum aliis varietatibus.

8. *Scutello toto nigro; facie flava, macula nigra.* — Caetera sicut in varietate praecedente.

Tria individua cepi circa *Scheidnich*, cum quibusdam varietatibus aliis, in frutetis et gramine, mensibus Majo et Junio.

9. *Scutello toto nigro.* — *Caput* et *antennae* sicut in specie genuina. *Thorax* totus niger. *Alae* et *pedes* sicut in specie genuina.

Individua quaedam cepi circa *Vratislaviam*; quaedam *Nees ab Esenbeck* e *Sickershausen*, unum *Besser* e *Volhynia*, mecum communicaverunt. Alterum individuum Neesei a reliquis differt antennis petiolo alisque longioribus, tuberculis lateralibus segmenti primi acutioribus, areola quinqueangulari magis regulari.

Synonyma:

Ichn. fabricator Fabr. Ent. II, p. 166, n. 138. — Piez. p. 68, n. 80.

„ Trentep. Revis., n. 14 — in Iside 1826, p. 72, n. 14.

Ichn. versicolor Gmel. ed. Linn. p. 2700, n. 278.

Ichn. leucostoma „ „ p. 2702, n. 298.

Ichn. quadricolor „ „ „ „ n. 301.

Nota:

Species genuina et ejus varietates a quibusdam speciebus affinibus, v. c. a maribus *Ichneumonis trilineati, scutellatoris, subsericantis, castigatoris, bilineati, rubelli,* abdomine longiore, magis cylin-

drico, a plurimis etiam nitore subsericeo abdominis, differunt, ab *Ichn. clerico* femoribus posticis crassioribus totis rufis. Inter se autem omnes hae varietates, antennis abdomineque mox paulo longioribus mox paulo brevioribus, nec non pictura et colore antennarum capitis thoracis et scutelli, sensim una in alteram transeunt, nec limitibus stabilibus sejungi queunt.

Non dubito, me, tanta marium copia collecta, feminas quoque cepisse, suspicor autem, feminas a maribus pictura aliisve characteribus externis adeo differre ut eas nondum eruere potuerim. Forsan vero etiam Ichn. fabricator ipse nil nisi varietates marium speciei cujuspiam alius exhibet.

47. I. DISSIMILIS. n.

Antennarum annulo albo; femoribus tibiisque rufis, posticis apice nigris. m. f. (mas facie et scutelli apice albis; femina orbitis oculorum internis et scutelli apice rufescentibus).

Statura et proportione partium *mas* congruit cum maribus gracilioribus speciei praecedentis, *femina* cum *Ichneumonis stimulatoris* femina.

Longitudo 3—3½ linearum. *Caput maris* ore et facie albis, *feminae* orbitis oculorum internis rufis aut exalbidis. *Antennae maris* porrectae, articulo primo subtus rufescente, articulis 13—17 albis subtus cum stramineo mixtis, sequentibus subtus ferrugineis; *feminae* curvatae, articulis 10—12—13 albis. *Thorax maris* lineola alba ob-

soleta ad radicem alarum. *Scutellum maris* apice albo, *feminae* apice rufo. *Alae maris* fumatohyalinae, stigmate et radio piceis, radice straminea, squamula fusca; *feminae* subfumatohyalinae, stigmate et radice stramineis, radio fusco aut ferrugineo, squamula piceostraminea aut fusca. *Pedes* rufi, coxis et trochanteribus nigris; postici etiam apicibus femorum tibiarum et articulorum tarsorum nigris. *Abdomen* segmento secundo summo margine castaneo; feminae rarius omnia segmenta margine castanea sunt. *Aculeus* brevissimus exsertus.

Marem unicum cepi, die 8 Augusti prope *Cudovam*, in fruteto. *Feminas* quasdam, circa *Warmbrunn* captas, *Manger* mecum communicavit.

Varietas:

1. Feminam *scutello toto nigro*, *Manger* prope *Warmbrunn* cepit.

Nota:

Marem quidem cum feminis conjunxi; quaeritur attamen num ad unam eandemque speciem referri possint.

48. I. MARGINELLUS. n.

Pedibus rufis; coxis anterioribus, orbitis oculorum internis, antennarum articulo primo subtus, punctisque ad alarum radicem, albis. m.

Statura et proportio partium *Ichneumonis fabricatoris*, sed abdomine angustiore, magis lineari, petiolo tenuiore.

Longitudo 3 linearum. *Caput* palpis et mandibulis ferrugineis; orbitis oculorum internis, punctis duobus clypei, duobus aliis infra antennas, albidis. *Antennae* articulo primo subtus albo. *Thorax* punctis duobus ad radicem alarum albis. *Scutellum* album puncto nigro. *Alae* subhyalinae, irideae, stigmate et radio fuscis, radice et squamula flavis, areola subquinqueangulari. *Pedes* rufi; coxis anterioribus subtus flavo-albis, posticis subtus nigris; tarsis posticis fuscis. *Abdomen* nitidum, subtilissime punctum; segmento primo laevissimo, nitidissimo, duplo latiore quam petiolus; segmentis omnibus margine summo rufescentibus.

Individuum unicum, idque *austriacum*, *Dahlio* debeo.

49. I. CANDIDATUS. n.

Pedibus rufis; coxis, trochanteribus, facie, punctisque ad alarum radicem, albis. m.

Ab *Ichneumone marginello* haec species, praeter picturam, etiam segmento primo ejusque petiolo brevioribus, nec non areola quinqueangulari etc. differt.

Longitudo 3 linearum. *Caput* ore et facie albis. *Antennae* porrectae, corpore dimidio longiores, subtus articulo primo albido, articulis sequentibus fuscoferrugineis. *Thorax* gibbulocylindricus, punctis duobus ad alarum radicem albis. *Scutellum* apice albo. *Alae* hyalinae; stigmate et radio fuscis, radice et squamula albis, areola quinqueangulari. *Pedes* anteriores dilute crocei, coxis trochanteribusque albis; postici rufi, coxis fuscis apice albo, trochanteribus albis, femorum geniculo et tibiarum apice summo tarsisque fuscis. *Abdomen* capite thoraceque aliquanto longius et angustius; segmento primo nitido, segmentis sequentibus subsericeis, 2—5 latitudine aequali.

Individuum unicum *Richtero* prorepsit, die 10 Junii, e pupa phalaenae cujusdam.

50. I. IRIDIPENNIS. n.

Femoribus tibiisque rufis; linea alba ante alas. m. f. (mas facie et antennarum articulo primo subtus albis; fem. orbitis oculorum internis et antennarum annulo albis).

Statura et proportio partium *Ichn. pedatorii.* *Longitudo maris* 2¾—3, *feminae* 3—3½ linearum. *Caput maris* facie, ore, orbitis oculorum frontalibus, interdum etiam genis et orbitis oculorum externis, flavis aut albis, mandibularum apice fusco, saepe etiam puncto parvo nigro impresso laterali clypei; *feminae* orbitis oculorum tenuibus, juxta antennas, interdum etiam parte externorum, flavicantibus aut albidis. *Antennae maris* porrectae, articulo primo infra albo aut flavo; *feminae* porrectae, articulis 12 et 13, vel 11—14, albis subtus nigris. *Thorax* puncto seu linea ante alas, puncto infra alas, interdum etiam lineola transversa infra scutellum, pallideflavis. *Scutellum* pallideflavum. *Alae* subfumatohyalinae, maris hyalinae, irideae, stigmate et radio piceofuscis aut substramineis; radice et squamula *maris* albis aut alboflavis, *feminae* radice picea aut straminea, squamula fusca interdum puncto albo; areola triangulari aut subquinquangulari. *Pedes* rufi, *feminae* coxis et trochanteribus, nec non posticorum tarsis et tibiarum apice, nigris; *maris* coxis et trochanteribus anticis, interdum etiam mediis, subtus albidis supra nigris, postici

coxis et trochanteribus nigris, femoribus tibiisque rarius totis rufis, seu tibiarum apice summo fuscescente, plerumque geniculis nigris, tarsis et tibiarum apice usque ad medium nigricantibus. *Abdomen maris* interdum segmenti secundi margine summo et puncto in angulis baseos castaneis.

Quidam mares et feminae in *Silesia* capti sunt; marem etiam e *Lusatia* accepi; feminam cepit *Nees ab Esenbeck* prope *Sickershausen*. *Richter* mecum communicavit tres feminas unumque marem, quae metamorphosin subierant in pupis *Geometrae chenopodiatae*. Duae harum feminarum, die secundo Martii prorepentes, differebant a tertia, die quinto Martii prorepente, linea alba longa ante alas, cujus in illa tertia nil nisi vestigium punctiforme supererat. Mas nascebatur, die secundo Martii, cum femina ex una eademque Chenopodiatae pupa.

Varietas maris:

1. *Linea longitudinali faciei nigra; tibiis posticis fere totis nigris.* — *Statura* maris genuini, sed abdomine femoribusque paululum crassioribus. *Caput* linea longitudinali faciei et puncto clypei nigris; orbitarum externarum tenuium parte alba. *Alae* radice et squamula nigrofuscis, hac puncto albo. *Pedes* anteriores rufi, coxis et trochanteribus nigris subtus puncto albo; postici nigri, femoribus rufis apice nigro, tibiis ante basin badiis.

Unicum individuum a *Steven* e *Tauria* misit.

51. I. PALLIDATORIUS. n.

Facie alba; pedibus anterioribus stramineis, femoribus externe obscuris; posticis nigris, tibiarum basi alba. m.

Statura et proportio partium *Ichneumonis fabricatoris*, sed petiolo tenuiore; affinis est *Ichneumoni pratensi.*

Longitudo 3—5 linearum. *Caput* facie oreque, plerumque etiam orbitis oculorum externis et supernis, eburneis. *Antennae* subtus sordidestramineae aut fuscoferrugineae, articulo primo plerumque albido. *Thorax* plerumque lineola infra scutellum, lineola seu puncto ante alas alteroque infra alas, interdum etiam colli marginibus et maculis duabus pectoralibus, albis. *Scutellum* vel totum, vel tantum apice, album. *Alae* hyalinae aut subfumatohyalinae, irideae; stigmate et radio piceis aut fuscis, radice et squamula albidis aut flavicantibus, hac interdum puncto fusco; areola subtriangulari. *Pedes* anteriores straminei, coxis et trochanteribus albidis, rarius basi fuscis, femoribus latere convexo fuscis rarius nigris, tibiis interdum externe fuscis interne albidis, tarsis interdum exalbidis articulo primo fusco; postici nigri aut nigrofusci, plerumque femorum basi, interdum etiam coxarum et trochanterum apice, stramineis aut albidis, tibiarum basi straminea aut albida, tarsis medio plerumque albidis. *Abdomen* nigrum aut fuscum, subsericeum; segmento 2 summo mar-

gine, interdum etiam puncto anguli baseos, castaneo; nonnunquam segmento primo, rarius segmentis omnibus, margine summo castaneo.

Individua quaedam accepi e *Silesia*, *Hannovera*, *Bavaria*, *Volhynia*; unum vidi in collectione *Comitis de Hoffmannsegg* sub nomine indicato.

52. I. RESTAURATOR.

Punctis duobus apicalibus scutelli, duobusque ante scutellum, albis. m.

Haec species antennis brevioribus et crassioribus, abdomine versus apicem magis angustato, petiolo crassiore, ab *Ichn. subsericante* differt.

Longitudo 6 — fere 8 linearum. *Caput* rarius solo vestigio obsoleto orbitarum internarum flavo-albidarum; plerumque palpis et mandibulis albidis, his apice nigris, puncto laterali clypei, orbitis oculorum internis et externis, interdum etiam punctis duobus infra antennas, albis. *Antennae* corpore dimidio paulo longiores, interdum articulo primo subtus puncto albo. *Thorax* puncto seu lineola ante alas, alteroque infra alas, lineola obliqua ante singulum scutelli angulum basalem, plerumque lineola transversali infra scutellum, albis. *Scutellum* punctis duobus apicalibus albis. *Alae* subfumatohyalinae; stigmate, radio radice et squamula fuscis, areola quinqueangulari. *Pedes* femoribus anticis vel anterioribus latere altero vel

toto vel solo apice sordide stramineis aut ferrugineis; tibiis anticis subtus ferrugineis, vel tibiis anterioribus rufis aut fuscoferrugineis, anticis, interdum etiam mediis, interne stramineopiceis; tarsis anterioribus plerumque fuscoferrugineis. *Abdomen* subopacum, nigrum aut nigroviolaceum; interdum fusconigrum, segmentorum summis marginibus castaneis.

Individuum unum *Fehler* prope *Gottingam* cepit; alterum, *pedemontanum*, *Bonelli* mecum communicavit; tertium in museo *Comitis de Hoffmannsegg* vidi; quartum est *femineum*.

Synonyma:

Ichn. restaurator Gravenh. Ped. n. 15.

Nota:

In museo *Comitis de Hoffmannsegg* hanc speciem sub nomine *Ichn. restauratoris* Fabr. reperi, sed abdomen pedesque picei, quos Fabricius suo Ichneumoni dedit, ad nostram speciem haud quadrant, sed potius ad nostrum *serenum* n. 199. Caeterum autem cave ne hanc speciem confundas cum *Ichn. restauratore* Fabr. Ent. II, p. 151, n. 76, quem auctor postea, in Syst. Piez. pag. 83, n. 48, ad *Cryptos* redegit, cuique *Ichneum. restaurator* Villers, Gmel., Christ, Olivier, Rossi, Thunberg, consociandus est.

63. I. UMBRACULOSUS, n.

Scutelli margine laterali, orbitisque oculorum internis, albis: maris (fem. antennarum annulo albo; punctis albis ad radicem alarum).

Statura et proportio partium *maris* sicut in specie praecedente, *feminae* sicut in femina *Ichn. subsericantis*.

Longitudo 5½—6½ linearum. *Caput* orbitis oculorum internis, feminae interdum obsoletis, in mare etiam orbitis externis et puncto orbitarum occipitalium, nec non macula mandibularum, albis. *Antennae maris* interdum articulo primo subtus albo; *feminae* articulis 10—15 aut 11—16 albis. *Thorax* maris lineola seu puncto ante alas, alteroque infra alas, albis; feminae rarissime lineola infra alas alba. *Scutellum* margine laterali distinctione aut obsoletiore albo. *Alae* fumatohyalinae; radio, stigmate, radice et squamula fuscis, radice interdum picea; areola triangulari, rarius subquinqueangulari. *Pedes* antici femoribus maris subtus stramineis aut subferrugineis, feminae solo apice subtus ferrugineo, tibiis fuscis aut nigris subtus in mare stramineis in femina ferrugineis; medii feminarum tibiis subtus fuscis, marium vel sicut antici vel femoribus fere totis nigris; postici interdum in mare tibiis basin versus fuscoferrugineis. *Abdomen maris* subcoeruleonigrum, interdum incisuris obsoletecastaneis; feminae nigrum, rarius subcoerulescens. *Aculeus* vix subexsertus.

Marem unum *Munger* prope *Warmbrunn*; alterum *Spangenberg* prope *Gottingam*; feminam *Roentgen* prope *Niesky*, ceperunt; tres feminas, circa *Netley* lectas, *Hope* mecum communicavit.

84. I. LUCTUOSUS.

Scutelli apice, orbitisque oculorum internis, albis. m.

Statura et proportio partium praecedentis, sed areola quinqueangulari.

Longitudo 6—7 linearum. *Caput* palpis et orbitis internis oculorum albis. *Antennae* corpore breviores vel tantum corpore dimidio paulo longiores. *Thorax* vel totus niger, vel puncto albo infra alas, vel insuper altero ante alas; metathorace impresso. *Scutellum* vel fere totum vel solo apice album, vel tantum punctis duobus apicalibus albis. *Alae* fumato-hyalinae; stigmate et radice fuscis aut piceis, radio et squamula fuscis; areola quinqueangulari. *Pedes* anteriores femorum tibiarumque latere altero stramineo. *Abdomen* fuscum aut nigrum, incisuris distinctius aut obsoletius castaneis.

Quaedam individua *pedemontana* *Bonelli* mecum communicavit.

Varietas:

1. *Punctis duobus faciei albis; metathorace convexiusculo.* — *Longitudo* fere 7 linearum.

Caput palpis, macula mandibularum, orbitis oculorum internis latis, punctisque duobus infra antennas, albis. *Thorax* punctis duobus albis minutis ad radicem alarum, metathorace convexo. *Scutellum* punctis duobus apicalibus stramineis minutissimis. *Alae* stigmate radio radice et squamula nigris. *Pedes* antici femoribus tibiisque subtus stramineis, his pallidioribus; medii femorum apice summo subtus stramineo, tibiis subtus ante basin ferrugineo-stramineis. *Abdomen* nigrum.

Individuum unicum *hannoveranum Hausmanno* debeo.

Synonyma.

Ichn. luctuosus Gravenh. Pedemont. n. 16.

55. I. GEMELLUS. n.

Punctis duobus apicalibus scutelli, duobus ad radicem alarum, orbitis oculorum, et antennarum articulo primo subtus, albis. m.

Statura minore et graciliore a specie praecedente differt.

Longitudo 5—fere 6 linearum. *Caput* palpis, macula mandibularum, orbitis oculorum internis et externis, albis. *Antennae* subtus articulo primo albo, articulis sequentibus rufis aut fuscoferrugineis. *Thorax* puncto uno ante alas, altero infra alas, albis; metathorace impresso. *Scutellum* punctis duobus apicalibus albis minutis. *Alae* fu-

Marem unum *Munger* prope *Warmbrunn*, alterum *Spangenberg* prope *Gottingam*, feminam *Roentgen* prope *Niesky*, ceperunt; tres feminas, circa *Netley* lectas, *Hope* mecum communicavit.

84. I. LUCTUOSUS.

Scutelli apice, orbitisque oculorum internis, albis. m.

Statura et proportio partium praecedentis, sed areola quinqueangulari.

Longitudo 6—7 linearum. *Caput* palpis et orbitis internis oculorum albis. *Antennae* corpore breviores vel tantum corpore dimidio paulo longiores. *Thorax* vel totus niger, vel puncto albo infra alas, vel insuper altero ante alas; metathorace impresso. *Scutellum* vel fere totum vel solo apice album, vel tantum punctis duobus apicalibus albis. *Alae* fumato-hyalinae; stigmate et radice fuscis aut piceis, radio et squamula fuscis; areola quinqueangulari. *Pedes* anteriores femorum tibiarumque latere altero stramineo. *Abdomen* fuscum aut nigrum, incisuris distinctius aut obsoletius castaneis.

Quaedam individua *pedemontana Bonelli* mecum communicavit.

Varietas:

1. *Punctis duobus faciei albis; metathorace convexiusculo.* — *Longitudo* fere 7 linearum.

Caput palpis, macula mandibularum, orbitis oculorum internis latis, punctisque duobus infra antennas, albis. *Thorax* punctis duobus albis minutis ad radicem alarum; metathorace convexo. *Scutellum* punctis duobus apicalibus stramineis minutissimis. *Alae* stigmate radio radice et squamula nigris. *Pedes* antici femoribus tibiisque subtus stramineis, his pallidioribus; medii femorum apice summo subtus stramineo, tibiis subtus ante basin ferrugineo-stramineis. *Abdomen* nigrum.

Individuum unicum *hannoveranum Hausmanno* debeo.

Synonyma.

Ichn. *luctuosus* Gravenh. Pedemont. n. 16.

55. I. GEMELLUS. n.

Punctis duobus apicalibus scutelli, duobus ad radicem alarum, orbitis oculorum, et antennarum articulo primo subtus, albis. m.

Statura minore et graciliore a specie praecedente differt.

Longitudo 5 — fere 6 linearum. *Caput* palpis, macula mandibularum, orbitis oculorum internis et externis, albis. *Antennae* subtus articulo primo albo, articulis sequentibus rufis aut fuscoferrugineis. *Thorax* puncto uno ante alas, altero infra alas, albis; metathorace impresso. *Scutellum* punctis duobus apicalibus albis minutis. *Alae* fu-

mato-hyalinae, stigmate radio et squamula fuscis, radice picea; areola triangulari. *Pedes* nigri, anteriores vel tarsis tibiis et femoribus latere altero rufis, vel tantum apice femorum anticorum et latere altero tibiarum anticarum; tibiis mediis fuscescentibus; postici interdum tibiis basin versus ferrugineis. *Abdomen* incisuris 2 et 3, vel etiam 4, rufescentibus.

Unum individuum cepi die 8 Augusti prope *Warmbrunn;* alterum, *genuense, a Spinola* mecum communicavit; tertium, idque antennis pedibusque anterioribus subtus rufis, *Manger* in *Sudetis Silesiae* cepit.

55b. I. LACTEATOR. n.

Punctis duobus apicalibus scutelli, duobus ad radicem alarum, facie et latere infero pedum anteriorum albidis. m.

A speciebus quibusdam affinibus haec differt parte antica segmenti primi angustiore sensimque in petiolum coarctata.

Longitudo 7 linearum. *Caput* facie oreque eborinis; oculorum orbitis occipitalibus testaceis obsoletis. *Antennae* porrectae, subsetaceae, articulo 1 subtus albo, (articulis ultimis deficientibus). *Thorax* gibbulus, subgriseo-sericeus, punctis duobus eborinis ad radicem alarum. *Scutellum* punctis duobus apicalibus testaceis obsoletis. *Alae* fumato-hyalinae, stigmate ferrugineo, radii radice

et squamula nigris, areola quinqueangulari. *Pedes* mediocres nigri; anteriores latere infero tarsorum tibiarum et femorum albidotestaceo. *Abdomen* thorace duplo longius, paululumque angustius, subdepressiusculum, nigrum, subnitidum, apicem versus sensim nitidius; segmento 1 apicem versus sensim dilatato, crassius puncto, lineis duabus elevatis obsoletis; sequentibus confertissime et subtiliter punctis; 2 et 3 margine summo ferrugineo.

Individuum unicum *fennicum* Sahlberg transmisit.

56. I. DUMETICOLA. n.

Sericeus; orbitis oculorum internis, punctis duobus ad alarum radicem albis; tibiis anterioribus inferne flavis. m.

Haec species a maribus *Ichn. umbraculosi* et *luctuosi* imprimis abdomine breviore, magis sericeo, subtilius puncto, differt.

Longitudo 4 — fere 5 linearum. *Caput* palpis, macula mandibularum, clypei lateribus, orbitis oculorum internis, eborinis. *Antennae* subtus obscuroferrugineae, articulo primo toto nigro. *Thorax* puncto parvo ante alas, alteroque infra alas, albis. *Scutellum* vel fere totum, vel solo apice, albidum. *Alae* fumatohyalinae, stigmate et radio fuscis; radice et squamula vel fuscis macula alba, vel totis albis; areola triangulari. *Pedes*

anteriores latere altero tarsorum et tibiarum eborino, tibiis basi tota albida; femoribus anticis interne stramineis, mediis tantum apicem versus stramineis; spinis apicalibus tibiarum omnium eborinis. *Abdomen* ovato-lanceolatum, capite thoraceque paulo longius et paulo angustius, interdum thoracis latitudine, griseo-sericeum, subtiliter punctum; segmentis 2 et 3 margine summo stramineo aut obsoleteferrugineo.

Unum individuum cepi initio Junii in fruteto prope *Scheidnich*, alterum, *Trajecti ad Moenum* captum, *de Heyden* mecum communicavit.

57. I. DOLOROSUS. n.

Orbitis oculorum lineaque ante alas flavis, annulo antennarum albo, pedibus anterioribus piceis. f.

Statura et proportio partium feminae *Ichn. pedatorii* et varietatis *Ichn. tenuicornis*.

Longitudo paululum ultra 4 lineas. *Caput* palpis et mandibularum puncto stramineis; puncto laterali clypei, orbitis oculorum internis, nec non parte externarum, flavis. *Antennae* articulis 10—13 albis, subtus puncto fusco, 1 subtus stramineo. *Thorax* colli margine, linea ante alas, lineola infra alas, alteraque subobsoleta infra scutellum, flavis. *Scutellum* flavum. *Alae* hyalinae, stigmate et radio nigris, radice et squamula flavicantibus, hac basi nigra. *Pedes* antici femoribus

piceofuscis, subtus sordidestramineis, tibiis stramineo-piceis subtus pallidioribus, tarsis sordidestramineis; medii femoribus nigrofuscis apice stramineo, tibiis fuscis subtus stramineis, tarsis fuscis. *Abdomen* segmentis 2, 6 et 7 margine summo substramineo.

Individuum unicum *de Heyden* prope *Meiningen* cepit.

58. I. FUNEREUS.

Annulo antennarum albo. m. f.

Feminae majores, differunt a quibusdam *Ichneumonis melanogastri* individuis thorace toto nigro, praesertim abdomine toto angustiore, apice obtuso. *Mas* abdomine longiore, apice acutiore, a femina differt.

Longitudo maris 6½ linearum, *feminae* 5—6 linearum. *Mandibulae* interdum castaneae. *Antennae* articulis 9—13—16 albis, subtus puncto ferrugineo aut fusco. *Alae* subfumatohyalinae aut subflavescentihyalinae, stigmate stramineo aut ferrugineo aut fusco, radio radice et squamula fuscis aut nigris; areola quinqueangulari. *Pedes maris* antici tibiis inferne stramineis, tarsis et femorum apice ferrugineis; medii tarsis ferrugineis; postici puncto pallidiore obsoletissimo tibiarum; *feminae* colore variant: 1) antici femorum tibiarum et tarsorum latere inferno ferrugineo aut piceoferrugi-

neo; medii tibiis tarsisque inferne fuscis; postici tibiis subtus a medio ad basin ferrugineis aut nigro-fuscis; 2) anteriores apice femorum, nec non latere inferno tibiarum et tarsorum, ferrugineis, postici interdum tarsis fuscis; 3) antici femorum apice ferrugineo, tibiis interne stramineis; medii interdum femorum apice ferrugineo. Omnium varietatum tibiae posticae autem interne ante basin puncto albo obsoleto notatae sunt. *Abdomen* feminae capite thoraceque paulo longius, at vix paulo angustius, apice obtusum, nitidum, segmento 2, vel etiam 3, subopaco.

Individuum unicum maris *Germar* mecum communicavit. *Feminas* quasdam cepi mense Junio circa *Vratislaviam* in frutetis, unam mense Septembri in horto prope *Gottingam* in dauco; quasdam e *Hannovera* et *Norimberga* accepi.

Synonyma:

Ichn. funereus Fourcroy p. 406, n. 40.
„ Villers p. 141, n. 21.
Ichn. Geoffroy p. 338, n. 40.
Ichn. funerarius Olivier p. 169, n. 28.
„ Walckenaer p. 53, n. 20.
Ichn. molitorius Fabr. Ent. II, p. 133, n. 3. — Piez. p. 55, n. 5 varietas abdomine pedibusque totis atris.
„ Schrank Boic. n. 2072, var. c. et f.
Ichn. comitator Razoumowsky pag. 215, §. 246, var. 2.

Nota.

De reliquis varietatibus *Ichneumonis molitorii* Fabricii et Schrankii conferas Synonyma mixta ad nostrum *Ichn. molitorium.* De *Ichneumone comitatore* Razoumbwskyi vide synonyma et notam ad nostrum *Ichneumonem comitatorem.*

69. I. PERSONATUS. m.

Antennarum annulo, facie et punctis duobus ad alarum radicem, albis. m.

Longitudo 5¾ linearum. *Caput* palpis fusco-ferrugineis, facie, labro et mandibularum basi albis. *Antennae* porrectae, dimidio corpore longiores, articulis 14—18 albis. *Thorax* gibbulus; puncto ante alas, lineola infra alas, alteraque infra scutellum, albis. *Scutellum* album. *Alae* mediocres, fumatohyalinae; stigmate radio et radice fuscis, squamula nigra; areola subtriangulari. *Pedes* mediocres; antici tibiis tarsisque fuscis inferne ferrugineis, femoribus subtus apice ferrugineis; medii tibiis subtus et basi fuscis; postici tibiis subtus basi fuscia. *Abdomen* thorace duplo fere longius et paulo angustius.

Semel captus die 24 Augusti prope *Barterodam.*

Varietas:

1. *Scutello nigro apice albo.* — *Longitudo* 5¼ linearum. *Caput* facie ore et orbitis oculorum

genalibus et frontalibus albis. *Antennae* articulo 1 infra albo, 16 et 20 puncto albo, 17—19 albis infra croceis. *Thorax* lineola infra alas, linea suturali ante alas, punctisque duobus in margine supero colli, albis. *Alae* fumatohyalinae, stigmate et radio nigrofuscis, radice et squamula piceis, hac macula magna alba, areola triangulari. *Pedes* anteriores coxis et trochanteribus nigris, subtus macula alba, femoribus stramineofulvis, latere convexo anticorum obscurorufo, mediorum nigro, tibiis tarsisque testaceofulvis subtus pallidioribus; postici fusconigri, summa tibiarum basi rufa.

Marem unicum hujus varietatis *Sahlberg* e *Fennia* transmisit.

60. I. LEUCOCERUS.

Antennarum annulo, orbitis oculorum internis, punctisque ad radicem alarum, albis; abdomine coerulescente. m. f.

Statura et proportio partium feminae sicut in femina *Ichn. lugentis*; mas autem gracilior est.

Longitudo 6—7½ linearum. *Caput feminae* orbitis oculorum frontalibus tenuissimis albidis; *maris* orbitis oculorum faciei et puncto laterali clypei albis. *Antennae feminae* corporis dimidii longitudine, apice involutae, articulis 10—16 aut 11—16 supra et lateribus albis; *maris* porrectae, setaceae, articulis 11—13 supra et late-

ribus albis. *Thorax* colli margine superno, puncto ante alas punctoque infra alas, albis. *Scutellum* album, feminae nigromarginatum. *Alae* fumato-hyalinae; stigmate rufo, feminae interdum fusco; radio et radice fuscis, squamula nigra; areola quinqueangulari aut subtriangulari. *Pedes* femoribus anterioribus subtus macula apicali straminea aut rufa aut ferruginea; tibiis anticis inferne pallide stramineis, mediis vel totis fuscis vel inferne ferrugineis. *Abdomen maris* capite thoraceque duplo longius paululumque angustius, *feminae* thorace longius et paulo angustius; oblongoovatum; nigrocoeruleum, opacum, apice nitidum.

Marem unicum, *pedemontanum*, cepit *Bonelli* ad murum horti in colle. *Feminam* quoque *Bonelli* mecum communicavit; quaedam aliae captae sunt in *Silesia;* unam cepi in horto *Barterodae,* mense Junio, inter fruticeta volitantem.

Synonyma:

Ichn. leucocerus Gravenh. Pedemont. n. 17.

61. I. MELANOGASTER.

Annulo antennarum albo; marginibus summis segmentorum rufis. f.

Statura et proportio partium *Ichneumonis protei;* abdomine attamen paulo breviore.

Longitudo 6⅓ linearum. *Caput* palpis et puncto laterali clypei stramineis; orbitis oculo-

rum frontalibus pallidis, interdum obsoletis. *Antennae* dimidio corpore paulo longiores, subgraciles, apice curvatae; articulis 10—17 vel 11—18 albis. *Thorax* subsericeus, interdum puncto albo ante alas; metathoracis parte postica declivi plana, vix subconcava. *Scutellum* macula magna alba. *Alae* fumatohyalinae, stigmate et radice dilute rufis, radio fusco, squamula nigra; areola quinquangulari. *Pedes* subfulvosericei, femoribus anterioribus apice stramineorufis, tibiis anticis subtus stramineis, mediis subtus ferrugineis. *Abdomen* oblongoovatum, capite thoraceque paulo longius, vix autem paulo angustius; segmentis margine summo rufis, 2 et 3 subtilissime punctis subopacis, 4 tricorobiculato; ano obtusiusculo.

Individuum unum cepi mense Augusto in gramine prope *Cudovam;* alterum, *Hirschbergae* captum, a *Stillfried* mecum communicavit.

Varietates:

1. *Segmentis haud rufomarginatis.* — Haec varietas, ratione staturae et proportionis partium nec non coloris, medium tenet inter speciem genuinam et *Ichn. leucocerum* et *funereum.* — *Longitudo* 5 ½—7 linearum. *Caput* interdum orbitis oculorum frontalibus tenuissimis albis. *Antennae* corporis dimidii longitudine, apice incurvae, articulis 8—15 vel 9—15 albis puncto ferrugineo. *Thorax,* in individuis, quibus orbita interna oculorum albida sunt, puncto albido infra alas. *Scu-*

tellum totum album. *Alae* et *pedes* sicut in specie genuina. *Abdomen* nigrum, opacum, apice nitidulum, ano acutiusculo; segmento secundo rarissime punctis duobus dorsalibus ferrugineis; marginibus segmentorum unicoloribus.

Feminas plures *a Stillfried* et *Manger* in *Sudetis Silesiae* ceperunt.

2. *Tibiis posticis aureosericeis.* — *Statura* speciei genuinae, sed antennis pedibusque aliquanto longioribus et gracilioribus. — *Longitudo* fere 5 linearum. *Antennae* apice curvatae, corpore paulo breviores; articulis 12—17 superne albis. *Pedes* anteriores tibiis et tarsis subtus stramineis, postici tibiis aureosericeis. *Abdomen* segmentorum marginibus summis obsolete ferrugineis, 2 et 3 opacis punctis.

Feminam unicam, in *Tauria* captam, *a Steven* mecum communicavit.

Synonyma:

Ichn. melanogaster Gmel. ed. Linn. pag. 2678, n. 224 — ad varietatis primae individuum segmento secundo bipunctato adhibendus esse videtur.

62. I. PRATENSIS. n.

Lineis duabus albis ad radicem alarum; pedum anteriorum tarsis tibiis et femorum latere altero dilute rufis. m.

Statura et proportio partium *Ichneumonis fuscati*, antennis aliquanto brevioribus.

Longitudo 6 linearum. *Antennae* corpore dimidio paulo longiores. *Thorax* linea ante alas lineolaque infra alas albis. *Scutellum* album. *Alae* fumatohyalinae stigmate piceo, radio nigro, radice et squamula albis, areola quinqueangulari. *Pedes* anteriores tibiis et tarsis stramineis, femoribus interne rufis; postici subsericei, tibiis sordidestramineis, externe et apice fuscis. *Abdomen* subsericeum, segmentis 2 et 3 summo margine piceostramineo.

Individuum unicum cepi die primo Septembris prope *Reinerz*, in Angelica sylvestri.

Nota:

An mas speciei praecedentis? — Confer notam ad speciem sequentem.

63. I. SEMIORBITALIS.

Orbitis internis oculorum et articulo primo antennarum subtus albis; pedum anteriorum tarsis tibiis et femorum latere altero dilute croceis. m.

Statura et proportio partium speciei praecedentis; antennis et petiolo paulo brevioribus.

Longitudo 5½ linearum. *Caput* palpis piceis; oculorum orbitis facialibus et punctis duobus parvis infra antennas albis. *Antennae* corpore dimidio paulo longiores, subtus fuscoferrugineae articulo 1 albo. *Scutellum* album. *Alae* subhyalinae; stigmate et radio fuscis, radice ferruginea, squamula nigra, areola subtriangulari. *Pedes* antici tibiis tarsisque, nec non femorum latere altero, dilute croceis; medii femoribus subtus apicem versus dilute croceis, tibiis dilute croceis, externe apicem versus nigris; postici tibiis sordide stramineis apice et summa basi nigris. *Abdomen* subtilissime et confertissime punctum, opacum; segmento 2 margine summo et macula laterali badiis, 3 summo margine castaneo.

Individuum unicum cepit *Bonelli* die 14 Maji prope *Taurinum.*

Varietas:

1. *Tibiis anterioribus externe fuscis; lineolis duabus ad radicem alarum albis.* — *Longitudo* 7½—8 linearum. *Caput* punctis duobus facialibus deficientibus aut cum orbitis confluentibus; interdum etiam orbitis externis albis. *Antennae* nigrae, articulo primo inferne albo. *Alae* fumatohyalinae, stigmate fusco aut ferrugineo; radio fusco, vel basin versus ferrugineo; radice et squamula nigris puncto albo. *Pedes* anteriores tibiis et tarsis stramineis, externe fuscis, tarsis mediis interdum totis nigris, femoribus subtus apicem versus sordide stramineis; postici interdum tibiis sub-

tus ante basin sordide stramineis. *Abdomen* nigrum aut nigrocoeruleum, interdum segmentis 2 et 3 summo margine ferrugineo.

Unum individuum, in *Volhynia* captum, a *Bessero* accepi, alterum *fennicum*, idque majus, abdomine nigrocoeruleo, a *Sahlbergio*.

Synonyma.

Ichn. semiorbitalis Gravenh! Pedemont., n. 18.

Nota:

Varietas descripta medium tenere videtur inter *Ichn. pratensem* et *Ichn. semiorbitalem*. — Forsan ambae species cum *Ichn. fuscato* conjungi deberent. Longitudine antennarum et petioli *Ichn. pratensis* medium tenet inter *fuscatum* et *semiorbitalem*; hic autem, pictura capitis et antennarum, nec non punctura abdominis, congruit cum *fuscato*, colore pedum cum *pratensi*.

64. I. SICARIUS. n.

Oculorum orbitis internis, thoracis lineis, annulo antennarum, albis. f.

Statura et proportio partium feminae *Ichn. leucoceri*, sed abdomine breviore et crassiore, petiolo paululum longiore; aculeo longius exserto haec femina a reliquis hujus sectionis differt.

Longitudo 4—4½ linearum. *Caput* mandibulis rufis aut fuscis; orbitis oculorum omnibus vel

rufis aut flavoalbis, vel rufo-flavoque variis, externis interdum ferrugineis aut fuscis; facie subprotuberante, plerumque infra antennas rufescente. *Antennae* articulis 8—16 vel omnibus vel eorum plurimis albis, subtus puncto fusco. *Thorax* colli margine supero, linea ante alas, lineola infra scutellum, plerumque altera infra alas, flavis, linea ante alas interdum ferruginea; metathorace subbispino. *Scutellum* flavum. *Alae* subfumato-hyalinae, stigmate stramineo aut piceo, radio et radice fuscis, squamula fusca aut ferruginea; areola quinqueangulari. *Pedes* sericei; antici tibiis et femoribus subtus ferrugineis aut stramineis; medii plerumque femoribus subtus ferrugineis aut piceis, tibiis interdum subtus piceis; postici interdum basi tibiarum ferruginea. *Abdomen* oblongo-ovatum, capitis thoracisque longitudine et latitudine, subnitidulum, segmento secundo interdum margine summo subcastaneo; membrana anali albida, interdum obsoleta. *Aculeus* exsertus brevis.

Quasdam feminas accepi in *Silesia* captas.

65. I. LUGENS. n.

Puncto albo ad radicem alarum. m. f. (fem. antennatum annulo albo).

Longitudo 7¼—fere 9 linearum. *Antennae maris* setaceae, porrectae, corpore dimidio paulo longiores; *feminae* dimidii corporis longitudine vel paulo breviores, articulis 10—15 vel 11—15

albis, subtus ferrugineis. *Thorax* gibbocylindricus; lineola parva infra alas, punctisque duobus marginis superni colli, in mare quoque puncto ante alas, albis. *Scutellum* albidum. *Alae* mediocres, ochraceo-hyalinae, apice subpurpureo-nitentes, stigmate diluterufo, radio radiceque fuscis; squamula nigra, maris puncto albo. *Pedes maris* mediocres, anteriores tibiis subtus et femorum apice albidoferrugineis; *feminae* subcrassiusculi, tibiis anticis subtus ferrugineis. *Abdomen* elongatolanceolatum, feminae thorace fere duplo longius ejusque latitudine, maris paulo brevius; segmentis 1—3 subopacis, sequentibus nitidis. *Aculeus* exsertus, brevissimus.

Marem unicum e *Gallia Desmarest* mecum communicavit. *Feminam* unam, *hannoveranam*, a *Reusmannio* accepi, alteram, *genuensem*, a *Spinola*, plures feminas vidi in Museo *Comitis de Hoffmannsegg*.

Nota:

Ichn. molitorii Fabr. varietas abdomine pedibusque totis atris, jam supra ad *Ichn. funereum* adhibita, etiam ad hanc speciem, quae in museo Hoffmannseggiano ad *Ichn. funereum* Geoffroyi (Fourcroyi) adhibita erat, referri potest.

66. I. PROTEUS.

Orbitis oculorum supernis, annuloque antennarum albis. f.

Statura et proportio partium speciei praecedentis; antennis longioribus, abdomine latiore.

Longitudo 8—12 linearum. *Caput* orbitis oculorum frontalibus et verticalibus, distinctioribus vel obsoletioribus, albidis. *Antennae* vix corpore dimidio paulo longiores, apice curvatae; articulis 6—15, vel omnibus vel eorum plurimis, albis subtus nigrofuscis. *Thorax* metathorace subpubescente. *Alae* fumatohyalinae, apice obscuriores, stigmate ferrugineo, radio radice et squamula nigris; areola quinqueangulari, sed paulo angustiore quam in Ichn. lugente. *Pedes* tibiis anticis subtus sordide albidis. *Abdomen* oblongoovatum, capite thoraceque longius, thoracis latitudine.

Quaedam individua, circa *Vratislaviam, Warmbrunn, Berolinum, Parmam* et *Netley* capta, examinavi; netleyana omnium minima sunt.

Synonyma:

Ichn. proteus Christ p. 347 tab. 35 fig. 2.

67. I. LAMINATORIUS.

Facie, linea ante alas, tibiis tarsisque albis. m.

Statura et proportio partium omnino *Ichn. pallipedis.*

Longitudo 10—11 linearum. *Caput* ore facie punctoque genarum eburneis, lineis facialibus, tribus duabusve, longitudinalibus, abbreviatis, nec non apice mandibularum, nigris. *Antennae* articulo primo subtus eburino. *Thorax* sutura ante alas, puncto infra alas, punctisque duobus minutissimis infra scutellum, albidis, metathorace subpubescente. *Scutellum* album. *Alae* fumatohyalinae, stigmate croceo aut fuscoferrugineo, radio fusco, radice et squamula nigris puncto albido, areola irregulari subtriangulari. *Pedes* anteriores coxarum macula, trochanteribus, femorum linea longitudinali, tibiis tarsisque, albis, tibiis attamen apice seu latere altero toto, nec non apicibus articulorum tarsorum, fuscis aut nigris; postici trochanteribus et femorum medio albis, tibiis et tarsorum articulis albis apice nigro.

Individuum unum cepit *Langer* prope *Hirschberg;* duo altera individua vidi in museis *Klugii* Berolini, et *Germari* Halae Saxonum; quartum, circa *Netley* captum, *Hope* transmisit.

Synonyma:

Ichn. laminatorius Fabr. Ent. Supl. p. 220, n. 33. — Piez. p. 60, n. 28.

Ichn. laminatorius Thunb. Ichn. 575.
„ Trentep. Revis. p. 76, n. 1; in Iside 1826, p. 62, n. 1 (femoribus anterioribus, tibiisque posticis, totis nigris).

Nota:

Forsan haec species mas est praecedentis.

Individuum e museo *Germari* allegatum sine dubio idem est quod Fabricius e museo *Hübneri* descripsit.

Trentepohl l. c. addit haec verba: *Palpi anteriores* quinquearticulati, articulo 2 maximo, crassiori, dilatato, securiformi, ea igitur, quam Panz. Revis. crit. II 80 pro genere *Trocho* (*Trogo*) constituit, accurata forma. — In Fabricii museo est praeter descriptam (speciem) unum quoque specimen, in omnibus descriptae simillimum, nervorum tantum alae decursus praeternaturalis, in dextra enim ala nervi ut *Anomalon* Jurine, in sinistra vero, pro cellula cubitali secunda (intermedia) simplici, duae minores sunt.

68. I. DELIRATORIUS.

Tibiarum annulo albo. m. f. (mas facie et punctis ad radicem alarum albis; femina antennarum annulo albo).

Statura et proportio partium *Ichneumonis subsericantis;* sed femina abdominis apice acutiore.

Longitudo maris 7—7½, *feminae* 6—fere 7 linearum. *Caput maris* ore et facie albis, orbitis oculorum externis ferrugineis. *Antennae maris* articulo primo subtus plerumque albo, rarius ferrugineo; *feminae* articulis 9—18 vel omnibus, vel plurimis eorum, albis subtus fuscis. *Thorax maris* puncto infra alas, alteroque ante alas, hoc interdum obsoleto, interdum etiam punctis duobus minutis infra scutellum, albis; *feminae* interdum puncto albo obsoleto ante alas. *Scutellum* album aut eborinum, mari interdum basi nigrum. *Alae* fumatohyalinae; stigmate rufo aut fusco, radio fusco, radice rufa aut fusca; squamula ferruginea aut fusca aut nigra, plerumque puncto albo in mare; areola quinqueangulari. *Pedes maris* interdum coxis et trochanteribus, vel omnibus vel anterioribus, subtus macula alba; femoribus anterioribus intra stramineis; tibiis albis, anticis externe apicem versus fuscis, mediis apice vel toto vel tantum externe fusco aut nigro, posticis apice et summa basi nigris; tarsis albis, posticis fuscis; *feminae* femoribus anticis subtus vel totis, vel apice solo, ferrugineis aut ferrugineoalbidis; tibiis anticis albis, externe apice nigro, posterioribus nigris annulo albo lato ante basin; tarsis anticis fuscis aut ferrugineis, subtus pallidioribus. *Abdomen* interdum subcoerulescens, rarius segmentorum marginibus summis castaneis; segmento 2 basi distinctius aut obsoletius subaciculato. *Aculeus* absconditus aut subexsertus.

Mares quosdam, circa *Warmbrunn*, *Niesky*, *Halam* et in *Italia* captos, accepi; nonnullasque *feminas*, circa *Hirschberg*, *Trajectum ad Moenum*, *Netley* et in *Gallia* captas. Duas feminas ipse cepi in frutetis prope *Grohnde*.

Varietas: ?

1. *Thorace submaculato*. m. — *Longitudo* 7 linearum. *Caput* clypeo facie et orbitis oculorum verticis albis. *Antennae* totae nigrae. *Thorax* puncto parvo albo ante alas; metathorace bispino, spinis multo acutioribus quam in mare genuino. *Alae* fumatohyalinae, stigmate radio et radice fuscis, squamula nigra. *Pedes* nigri; femoribus anticis geniculo summo albo; tibiis anticis basi et latere infero toto albis, posterioribus annulo lato albo ante basin.

Marem unicum *Hope* cepit circa *Netley*.

Synonyma maris et feminae:

Ichn. deliratorius Gravenh. Pedemont., n. 19.

Synonyma maris:

Ichn. deliratorius Linn. Fauna, n. 1597. — Syst. XII, p. 932, n. 20.
„ Müll. prodr., n. 1781.
„ Schrank Austr., n. 706; longitudine 8 linearum.
„ Gmel. ed. Linn. p. 2682, n. 20.
„ Villers p. 147, n, 38.
„ Rossi II, n. 753; in floribus.



Ichn. deliratorius Christ p. 344.
„ Olivier p. 174, n. 5.
„ Fabr. Piez. p. 64, n. 51; in Europae hortis.
„ Cederhielm p. 159, n. 488; in luco.
„ Walckenaer p. 55, n. 61.
„ Latreille Crust. XIII, p. 187, n. 34.
Ichn. molitorius Schrank Boica, n. 2072 var. b.
Ichn. palmarius Fourcroy p. 411, n. 54.
Ichn. Geoffroi II, p. 344, n. 53.

Feminae:

Ichn. molitorius Panzer Fauna XIX, tab. 16.
„ Dwigubsky p. 165, n. 571; in hortis.
„ Gravenh. Uebers., n. 3725.
„ Trentep. Revis. p. 18 Desc.

Nota:

Varietas abdomine toto nigro, cujus Fabricius aliique auctores, sub *Ichneumone molitorio*, mentionem fecerunt, sine dubio ad hanc *Ichn. deliratorii* feminam adhibenda est. Panzer hanc nostram *Ichneumonis deliratorii* feminam (abdomine toto nigro) existimaverat marem esse *Ichneumonis molitorii* (abdominis apice albonotato). Plura de his leges in synonymis mixtis ad Ichn. molitorium.

Müller, l. c. allegavit Schaefferi Ic., tab. 20, fig. 11, quae autem pedibus totis nigris, basi segmenti 2 et orbitis oculorum internis albis differt, et a Panzero *Ichn. nigratorius* (ab Ichn. nigratorio Fabr. tamen diversus) nominata est. — Schrank et Villers huc etiam referunt *Ichn. alter-*

natum Schrank Beitr. qui autem capite toto nigro est. — Villers *Ichneum. tricolorem* Schrank Austr., n. 108 pro femina deliratorii habet, licet ille tricolor femoribus rufis differat. — Ichn. Geoffr. II, p. 345, n. 55, quem Villers ad deliratorium adhibet, ad Ichn. fossorium referri debet.

Varietatem descriptam dubiam alii forsan pro varietate *Ichn. fuscipedis* maris, n. 70, thorace vix submaculato, facie tota alba, habebunt.

69. I. MULTIANNULATUS. n.

Facie, punctis duobus ad radicem alarum, annuloque tibiarum et tarsorum, albis; abdomine nigrocoeruleo. m.

Statura et proportio partium maris speciei praecedentis, cum quo hanc speciem quondam conjunxeram.

Longitudo 6¼—7 linearum. *Caput* facie et ore albis. *Antennae* articulo primo subtus albo. *Thorax* puncto seu lineola ante alas, alteroque infra alas, albis. *Scutellum* album. *Alae* fumato-hyalinae, stigmate et radice fuscis aut ferrugineis, radio fusco, squamula nigra puncto albo. *Pedes* femoribus anticis interne piceostramineis, mediis summo apice substramineis; tibiis albis, anterioribus externe apicem versus fuscis aut nigris, posticis a medio ad apicem usque nigris; tarsis anterioribus albis, articulorum apicibus fuscis, posticis nigris articulo primo albo apice nigro, secundo vel toto nigro vel basi alba, tertio interdum basi

alba. *Abdomen* coeruleonigrum, opacum, apice nitidum, segmentis 2—4 interdum summis marginibus castaneis.

Individua duo cepi mense Junio in fruticetis prope *Scheidnich;* quaedam alia, circa *Warmbrunn* et *Niesky* capta, *Mangero* et *Roentjenio* debeo.

Varietas:

1. *Puncto albo infra alas deficiente.* — *Scutellum* solo apice albo. *Alae* squamula tota nigra. *Pedes* tarsorum anteriorum articulis intermediis totis nigris, tibiarum anteriorum apice toto nigro, femoribus anticis apice solo piceostramineo.

Unicum hujus varietatis individuum cum specie genuina prope *Scheidnich* cepi.

70. I. FUSCIPES.

Orbitis oculorum, punctis duobus ad radicem alarum, annuloque tibiarum, albis. m. f. (mas maculis faciei et antennarum articulo primo subtus albis; femina antennarum annulo albo.)

Statura et proportio partium *Ichneumonis deliratorii.*

Longitudo maris 6—6½ linearum, *feminae* 5—6 linearum. *Caput maris* palpis et mandibularum macula albis; clypeo vel toto nigro aut albo, vel albo medio nigro; facie alba, medio nigra; plerumque orbitis oculorum externis et puncto ad

orbitas verticales albis; *feminae* orbitis vel solis frontalibus et verticalibus, vel omnibus, semper attamen interruptis, albis. *Antennae maris* articulo primo subtus vel toto albo vel tantum puncto minuto albo; *feminae* articulis 9—14—15 albis subtus fuscis, sequentibus subtus fuscis. *Thorax* puncto infra alas, alteroque seu lineola ante alas, albis. *Scutellum* apice album, interdum feminis tantum punctis duobus minutis apicalibus albis, mari rarius totum album. *Alae* fumatohyalinae, stigmate radio radice et squamula fuscis aut nigris; mari vel puncto squamulae, vel squamula tota et puncto radicis, albis. *Pedes* femoribus anticis subtus vel totis vel, in nonnullis feminis, apice solo sordide albidis aut albido-ferrugineis, mediis mari subtus apice albido aut stramineo; tibiis anticis albis, externe nigris annulo albo ante basin, mediis nigris annulo albo ante basin, mari interne stramineopiceis, posticis nigris annulo albo ante basin. *Abdomen* coeruleonigrum, subtilissime punctum; feminis rarius violaceonigrum.

Mares et feminae passim in *Silesia, Lusatia, Austria* capti sunt. Ipse marem cepi medio Septembris in fruticetis, feminam eodem tempore in sepe, prope *Vratislaviam;* feminam, circa *Netley* captam, *Hope* transmisit.

Varietates:

1. *Puncto albo infra alas deficiente.* f.

Unicum individuum cepi die 11 Octobris in strue lignorum prope *Vratislaviam.*

2. *Antennis totis nigris.* m. — *Longitudo* 8 linearum. *Caput* solis orbitis oculorum facialibus albis. *Alae* fumatohyalinae, stigmate rufo, radio et radice nigro-fuscis, squamula nigra punctulo apicali albo. *Pedes* nigri; femoribus anticis summo geniculo albo; tibiis anticis basi et latere infero toto albis, posterioribus annulo lato albo ante basin summam. *Abdomen* minus nitidum, at crassius punctum, quam in specie genuina. *Thorax* et *scutellum* ut in mare genuino.

Hunc marem, capite et antennis melius cum sequente *perileuco* congruentem, *Hope* cepit circa *Netley*.

Synonyma:

Maris:

Ichn. fuscipes Gmel. ed. Linn. pag. 2684, n. 242.

Nota:

Cave ne hunc Gmelinii *Ichn. fuscipedem* confundas cum Ichneumone ejusdem nominis Gmelini pag. 2718, n. 368 et Fourcroyi p. 412, n. 56, qui ad *Ichn. fossorium* adhibitus est.

71. I. PERILEUCUS. n.

Puncto ad alarum radicem, tibiarumque annulo albis. m. f. (mas orbitis internis oculorum albis, femina annulo antennarum albo).

Statura et proportio partium speciei praecedentis; femina attamen abdomine breviore et magis ovato.

Longitudo maris 6 linearum vel paulo minor; *feminae* 5 linearum. *Caput maris* orbitis oculorum internis, interdum etiam punctis duobus clypei, albis. *Antennae feminae* articulis 9—14 albis, subtus ferrugineis. *Thorax* gibbus, puncto seu lineola in femina infra alas, in mare ante alas rarius quoque altero infra alas, albis. *Scutellum* album. *Alae* fumatohyalinae, stigmate et radio fuscis aut nigris; radice fusca aut ferruginea, maris interdum puncto albo; squamula feminae tota nigra, maris vel tota alba vel limbo nigro; areola quinqueangulari. *Pedes* femoribus anticis subtus apice, maris interdum latere inferno toto, albidis aut stramineis, mediis in mare subtus apice summo pallidestramineo; tibiis anticis albis, externe apicem versus, in mare interdum latere externo toto, fuscis, mediis maris subtus albis apice interdum nigro, feminae nigris semiannulo albo lato ante basin, posticis annulo lato albo ante basin; tarsis feminae totis fuscis, maris anterioribus vel albis articulorum apice fuscescente, vel fuscis macula alba singuli articuli, posticis interdum articulis

3 et 4 exalbidis. *Abdomen* nitidulum, subtiliter punctum, segmento secundo maris interdum fusco feminae margine summo castaneo; ano feminae obtuso.

Maris individua quaedam in *Silesia, Brisgovia, Volhynia* capta sunt. *Feminam* unicam, *genuensem*, *Spinolae* debeo.

Varietas:

1. *Tibiis ferrugineis, infra pallidioribus*. f. — *Longitudo* 6 linearum. *Antennae* articulis 7—9 supra albis, 10—14 albis subtus ferrugineis. *Alae* stigmate piceostramineo. *Pedes* femoribus anticis subtus apice stramineo; tibiis anterioribus fuscoferrugineis, infra ferrugineotestaceis, posticis ferrugineo-testaceis apice nigricante; tarsis anticis rufis. *Abdomen* paulo longius quam in femina genuina. — Caetera cum hac conveniunt.

Unicum individuum *fennicum Sahlbergio* debeo.

72. I. EDICTORIUS.

Punctis ad alarum radicem tibiisque albis. m.

Statura et proportio partium sicut in maribus praecedentibus, antennis autem brevioribus, quibus etiam a reliquis cospeciebus confinibus differt.

Longitudo fere 6 linearum. *Antennae* porrectae, setaceae, vix corporis dimidii longitudine. *Thorax* puncto ante alas, lineolaque infra alas,

albis. *Alae* fumatohyalinae, stigmate piceo, radio fusco, radice et squamula fuscis puncto albo. *Scutellum* album. *Pedes* femoribus anticis subtus totis, mediis apice solo, albidis; tibiis albis, posticis apice toto!, anterioribus tantum apice externo, fuscis; tarsis anticis exalbidis, mediis albidofuscescentibus. *Abdomen* oblongum, thorace duplo longius, ejus autem latitudine, confertissime punctum, nitidulum, segmentis 2 et 3 subopacis nigrofuscis margine summo obsolete castaneo.

Unicum musei Vratislaviensis individuum cepit *Bonelli* die 16 Maji in vinea Reginae prope *Taurinum*.

Synonyma:

Ichn. edictorius Linn. Fauna n. 1596. — Syst. XII, p. 932, n. 19.
„ Villers p. 147, n. 37.
„ Gmel. ed. Linn. p. 2681, n. 19.
„ Christ p. 343 (ubi autem verbum Schenkel in Schienbeine immutandum est).
„ Olivier p. 173, n. 44.
„ Fabr. Ent. p. 146, n. 52.
„ Gravenh. Pedemont. n. 20.

Nota:

Ad hanc speciem nullo modo referri possunt *Ichn. edictorius* Schrank Austr. n. 709 (tibiis anterioribus fulvis, segmento secundo lateribus testu-

dineo); *Ichneum. edictorius* Dwigubsky p. 165, n. 573 (segmentis tribus primis utrinque puncto albo); *Cryptus edictorius* Fabr. Piez. p. 77, n. 26 (pedibus rufis, tarsis posticis albis).

73. I. BIANNULATUS.

Orbitis oculorum internis, punctis ad alarum radicem, annuloque tibiarum et tarsorum, albis. m.

Statura et proportio partium omnino maris *Ichneumonis fuscipedis.*

Longitudo 5½ linearum. *Caput* macula mandibularum, orbitis oculorum internis, punctoque ad orbitas occipitales, albis. *Thorax* punctis duobus albis ad alarum radicem. *Scutellum* punctis duobus apicalibus albis. *Alae* fumatohyalinae, stigmate radio radice et squamula fuscis. *Pedes* femoribus anticis interne stramineis, tibiis anterioribus albidis, latere altero nigris, mediis apice toto nigro, posticis nigris basin versus albis; tarsis anticis ferrugineis, posterioribus fusconigris articulo primo albo. *Abdomen* segmento primo aciculato; segmentis 2—4 supra subdepressiusculis, subaciculatis; sequentibus nitidis.

Individuum unicum *pedemontanum* *Bonelli* mecum communicavit.

Synonyma:

Ichn. biannulatus Gravenh. Pedemont. n. 21.

74. I. PISTORIUS. n.

Annulo antennarum et tibiarum, punctisque ad radicem alarum, albis. m. f. (mas orbitis internis oculorum albis).

Statura et proportio partium *Ichn. deliratorii.* *Longitudo maris* 7—8½ linearum, *feminae* 6 linearum. *Caput maris* orbitis internis oculorum albis. *Antennae maris* articulis 13—18 vel omnibus, vel eorum plurimis, *feminae* articulis 9—14, supra albis. *Thorax* lineola punctove ante alas, in mare etiam margine supero colli, plerumque puncto infra alas, albis. *Scutellum* album. *Alae feminae* fumatohyalinae, *maris* ochraceo-hyalinae apice subpurpureo-micantes; stigmate ferrugineo, maris interdum fusco; radio, radice et squamula fuscis aut nigris, hac in mare interdum puncto albo. *Pedes* femoribus anticis subtus apice albido aut ferrugineo-albido; tibiis albis, apice nigro, anticis, interdum quoque mediis, inferne totis albis; tarsis anticis maris plerumque articulo primo subtus basi albo.

Mares quosdam cepi circa *Gottingam*, mensibus Augusti et Septembris, in fruticetis et in gramine. Individuum, in *Silesia* captum, *a Stillfried* mecum communicavit; *parmense, Sanvitale; fennicum, Sahlberg.* — *Feminam* unicam cepit *ab Uechtritz* prope *Bautzen*, in monte *Pichelsberg* appellato.

Varietas:

1. *Scutello puncto apicali albo.* — *Caput* punctis duobus clypei orbitisque oculorum internis albis. *Antennae* articulo 1 subtus puncto albo, articulis 11—15 albis subtus macula fusca. *Tibiae* anticae albae, superne nigrae, mediae nigrae, inferne a medio ad basin usque albae, posticae albae apice nigro. Caetera sicut in specie genuina.

Marem unicum cepit *a Stillfried* prope *Hirschberg.*

Synonyma:

Ichn. pistorius Musei Hellwigiani.
Ichn. molitorius Schrank Boica n. 2072, var. a.

Nota:

Huic speciei affinis est *Ichn. molitorius* Panz. Faun. XIX, tab. 16, qui autem, ob caput totum nigrum et puncta alba ad radicem alarum inconspicua, potius ad feminam *Ichneumonis deliratorii* referri debet, quamquam statura tota et antennarum proportione melius cum *pistorio* congruit.

Femina hujus speciei, statura etc. omnino congruit cum femina *Ichneumonis deliratorii*, pro cujus varietate eam haberem, nisi pictura thoracis differret. Ob picturam thoracis haec femina quidem tam maribus *deliratorii* quam maribus *pistorii* jungi posset; sin autem illis jungerem, feminae, jam cum *deliratorio* conjunctae, viduae essent;

nec ullum habeo marem coelibem, cui eas meliori jure jungere possem. Attamen haud nego, has copulas mihi adhuc ambiguas esse.

Varietas, huic speciei subjuncta, statura etc. cum *Ichneumone fuscipede* quoque congruit, mediumque tenet inter *fuscipedem* et *pistorium*. — Alii eam forsan ad gradum speciei peculiaris tollerent.

75. I. PALLIPES.

Tibiis albis. m. f. (mas femoribus albidomaculatis; femina antennarum annulo et orbitis oculorum frontalibus albis.)

Statura et proportio partium *Ichneumonis deliratorii;* antennis crassioribus et brevioribus.

Longitudo maris 7—8, feminae 6—6½ linearum. *Caput maris* interdum mandibulis rufis, rarius orbitis oculorum internis obsolete pallidis; *feminae* palpis apice pallidis; orbitis oculorum frontalibus albis tenuibus, externis rufis. *Antennae* capite thoraceque aliquanto longiores; feminae articulis 9—18, vel eorum plurimis, albis subtus ferrugineis. *Thorax* interdum punctis duobus ad radicem alarum, vel uno infra alas, albis. *Scutellum* album. *Alae* fumatohyalinae; stigmate rufo, maris rarius testaceo aut piceo; radio radice et squamula fuscis aut nigris, squamula maris rarius puncto albo. *Pedes maris* femoribus anterioribus testaceis aut eborinis, latere convexo nigro-

fusco, posticis rarius totis nigris aut fuscis supra infraque eborinis, plerumque fusconigris macula basali albida; tibiis albidis aut eborinis apice nigro aut fusco, anticis interdum totis albis vel etiam latere altero toto fusco; tarsis anterioribus albidis aut ferrugineis, mediis plerumque supra fuscis, posticis fuscis; *feminae* femoribus anticis altero latere vel toto vel tantum apicem versus exalbido aut ferrugineoalbido; tibiis albis, anterioribus externe apicem versus nigris, posticis basi et apice nigris; tarsis anterioribus fusco-ferrugineis, posticis nigris. *Abdomen* feminae nigrocoerulescens, interdum summo margine segmentorum subcastaneo.

Mares quidam capti sunt circa *Warmbrunn* et *Gottingam*, nec non in *Italia* et *Fennia;* feminae nonnullae circa *Hirschberg* et *Halam Saxonum.*

Synonyma:

Ichn. pallipes Gravenh. Pedemont. n. 22.

76. I. VESPERTINUS.

Tibiarum semiannulo albo. m.

Statura et proportio partium maris praecedentis.

Longitudo 5½ linearum. *Alae* hyalinae, apice subfumato, stigmate radio radice et squamula nigris. *Pedes* antici femoribus subtus apice albido-ferrugineo, tibiis subtus albidis, apicem versus ferrugineis; posteriores tibiis externe ante basin albis.

Unicum individuum, ut opinor, prope *Niesky* captum, e collectione *Roentgeniana* accepi.

Synonyma:

Ichn. vespertinus Christ p. 342, tab. 34, fig. 5.
Ichn. glabratorius Müll. Prodr. n. 1789.
Ichn. molitorius Schrank Boica n. 2072, var. h.

SECTIO IV.

Scutello pallidenotato aut toto pallido; abdomine nigro, segmentis ultimis albonotatis.

Scutellum album est aut flavescens, interdum solo apice pallido (v. c. in femina *Ichn. anatoris*), rarissime totum nigrum, (in varietate maris *Ichn. saturatorii*), quo haec sectio in *sectionem secundam* transit. Quaedam varietates, abdomine tricolore, nempe *salicatorii* varietas segmentis 2 et 3 rufomaculatis, *computatorii* et *molitorii* varietates segmento secundo badio, ad *sectionem* 5 spectant. *Ichn. salicatorii* var. abdominis apice concolore, segmentis 2 et 3 stramineomaculatis, ad *sectionem* 7 propius accedit.

E *sectione* 1 *Ichn. rufifrontis* varietas, scutello badio, segmentorum 6 et 7 margine summo albido, huc spectat; e *sectione* 3 *Ichn. subsericantis* et *ochropis* feminae segmento 7 subalbonotato.

77. I. SATURATORIUS.

Annulo antennarum albo; femoribus tibiisque rufis, harum posticis apice nigro. m. et f.

Longitudo 4—6 linearum. *Caput* feminae interdum orbitis oculorum frontalibus obsolete albicantibus. *Antennae maris* setaceae, porrectae, dimidio corpore paulo longiores; articulis 14—20, vel plurimis eorum, albis, subtus ferrugineis, rarius 3—14 subtus ferrugineis; *feminae* subfiliformes, corporis dimidii longitudine, apice incurvae; articulis 9—16, vel eorum plurimis, albis, subtus fusconigris. *Thorax* gibbulocylindricus. *Scutellum* album aut flavum, maris interdum tantum macula majore minoreve eborina. *Alae* mediocres, fumatohyalinae, stigmate radio radice et squamula nigris aut piceis, stigmate rarius piceostramineo; areola quinqueangulari aut subtriangulari. *Pedes* mediocres, rufi; coxis et trochanteribus nigris; postici trochanterum apice plerumque rufescente, tarsis et tibiarum apice nigris, interdum etiam geniculis fuscescentibus. *Abdomen maris* capite thoraceque longius et paulo angustius; segmentis 2—5 plerumque aequilatis, 7 toto albo; *feminae* capitis thoracisque longitudine et latitudine, oblongoovatum, apice acuto; segmentis 2 et 3 subtilissime punctis, interdum margine summo rufescente, sequentibus nitidioribus, 6 margine latiore aut angustiore albo, 7 dorso toto albo. *Aculeus* exsertus, brevissimus.

maris oblongum, capite thoraceque longius, latitudine thoracis vel paulo angustius, subtiliter et confertissime punctum; segmentis 2—5 aequilatis; 2 castaneo, disco aut puncto discoidali et margine nigris; 3 vel nigro macula laterali castanea, vel castaneo macula discoidali et margine nigris; 5 et 6 puncto dorsali, interdum obsoleto, albo; 7 plaga aut linea longitudinali albida; *feminae* oblongum, capite thoraceque paulo longius, thoracis latitudine, apice obtuso aut acutiusculo; segmento secundo, vel etiam tertio, subopaco, subtilissime et confertissime puncto; segmentis sequentibus nitidis; 7 macula dorsali flava; 6 interdum macula aut puncto dorsali flavo; 2 interdum fascia irregulari diluterufa; 3 interdum dorso obscurobadio. *Aculeus* vel subexsertus vel absconditus.

Marem unum, *silesiacum*, *Mangero*, alterum, *pedemontanum*, *Bonellio* debeo. Feminas duas, circa *Hirschberg* captas, a *Stillfried* sub nomine recepto mecum communicavit; tertiam, eamque abdominis apice acutiore, aculeo subexserto, segmentis 2 et 3 maculatis, *Besser* ex *Austria* accepit.

Varietates:

1. *Facie flava, macula nigra; antennarum annulo albo.* — Hoc individuum modo singulari medium tenet inter marem et feminam; pictura capitis, formaque antennarum et abdominis, sicut in mare, antennis annulatis autem feminae. — *Longitudo* 6 linearum. *Caput* palpis sordidestra-

mineis, labro faciequé flavis, hac macula nigra. *Antennae* articulis 14—20 supra alboflavis, 1 subtus flavo. *Scutellum* flavoalbum. *Alae* speciei genuinae. *Pedes* femoribus anterioribus inferne croceoflavis; tibiis flavis, posticis apice nigro; tarsis anterioribus flavis articulorum apice nigro, posticis nigris articulis 1 et 2 basi flava. *Abdomen* segmentis 2 et 3 macula laterali castaneorubra, 5 puncto dorsali marginali albo, 6 et 7 linea longitudinali alba.

Individuum unicum prodiit e larva *Bombycis fuliginosae*.

2. *Apice abdominis immaculato.* — *Longitudo* paulo ultra 6 lineas. *Caput* palpis sordidestramineis; clypeo et facie albidis, macula magna nigra. *Antennae* corpore dimidio paulo longiores, totae nigrae. *Thorax* puncto ante alas lineolaque infra alas albis. *Scutellum* album. *Alae* stigmate diluterufo, radio rufofuscescente, radice et squamula albidostramineis. *Pedes* speciei genuinae; tarsis rufis, anticis stramineis. *Abdomen* opacum, apicem versus nitidulum; segmento 2 margine laterali et summo apicali pallidestramineis; 3 margine laterali maculisque duabus transversalibus baseos stramineis.

3. *Abdomine toto nigro.* f. — *Pedes* femoribus ferrugineofuscis, anticis apice cereostramineis; tibiis piceostramineis, intus pallidestramineis, posticis summo apice nigro; tarsis anticis ferru-

gineis, mediis fuscoferrugineis, posticis fuscis. — Caetera cum femina genuina conveniunt.

Unicum individuum *fennicum* Sahlberg transmisit.

4. *Tibiis rufis, anticis subtus dilutioribus, posticis apice nigro.* f. — *Thorax* lineola ante alas punctoque infra alas albis. *Abdomen* nigrum, segmentis 5—7 macula dorsali glauca. — Caetera sicut in femina genuina.

Unicum individuum *fennicum* Sahlberg mecum communicavit.

5. *Tibiis rufis, posterioribus apice nigro, alis fuscohyalinis.* f. — *Longitudo* fere 7 linearum. *Alae* fuscoferrugineo-hyalinae, stigmate rufo. *Abdomen* nigrum, segmentis 6 et 7 macula dorsali flava. — Caetera cum femina genuina congruunt; antennae autem breviores sunt, abdominis apex acutior, quibus haec varietas *Ichneumoni computatorio* propius accedit, ita ut inter hunc et salicatorium medium teneat.

Et hanc feminam *Fennia* genuit.

Synonyma:

Ichn. salicatorius Gravenh. Pedemont., n. 24.

Nota:

Feminae segmento secundo rufopicto, abdominis apice acutiore, propius accedunt ad *Ichn. confusorium* sectionis quintae, sed pedibus longioribus et gracilioribus distinguuntur.

80. I. MICROCERUS. n.

Punctis duobus scutellaribus, unoque infra alas, albis; femoribus tibiisque rufis. f.

Statura et proportio partium omnino feminae sequentis; sed antennis brevioribus, totis fuscis.

Longitudo 2 ¼ linearum. *Antennae* involutae, capite vix duplo longiores, fuscae. *Scutellum* punctis duobus apicalibus albis. *Alae* subfumato-hyalinae; stigmate radio radice et squamula fuscis; areola subquinqueangulari. *Pedes* rufi, coxis et trochanteribus nigris; postici tarsis et tibiarum apice fuscis. *Abdomen* segmento secundo summo margine summaque basi badiis, 6 margine albo; 7 toto albo. *Aculeus* exsertus brevissimus.

Unicum individuum cepit *Richter* in *Sudetis Silesiae*.

80b. I. FAUNUS. n.

Lineolis duabus scutelli, duabus ad radicem alarum, facieque, albis; tibiis anterioribus et latere inferno antennarum rufis. m.

Statura et proportio partium *Ichn. saturatorii* maris.

Longitudo fere 5 linearum. *Caput* facie orbitisque oculorum frontalibus et genalibus albis, ore sordide testaceo. *Antennae* subtus articulo 1 albo, 2 nigro, sequentibus croceo-rufis. *Thorax* mar-

gineis, mediis fuscoferrugineis, posticis fuscis. — Caetera cum femina genuina conveniunt.

Unicum individuum *fennicum* *Sahlberg* transmisit.

4. *Tibiis rufis, anticis subtus dilutioribus, posticis apice nigro.* ♀. — *Thorax* lineola ante alas punctoque infra alas albis. *Abdomen* nigrum, segmentis 5—7 macula dorsali glauca. — Caetera sicut in femina genuina.

Unicum individuum *fennicum* *Sahlberg* mecum communicavit.

5. *Tibiis rufis, posterioribus apice nigro, alis fuscohyalinis.* ♀. — *Longitudo* fere 7 linearum. *Alae* fuscoferrugineohyalinae, stigmate rufo. *Abdomen* nigrum, segmentis 6 et 7 macula dorsali flava. — Caetera cum femina genuina congruunt; antennae autem breviores sunt, abdominis apex acutior, quibus haec varietas *Ichneumoni computatorio* propius accedit, ita ut inter hunc et salicatorium medium teneat.

Et hanc feminam *Fennia* genuit.

Synonyma:

Ichn. salicatorius Gravenh. Pedemont., n. 24.

Nota:

Feminae segmento secundo rufopicto, abdominis apice acutiore, propius accedunt ad *Ichn. confusorium* sectionis quintae, sed pedibus longioribus et gracilioribus distinguuntur.

MICROCERUS. n.

Punctis duobus scutellaribus, unoque infra alas, albis; femoribus tibiisque rufis. f.

Statura et proportio partium omnino feminae sequentis; sed antennis brevioribus, totis fuscis. *Longitudo* 2¼ linearum. *Antennae* involutae, capite vix duplo longiores, fuscae. *Scutellum* punctis duobus apicalibus albis. *Alae* subfumato hyalinae; stigmate radio radice et squamula fuscis; areola subquinqueangulari. *Pedes* rufi, coxis et trochanteribus nigris; postici tarsis et tibiarum apice fuscis. *Abdomen* segmento secundo summo margine summaque basi badiis; 6 margine albo; 7 toto albo. *Aculeus* exsertus brevissimus.

Unicum individuum cepit *Richter* in *Sudetis Silesiae*.

80b. I. FAUNUS. n.

Lineolis duabus scutelli, duabus ad radicem alarum, facieque, albis; tibiis anterioribus et latere inferno antennarum rufis. m.

Statura et proportio partium *Ichn. saturatorii* maris.

Longitudo fere 5 linearum. *Caput* facie orbitisque oculorum frontalibus et genalibus albis, ore sordide testaceo. *Antennae* subtus articulo 1 albo, 2 nigro, sequentibus croceorufis. *Thorax* mar-

Maris.

Ichn. anator Fabr. Ent. II, p. 169, n. 149.
Ichn. biscutatus Gmel. ed. Linn. p. 2679, n. 255.
Cryptus anator Fabr. Piez. p. 87, n. 74.

Nota.

In monographia Ichneumonum Pedemont. qui feminam hujus speciei adhibui *Ichneum. cinctorium* auct. seu *Cryptum cinctorium* Fabr. Piez. quae autem, annulo albo antennarum deficiente, scutello toto albo, etc. differt.

83. I. QUADRIALBATUS.

Femoribus tibiisque rufis, m. f. (*mas* orbitis internis oculorum albis; *femina* antennarum annulo pallido).

Statura et proportio partium *Ichneumonis saturatorii;* femina attamen antennis pedibusque longioribus gracilioribus, omnino sicut in specie praecedente formatis, differt.

Longitudo maris 3½—4⅔ linearum, feminae 4—5 linearum. *Caput* palpis interdum rufescentibus, maris orbitis oculorum faciei albis. *Antennae* feminae colore variant: plerumque articulis 10—15, vel plurimis eorum, albis, subtus ferrugineis, interdum autem silaceis subtus obscurioribus; rarius articulis 12—18 supra albis; aliis articuli 5—9 subtus ferruginei sunt; aliis articuli 3—15 toti ferruginei, 12—15 vix paulo palli-

diores; rarius antennae nigrae sunt, articulis 9—15 ferrugineis. *Thorax* maris interdum puncto parvo albo infra alas. *Scutellum* plerumque totum, in femina rarius apice solo, album. *Alae* fumato-hyalinae, rarius subsilaceo-hyalinae; stigmate rufo aut fusco, interdum nigro; radio radice et squamula nigris; hac in mare interdum puncto albo; areola quinqueangulari aut subtriangulari. *Pedes* rufi; coxis et trochanteribus, nec non posticorum tarsis et tibiarum apice nigris. *Abdomen* segmentis 2 et 3 subtilissime et confertissime punctis, subopacis, feminae interdum marginibus summis obsolete castaneis, rarius secundo toto badio; sequentibus nitidioribus; 7 dorso albo; feminae etiam 6 macula aut margine summo albo.

Marem unum cepi mense Augusto in umbellatis prope *Cudovam*; *feminam* unam *Manger* prope *Warmbrunn* cepit; plures mares et feminas autem ex *Austria*, quasdam feminas ex *Italia*, accepi.

Synonyma:

Ichn. quadrialbatus Gravenh. Pedemont. n. 27.

84. I. QUAESITORIUS.

Femoribus tibiisque rufis; puncto dorsali trium ultimorum segmentorum, annuloque antennarum, albis. f.

Statura et proportio partium feminae *Ichneumonis saturatorii*, sed magnitudo differt.

Longitudo 8½—9½ linearum. *Antennae* apice involutae, articulis 9—14 vel 10—14 supra et lateribus albis. *Thorax* puncto parvo infra alas eborino; metathorace tuberculis duobus subacutiusculis. *Scutellum* album. *Alae* fumatohyalinae, stigmate ferrugineo, radio radice et squamula nigris, areola quinquangulari. *Pedes* diluterufi; coxis et trochanteribus, nec non posticorum tarsis et tibiarum apice summo, nigris. *Abdomen* segmentis 5—7, rarius etiam 4, puncto dorsali albo-flavicante. *Aculeus* vix subexsertus.

Quaedam individua capta sunt in *Silesia*, *Austria*, prope *Norimbergam*, *Trajectum ad Moenum*, *Cracoviam* et in *Volhynia*.

Synonyma:

Ichn. quaesitorius Linn. Faun. n. 1582. — Syst. XII, p. 930, n. 5.
„ Fuessl. Helv. p. 48, n. 938, rarius obvenit.
„ Villers p. 136, n. 5, in Gallia, circa Lugdunum.
„ Gmel. ed. Linn. p. 2675, n. 5.
„ Christ. p. 354.
„ Olivier p. 165, n. 5.
„ Fabr. Ent. II, p. 156, n. 18. — Piez. p. 57, n. 18.
„ Cederhielm p. 157, n. 482, in hortis.
„ Walckenaer p. 51, n. 10.
„ Thunberg Ichn. 76.
„ Trentep. Revis. p. 10, n. 4, femoribus nigris, anterioribus apice ferrugineis; tibiis an-

tiis fuscis, interne albido-ferrugineis, mediis fuscis, posticis nigris). — Isis 1826 p. 66. n. 4.

Nota:

Secundum Christ, Fabricium et Walckenaer, *segmenti secundi* margo interdum subferrugineus est. — Forsan Ichn. quem Trentepohl e museo Fabriciano descripsit, ad *computatorium*, n. 89, referri possit.

85. I. LEUCOMELAS.

Orbitis oculorum verticis albis. m. f. (*mas* orbitis oculorum facialibus, *femina* annulo antennarum, albis).

Statura et proportio partium *Ichneum. saturatorii*; antennis feminae attamen paulo crassioribus apiceque magis involutis.

Longitudo 5—6½ linearum. *Caput* orbitis oculorum verticalibus, feminae latissimis, albis, maris quoque facialibus albis. *Antennae* maris articulo primo subtus puncto albo; feminae articulis 9—16, vel plurimis eorum, supra et lateribus albis. *Thorax* maris puncto ante alas, alteroque infra alas albis. *Scutellum* album, feminae interdum basi rufescente. *Alae* fumato-hyalinae, stigmate radio radice et squamula nigris aut fuscis, areola subquinquangulari. *Pedes* nigri; *feminae* tarsis subtus fuscescentibus, tibiis anticis interne

fuscis aut ferrugineis; *maris* femoribus anticis inferne totis, mediis tantum apicem versus, stramineis; tibiis anterioribus subtus stramineis; tarsis anticis sordidestramineis, mediis fuscis. *Abdomen* subtiliter et confertim punctatum; *feminae* segmentis 6 et 7 macula dorsali alba; *maris* segmento 6 margine, 7 dorso toto, albis.

Marem unicum *Manget* prope *Warmbrunn* cepit. Feminae prope *Gottingam*, *Halam Saxonum*, in *Sudetis Silesiae*, necnon prope *Parmam* et in *Tauria* captae sunt.

Synonyma:

Ichn. leucomelas Gmel. ed. Linn. p. 2679, n. 227.

86. I. COMPUTATORIUS.

Antennarum annulo albo. f.

Statura et proportio partium feminae speciei sequentis et *Ichneumonis confusorii* et *extensorii*. *Longitudo* 5—6 linearum. *Antennae* articulis 9—16, vel eorum plurimis, albis, subtus fuscescentibus aut ferrugineis. *Orbitae* oculorum frontales rarissime obsolete rufescentes. *Thorax* interdum puncto albo infra alas. *Scutellum* album. *Alae* fumato-hyalinae; stigmate rufo, rarius ferrugineo aut fusco; radio et radice ferrugineis aut fuscis; squamula fusca aut nigra, rarissime ferruginea; areola quinqueangulari. *Pedes* nigri aut nigro-fusci; antici femoribus subtus apice ferrugineis aut piceostramineis, rarissime totis nigris

aut latere infero toto piceostramineo, tibiis subtus ferrugineis aut piceostramineis; tarsis ferrugineis supra interdum fuscescentibus; medii plerumque latere interno tibiarum, interdum etiam tarsis et femorum geniculo, ferrugineis; postici plerumque tibiis ante basin, rarius latere interno toto, fuscoferrugineis. *Abdomen* segmentis 2 et 3 subtiliter punctatis, subopacis, interdum fuscis aut margine summo subcastaneis, 2 rarissime toto nigricante; sequentibus nitidioribus; 6 et 7 macula dorsali alba, rarissime quoque 5 macula aut puncto dorsali albo.

Individua pluria e *Silesia Fennia* et *Italia* accepi.

Synonyma:

Ichn. computatorius Müll. Prodr. n. 1769.
„ Gravenh. Pedemont. n. 28.

Nota:

De confusione hujus speciei cum *Ichneumone molitorio* aliisque conferas synonyma mixta ad speciem sequentem et lineas ultimas notae ad *Ichn. saturatorium* et *quaesitorium*. — Caeterum autem individua variant, abdomine aliis paulo crassiore aliis paulo angustiore, antennis his paulo brevioribus et crassioribus, illis paulo longioribus et gracilioribus.

87. I. MOLITORIUS.

Antennarum et tibiarum annulo albo. m. f. (mas orbitis oculorum frontalibus albis).

Statura et proportio partium omnino *Ichneumonis confusorii*. Mas differt a femina antennis pedibusque gracilioribus, abdomine minus convexo paululumque angustiore.

Longitudo 4½—6½ linearum. *Caput* maris orbitis oculorum frontalibus albis. *Antennae* maris articulis 9—16 albis, subtus puncto fusco; feminae articulis 7—15, vel eorum plurimis, albis, subtus dilutecroceis aut puncto fusco. *Thorax* maris interdum puncto albo infra alas. *Scutellum* album. *Alae* fumatohyalinae, rarius silaceo-hyalinae; stigmate rufo, in femina rarius fusco; radio et squamula fuscis; radice rufescente, rarius fusca; areola quinqueangulari. *Pedes* femoribus anticis plerumque apice ferrugineo aut exalbo; tibiis albis aut flavoalbis, basi summa nigra aut nigrofusca, apice nigro, anticis interdum apice ferrugineo et rarius in mare latere interno toto albo; tarsis anticis aut anterioribus ferrugineis, interdum supra fuscis, feminae rarius omnibus rufis, posticis apice articulorum nigro. *Abdomen feminae* segmentis 2 et 3 subopacis; 2 interdum ferrugineonebuloso aut toto nigrobadio; sequentibus nitidioribus, rarius subpurpurascentibus; plerumque 6 et 7 macula dorsali alba, rarius quoque 5 puncto albido, rarissime tantum 7 puncto dor-

sali albo; *maris* segmentis nitidioribus quam feminae; macula dorsali segmenti 7, interdum etiam puncto minuto marginali segmenti 6, albis.

Marem unum *a Stillfried* cepit prope *Hirschberg*, alterum vidi in museo *Comitis de Hoffmannsegg*. — *Feminae* quaedam in *Silesia Lusatia Volhynia Anglia* et *Fennia* captae, mecum communicatae sunt.

Synonyma genuina:

Ichn. molitorius Linn. Faun. n. 1587. — Syst. XII, p. 931, n. 10.
„ Fuessl. Helv. p. 49, n. 941; habitat vere in floribus haud raro.
„ Müll. Prodr. n. 1768.
„ Christ p. 348, tab. 35, fig. 6.
„ Walckenaer p. 49, n. 2.
„ Latreille Crust. XIII, p. 185, n. 24.
Crypturus molitorius Lamarck p. 141, n. 2.

Synonyma mixta:

Multi auctores trium varietatum hujus speciei mentionem faciunt, nempe 1) abdominis apice et tibiarum basi albis; 2) abdomine pedibusque totis atris; 3) tibiis nigris, abdominis apice albo. Hae varietates autem sunt species peculiares, et quidem var. 1 verus *Ichn. molitorius* Linn., var. 2 *Ichneum. funereus* aut *lugens*; var. 3 *Ichneum. computatorius*:

Huc adhibendi sunt:

Ichn. molitorius Fabr. Syst. p. 329, n. 12. — Spec. p. 422, n. 12. — Ent. p. 133, n. 3. — Piez. p. 55, n. 5.
„ Villers p. 137, n. 10; prope Lugdunum.
„ Gmel. ed. Linn. p. 2676, n. 10.
„ Rossi p. 68, n. 745.
„ Olivier p. 167, n. 15.
„ Cederhielm p. 155, n. 476.
„ Trentep. Revis. pag. 17, n. 3; in Iside 1826 p. 64, n. 3.

Nonnulli auctores, v. c. Panzer in Revisione p. 60, individua abdominis apice concolore mares esse individuorum abdominis apice albomaculato, putaverunt, sed natura hanc opinionem haud probavit. Illiger, ad Rossi *Ichn.* n. 745, jam monuit, plures species sub *Ichneum. molitorio* confundi; et forsan omnes hujus familiae species nigrae, annulo antennarum et scutello albis, abdominis apice albomaculato aut concolore, quales sunt *Ichneum. pistorius*, *nigritarius*, *leucomelas*, *funereus*, *lugens*, *personatus*, *quaesitorius*, *ferreus*, *saturatorius*, pro varietatibus *Ichneumonis molitorii* habitae sunt.

Schrank in Fuessl. Magaz. I, p. 292, n. 706 jam putavit, *Ichn. deliratorium*, *edictorium* et *comitatorem* cum *Ichneumone molitorio* conjungendos esse; harumque varietatum arbitrariarum numerum valde adhuc auxit in Fauna Boica, sub n. 2072, nulla coloris antennarum et scutelli

habita ratione. Liceat, has Schrankii varietates *Ichneumonis molitorii* accuratius hic recensere:

a) Antennis albo-annulatis, orbitis oculorum internis albis. (Noster *Ichn. pistorius*). Auctor ad hanc varietatem citat *Ichn. molitorium* Fabr. Spec. I, p. 422, n. 12; sed Fabricius, nec loco allegato nec in operibus recentioribus, hanc speciem orbitis oculorum internis albis descripsit.

b) Facie, scutello, basi tibiarum posticarum et tarsorum posticorum, punctis duobus ante alas, albis; antennis totis nigris. (Noster *Ichn. deliratorius*). — Schrank ad hanc varietatem citat *Ichn. deliratorium* Austr. n. 706, et *Ichn. fabricatorium* Müll. Prodr. n. 1790; sed hic Mülleri Ichneumon »thorace est immaculato et variat major totus ater, »solo scutello tibiisque albis,« quod ad hanc varietatem haud quadrat.

c) Totus niger; pedibus posticis nigris; annulo antennarum scutelloque albis. (Nostri *Ichneum. funerei* varietates tibiis posticis obscurioribus).

d) Totus niger, pedibus posticis scutelloque nigris, antennis alboannulatis. (Nostri *Ichneum. comitatoris* et *nigritarii* varietates pedibus posticis totis nigris).

e) Niger; antennarum annulo, scutello, abdominis apice, tibiarumque basi, albis. (Genuinus *Ichn. molitorius*).

f) Niger; scutello flavo, antennarum annulo albo, tibiis posticis basi obscurotestudineis. (Nostri *Ichneumonis funerei* varietates tibiis posticis basi ferrugineis).

g) Niger; scutello, lineola ante alas, alteraque infra alas, albis; tibiis anterioribus pallide testudineis, lateribus abdominis subtestudineis. — Citatur *Ichn. edictorius* Austr. n. 709, et Linn. Faun. n. 1596; dubito autem, num *Ichn. edictorius* Linn. huc referri possit, describitur enim »tibiis omnibus, uti et palmis in primis pedibus, »albis,« coloris testudinei laterum abdominis autem nulla fit mentio.

h) Niger; antennis et thorace nigris, scutello albo; pedibus ferrugineis, tibiis posticis nigris annulo albo. (Noster *Ichneumon vespertinus*).

i) Totus niger, scutello nigro; antennarum tibiarumque annulo albo. (Forsan femina nostri *Ichneumonis pallifrontis*).

Nota:

Cum haec species et *Ichneum. confusorius*, tam statura et proportione partium, quam colore et picturis (exceptis segmentis 2 et 3), omnino inter se congruant, in utraque specie autem individua occurrant segmentis 2 et 3 fuscis et fuscocastaneis, quae ergo medium tenent inter *molitorium* et *confusorium*, in eo eram ut ambas species in unam conjunxissem; sed decolorationem illam segmentorum statui cuidam morboso, et elaborationi imperfectae humorum colorantium, imputare malo, qui autem nullo modo rationes praebere possunt species duas in unam conjungendi. Conferas attamen quae in nota ad *Ichneum. gracilicornem* monebo.

Individuorum, in Museo Fabriciano asservatorum, nullum genuino Ichn. molitorio respondet; sed quod Trentepohl (l. c.) pro tali descripsit, femina esse videtur *Ichn. deliratorii*; varietates autem l. c. descriptae vel ad *funereum* vel ad *lugentem* adhiberi possunt.

SECTIO V.

Scutello pallido aut pallidenotato; abdomine tricolore.

Abdominis colores sunt niger rufus et albus seu flavus, ita quidem ut segmenta 2 et 3, rarius pauciora (in *Ichn. amatorio*), aut plura (in *Ichn. deceptore* et *octoguttato*), rufa, sequentia nigra, ultima dorso albo- aut flavo-marginata vel maculata sint. Rarius segmenta rufa colore flavo mixta sunt vel tota flava evadunt, interdum vel nigro-maculata sunt (*Ichn. ornatorio* et *vadatorio*) vel flavo-marginata (*Ichn. ambulatorio* et *laboratorio*). *Ichn. flavolimbati* segmenta ultima tota nigra sunt.

Scutellum, plerumque totum albidum aut flavescens, nonnunquam solo apice albet (e. g. *Ichn. octoguttato*). — *Ichn. stramentarius* et *terminatorius*, segmentis 2 et 3 flavis aut testaceis, ad *sectionem* 6 spectant. *Ichn. uniguttati* var. abdominis apice fere toto nigro, ad *sectionem* 8.

In *sectione* 4 species nonnullae (*Ichn. salicatorius, molitorius, computatorius* et *flavostigma*), abdomine tricolore variant, in *sectione* 6, *Ichn. occisorius*, in *sectione* 7, *Ichn. equitatorius*, indeque propius ad hanc quintam sectionem accedunt.

87b. I. DIDYMUS, n.

Maculis duabus segmenti secundi, tibiis tarsisque, rufis; lineolis duabus ad alarum radicem, annuloque antennarum, albis. f.

Statura et proportio partium omnino *Ichn. computatorii* et *melanobati*; pictura thoracis et abdominis ab utroque differt.

Longitudo fere 8 linearum. *Caput* palpis et mandibulis ferrugineis; orbitis oculorum frontalibus rufis. *Antennae* articulo 9 albo, subtus fusco; 10—16 albis, subtus sordidis; 17—19 albis, subtus fuscis; sequentibus subtus ferrugineis. *Thorax* margine supero colli et lineola ante alas testaceis, lineola flava infra alas. *Scutellum* flavum. *Alae* fumato-hyalinae, stigmate dilute-rufo, radio et radice ferrugineis, squamula fusca. *Pedes* femoribus anticis apice rufo; tibiis rufis, posterioribus apice nigro; tarsis rufis, posticis apice articulorum nigro. *Abdomen* segmento 2 margine summo et maculis duabus dorsalibus irregularibus rufocastaneis; segmentis 6 et 7 macula dorsali stramineo-alba.

Individuum *fennicum* unicum *Sahlberg* mihi transmisit.

88. I. MELANOBATUS. n.

Segmentis 2 et 3 rufis; annulo antennarum albo. f.

Statura et proportio partium omnino feminarum majorum speciei sequentis, magnitudine autem insigniore.

Longitudo 7½ linearum. *Antennae* articulis 10—17 supra albis. *Thorax* puncto albo infra alas. *Scutellum* album. *Alae* fumatohyalinae, stigmate rufo, radice radio et squamula fusconigris. *Pedes* nigri; antici tibiis tarsisque subtus stramineis, femoribus subtus apice sordidestramineis; medii tibiis tarsisque subtus obscuroferrugineis. *Abdomen* segmentis 2 et 3 rufis, 6 et 7 linea longitudinali alba.

Individuum unicum *austriacum* *Besser* mihi misit.

89. I. EXTENSORIUS.

Annulo antennarum albo; segmentis 2 et 3 rufis; tibiis rufis, posticis apice nigro. m. f. (mas femoribus anterioribus rufis).

Mas:

Statura longiore et graciliore quam femina.

Longitudo 5—5½ linearum. *Antennae* setaceae, corporis dimidii longitudine, apice incurvae aut involutae; articulis 8—16, vel eorum plurimis, supra et lateribus albis. *Thorax* puncto albido

infra alas. *Scutellum* flavoalbum. *Alae* silaceo-hyalinae, stigmate fulvo, radio radice et squamula fuscis; areola quinqueangulari. *Pedes* mediocres aut subcrassiusculi, plerumque paulo graciliores quam feminae, rufi, coxis et trochanteribus nigris; postici femoribus et tibiarum apice nigris, tarsis nigricantibus. *Abdomen* capite thoraceque longius, thoracisque circiter latitudine; segmentis 2 et 3 rufis, 3 interdum margine nigro, 4—7 macula media marginali alba.

Femina.

Statura breviore et crassiore a mare differt.

Longitudo $3\frac{1}{2}$—6 linearum. *Caput* interdum orbitis oculorum internis subflavicantibus aut rubricosis, distinctioribus vel obsoletioribus. *Antennae* corporis dimidii longitudine, apice incurvae aut involutae; articulis 8—17, vel plurimis eorum, albis subtus rufis aut fuscis, sequentibus rarius fuscoferrugineis. *Thorax* interdum puncto albo infra alas, rarissime puncto albo ante alas. *Scutellum* album. *Alae* silaceo-hyalinae, stigmate diluterufo; radio fusco; radice et squamula fuscis, rarius ferrugineis aut dilute rufis. *Pedes* coxis et trochanteribus nigris; femoribus nigris, anterioribus inferne vel totis vel apice rufis, mediis rarissime totis nigris, posticis interdum summa basi rufa; tibiis rufis, anticis dilutioribus, mediis interdum apice nigro, posticis semper apice, interdum ad medium usque, nigris, rarius subtus flavicantibus, rarissime tibiis omnibus subtus flavican-

tibus; tarsis rufis, posterioribus seu posticis saepius fuscescentibus aut nigris. *Abdomen* ovatum aut oblongoovatum, capitis thoracisque latitudine et longitudine, vel paulo longius, apice acutum; segmento primo nigro, rarius antice vel toto rufo vel macula rufa; segmentis 2 et 3 rufis, rarius croceis aut margine segmenti 3 nigricante; 4 plerumque toto nigro, rarissime vel puncto dorsali albo, vel puncto laterali rufo, vel lateribus rufescentibus; 5 nigro, interdum puncto albo; 6 et 7 nigris, macula dorsali alba majore minoreve.

Nees ab Esenbeck par hujus speciei, mense Martio, *in copula* prehendit; femina erat varietas illa, quam in Uebers. sub nomine *Ichneum. vexatorii* pro specie peculiari habui. — *Mares* plures *de Heyden* autumno, socialiter sub cortice quercus latentes, legit; ipse quoque nonnullos prope *Helmstadium* sub cortice quercus legi; quosdam e *Silesia Toscana Fennia* et *Tauria* accepi. — *Feminae*, maribus multo frequentiores, e pluribus *Germaniae Italiae Galliae* regionibus, nec non e *Volhynia Tauria* et *Anglia* (circa *Netley* lectae) mecum communicatae sunt; hyemant sub muscis et sub cortice arborum socialiter, teste *de Heyden*, qui eas in his latebris legit; ipse plures aestate in umbellatis cepi.

Varietates feminae.

1. *Antennis subannulatis.* — Longitudo $4\frac{1}{3}$ linearum. *Antennae* nigrae, articulis 12 et 13

supra exalbidis. — Caetera sicut in plurimis feminis genuinis.

Feminam unicam *Bonellio* debeo.

2. *Antennis subtricoloribus.* — *Longitudo* 4—4½ linearum. — *Antennae* articulis 1 et 2 nigris, interdum subtus ferrugineis, 3—9 ferrugineis basi nigris, 10—14 albis subtus rufis, sequentibus fuscis. *Femora* antica tota rufa, media interne rufa, postica basi summa rufa. — Caetera sicut in feminis genuinis plurimis.

Unicum individuum cepit *Manger* prope *Warmbrunn*, alterum *fennicum* *Sahlberg* transmisit.

3. *Segmento quarto lateribus rufis.* — *Femora* anteriora vel tota, vel latere interno, vel solo apice, rufa. *Segmentum* quartum lateribus, interdum etiam basi summa, rufescentibus. — Caetera sicut in plurimis feminis genuinis.

Duo individua a *Stillfried* prope *Hirschberg* cepit, tertium, *austriacum*, Besser transmisit.

4. *Femoribus anticis totis rufis.* — *Longitudo* 4 linearum. *Caput* mandibularum medio et clypei fascia badiis. *Thorax* puncto albo infra alas. *Alae* stigmate et radio fuscis, radice et squamula nigris, hac puncto albo. *Femora* antica tota, media apice rufa. *Abdomen* segmento 1 apice rufo, 2 et 3 rufis, 4 et 5 margine lato albo, 6 et 7 macula magna dorsali alba. — Caetera sicut in feminis genuinis.

Unicum individuum prope *Kratislaviam* cepi.

Quaedam alia individua, *longitudine* 4—5 linearum; *antennarum* articulis 4—15 interdum subtus ferrugineis, sensim dilutioribus; *femoribus* anticis totis, mediis inferne, posticis basi summa, rufis; *tibiis* posticis interdum subtus subflavicantibus; *segmento* tertio interdum fere toto nigro; caeteris autem cum feminis genuinis congruentia, cepi prope *Helmstadium*, flores Petroselini frequentantia; unum *Besser* e *Volhynia* mecum communicavit.

5. *Femoribus omnibus rufis.* — Interdum femorum posticorum geniculo nigro, aut femoribus mediis ante basin subfuscescentibus. *Segmentum* tertium interdum margine summo nigro, rarius nigrofuscum lateribus badiis; quartum rarius basi summa et lateribus rufis. — Caetera sicut in feminis plurimis genuinis.

Quaedam individua accepi e *Silesia, Volhynia, Tauria, Anglia* (circa *Netley* lecta); nonnulla ipse in umbellatis prope *Cudovam* et *Gottingam* prehendi.

6. *Femoribus omnibus rufis; segmento tertio basi nigro.* — *Statura* et proportio partium omnino *Ichneumonis sarcitorii* et individuorum quorundam, abdomine magis contracto, *extensorii;* inter ambas species, etiam colore pedum et segmentorum intermediorum, haec varietas medium tenet. — *Thorax* puncto albo infra alas. *Coxae posticae* apice rufo. *Femora* postica geniculo

nigro. *Abdomen* segmentis 2 et 3 rufis, 3 basi summa nigricante, 5 macula transversali marginali alba, 6 et 7 dorso albo. — Caetera sicut in plurimis feminis genuinis.

Feminas duas *a Steven* e *Tauria* mihi transmisit.

Synonyma genuina:

Ichn. extensorius Gravenh. Pedemont. n. 29.

Ichn. vexatorius et *lusorius* Gravenh. Uebers. n. 3733 et 3734.

Ichn. extensorius mas Illigeri in nota ad Rossii Faun. II, p. 57, n. 742.

„ Trentep. in Iside 1826, p. 227, n. 44.

Synonyma mixta et ambigua:

Ichn extensorius Linn. Fauna n. 1581. — Syst. XII, pag. 930, n. 4. — Pedibus luteis a nostro differt, cui color pedum (tibiarum) idem est ac segmenti 2 et 3; forsan ad *Ichn. confusorium* aut *terminatorium* adhibendus. Linneus etiam duas species confudisse videtur, dicit enim in diagnose »ultimis segmentis apice albis,« in descriptione autem »segmento 2 et 3 ferrugineo, reliquis immaculatis.« — Idem monendum est de *Ichneumonibus* 22 et 23 Actor. Suec. anni 1736 p. 126.

„ Stroem in Trond. Selsk. Skr. III, pag. 418, n. 42, et in translat. germ. p. 376, n. 42. — In diagnose quidem dicitur »segmen-

tis ultimis apice albidis; in descriptione satis ampla autem hujus coloris nulla fit mentio. Descriptio quadrat ad nostrum *Ichn. culpatorium.*

Ichn. extensorius Müller Prodr. pag. 152, n. 1766. Auctor de pedum colore omnino tacet.

Schrank Austr. n. 696, et

Villers p. 185, n. 4. Auctores diagnosin et descriptionem Linnaei susceperunt, praeterea que addunt, variat antennis ante annulum album rufis, — manifesto ergo *Ichn. raptorium* cum *extensorio* confuderunt. Ex adnotatione amborum auctorum, in mare segmenta duo ultima abdominis albomaculata sunt, quod autem haec cum observatione Illigeri (in Rossii Fauna II, pag. 57, n. 742), nec cum descriptione mea prius edita, congruit.

„ Gm. ed. Linn. p. 2685, n. 4; diagnosin Linnaeanam recepit, descriptionem omisit.

Rossii Faun. n. 742. — Descriptio nimis brevis atque dubio relinquit de speciei identitate.

Christ pag. 346 est noster *Ichneum. confusorius.*

Borowski p. 32, n. 2, tab. 57, A, fig. 2. Icon mutuata est e Schaefferi Icon. t. 61, fig. 8, quae ad nostrum *Ichn. ornatorium* referri debet.

Ichn. extensorius Olivier pag. 169, n. 4. — De colore pedum nihil dicitur. Varietas autem, antennis a basi usque ad annulum album ferrugineis, ad *Ichneumonem raptorium* redigenda est.

Fabr. Syst. pag. 327, n. 4. — Piez. pag. 56, n. 12. — Diagnosis Linneana recepta est, descriptio omnino omissa; inde species ambigua. Individua tamen in museo Fabriciano asservata, penitus huic speciei respondent, de quibus conferas Trentepohlium l. c.

Panzer Fauna, fasc. 19, tab. 17. — Secundum verba ipsa auctoris ad Schaeff. Icon. pag. 60, n. 1 et 2, et in Revis. pag. 61, icon illa haud ad *Ichn. extensorium*, sed ad *Ichn. grossorium* adhibenda est.

„ Latreille Crust. XIII, p. 186 (de antennis et pedibus auctor tacet).

„ Cederhielm p. 156, n. 479. — Descriptio nimis brevis est.

„ Walckenaer p. 50, n. 7 — idem.

„ Thunb. Ichn. 167, ad varietatem quintam nostrae speciei referri potest.

Ichn. motatorius Olivier p. 168, n. 19 — ad varietatem quartam feminarum nostri *Ichn. extensorii* adhibendus esse videtur.

Ichn. raptorius Rossi n. 741, varietas, abdominis segmentis duobus ferrugineis, forsan ad nostrum *extensorium* pertinet. Porro:

„ Thunb. Ichn. 68.

Ichn. raptorius Schrank Austr. n. 696, et
„ Olivier p. 164, n. 2, nec non
„ Schrank Boica n. 2076 (excepta varietate *β*, quae ad *Ichn. raptorium* nostrum quadrat) ad nostrum *extensorium* referri possunt.
„ Trentepohl in Iside 1826, pag. 228, n. 45, var. *a*; forsan quoque var. *b*, quae tamen eodem jure ad *Ichn. bilunulatum* adhiberi potest. (De genuino *Ichn. raptorio* Trentep. conferas notam ad nostrum *raptorium*).
„ Latreille Crust. XIII, p. 186, n. 30.

Ichn. Geoffroy p. 342, n. 49, quem Fourcroy, in Ent. Par. p. 410, n. 50; *Ichn. tripunctatum* appellavit, a plurimis auctoribus ad *Ichneum. raptorium*, ab Illigero autem (in Rossi Fauna II, pag. 56 et 57) ad *Ichn. extensorium* adhibetur; rectius forsan ad hunc referri deberet, cum Geoffroy coloris rufi baseos antennarum, *raptorium* distinguentis, nullam faciat mentionem.

Ichn. Schaefferi Ic. tab. 43, fig. 1 et 2 multi auctores ad *Ichneum. extensorium* citant; a nostro extensorio autem discrepat ille, segmentis ultimis haud albomaculatis sed albomarginatis. Eandem Schaefferi iconem citat Schrank, in Fauna Boica, ad *Ichn. pictum* (nostrum *vadatorium*), Villers interrogative ad *ambulatorium*,

quibus autem multo minus respondere videtur.

Ichn. Schaefferi Icon. tab. 61, fig. 4, quem Müller, in Prodr. et Schrank, in Fauna Boica, ad *Ichn. extensorium*, Panzer autem ad *Ichn. sarcitorium*, adhibuerunt, melius ad nostrum *Ichn. extensorium* marem quadraret, si segmenta quatuor ultima haud albomarginata, sed albomaculata, essent; potius ad nostrum *Ichn. vadatorium* adhibendus esse videtur. Errant autem Gmelin et Olivier, qui hunc Schaefferi Ichneumonem ad *saturatorium* citant.

Sphex annularis Poda M. graec. p. 107, n. 4 forsan huc pertinet.

Nota:

E descriptione édita hujus speciei ejusque varietatum, imprimis feminarum, apparet, picturas earum satis variabiles esse; sed etiam statura et proportio partium in individuis nonnullis variat: Quaedam individua, cum speciei genuinae, tum varietatis quartae, a reliquis statura angustiore differunt; alia abdominis apice angustiore; sunt etiam quae abdomine paulo breviore a reliquis discrepant. Varietas secunda, nec non quaedam individua varietatis quintae, antennis gracilioribus distinguuntur; contra autem, antennis brevioribus et crassioribus nonnulla speciei genuinae individua conspicua sunt. Sed omnes hae differentiae vel

admodum laeves sunt, vel sensim sensimque in serie individuorum transmutantur, et nullo modo characteres suppeditare possunt, individua hujus speciei in plures species separandi. De affinitate hujus speciei cum plurimis proxime sequentium, conferas notam ad *Ichneumonem gracilicornem* (n. 98).

90. I. CONFUSORIUS.

Segmentis 2 et 3 rufis, tibiis flavis apice obscuro, antennarum annulo albo. ♀.

Statura et proportio partium feminarum speciei praecedentis.

Longitudo 4—7 linearum. *Caput* rarius palpis et mandibulis rufis, saepius orbitis oculorum internis rubricosis, rarius rufis. *Antennae* vix dimidii corporis longitudine, apice involutae, articulis 8—16, vel eorum plurimis, albis, subtus rufis aut fuscis. *Thorax* gibbulus, rarissime puncto albo infra alas. *Scutellum* album. *Alae* silaceohyalinae, stigmate rufo aut dilutecroceo, radio et radice rufis aut fuscis, squamula rufa aut ferruginea aut fusca, areola quinqueangulari. *Pedes* femoribus anticis rarissime totis rufis, puncto fusco basali, plerumque nigris apice rufo, mediis nigris apice rufo, posticis nigris interdum basi rufa; tibiis anticis flavis aut albidis, apice et latere interno rufis aut dilutecroceis, mediis flavis, subtus rufis aut dilute croceis, apice rufo aut fuscescente,

posticis flavis, rarius cum colore rufo submixtis, basi summa rufa aut fusca, apice fusco aut nigro interdum rufomarginato; tarsis rufis, posticis rarius nigris aut apice articulorum nigro. *Abdomen* ovatum, capitis thoracisque longitudine et latitudine; segmentis 2 et 3 rufis, rarius dilute croceis, rarissime dorso flavicante; 5 rarius toto nigro; plerumque macula aut puncto, majore minoreve, albo; 6 et 7 macula alba.

Feminas plures, passim in *Silesia*, nec non circa *Niesky*, *Sickershausen*, *Trajectum ad Moenum*, *Netley* et in *Italia*, captas, accepi; ipse unum individuum prehendi in fruteto prope *Cudowam* mense Augusto.

Varietates.

1. *Tibiis flavorufescentibus, posticis apice nigro.* — Haec varietas intermedia est inter *Ichneumonem confusorium* et *extensorium* ambasque species jungere videtur; saepe occurrit cum specie genuina, praesertim in *Anglia*.

2. *Antennis tricoloribus.* — *Antennae* paulo breviores et crassiores quam in reliquis individuis; articulo 1 nigro, articulis 2—8 dilute rufis, 9—13 albis, sequentibus fuscis subtus ferrugineis. *Femora* anteriora subtus et apice stramineoferruginea. Caetera sicut in plurimis individuis genuinis.

Unam feminam *Besser* in *Volhynia* mecum communicavit.

Synonyma:

Ichn. confusor Gravenh. Pèdemont., n. 30.
„ Geoffroy II, p. 343, n. 49 var. B. (species genuina et var. A. ad *Ichn. extensorium* spectant).
Ichn. raptorius Villers p. 155, n. 2 varietas »femo»ribus omnibus nigris, tibiis basi albis »apice nigris.«
Ichn. extensorius Christ p. 346.

Nota:

Secundum observationem (in literis mecum communicatam) *Neesii ab Esenbeck*, cui haec species etiam nomen receptum debet, *os* ejus omnino cum ore *Ichneumonis luctatorii* congruit, quem ergo conferas.

De affinitate hujus speciei cum *Ichn. molitorio*, vide notam ad *molitorium* (n. 87); de affinitate ejus cum speciebus nonnullis aliis plura in nota ad *Ichneumonem gracilicornem* (n. 98) monebo.

91. I. SILACEUS. n.

Segmentis 2 et 3 silaceis; pedibus rufis, coxis et trochanteribus nec non femoribus posticis nigris, tibiis flavicantibus; antennarum annulo albo. f.

Statura **et proportio partium praecedentis; antennis vix paulo gracilioribus.**

Longitudo 4—5 linearum. *Antennae* articulis 1—7 subtus obscuroferrugineis; 9—14, interdum etiam 8, albis, subtus interdum rufis. *Alae* fumatohyalinae, stigmate rufo, radio radice et squamula fuscis. *Scutellum* album. *Pedes* coxis et trochanteribus nigris; femoribus rufis, posticis a medio apicem usque nigris; tibiis flavicantibus, anterioribus subtus et apice rufis, posticis apice nigro; tarsis rufis, posticis apice fusco. *Abdomen* segmentis 2 et 3 dilute rufis, apicem versus flavis; 4 puncto albo; 5 et 6 macula alba.

Unum individuum cepi, una cum *Ichn. extensorii* varietate quinta, in flore Pastinacae sativae prope *Helmstadium;* alterum, prope *Warmbrunn* captum, *Manger* mecum communicavit.

Nota:

Conferas notam ad Ichn. n. 98.

92. I. AMMONIUS.

Antennis tricoloribus; segmentis 2 et 3 tibiisque rufis; segmentis 6 et 7 puncto dorsali albo. m. f.

Statura et proportio partium *Ichneumonis extensorii;* mas ano paulo obtusiore.

Longitudo 5 linearum; mas interdum paulo longior. *Caput* orbitis oculorum internis sanguineis. *Antennae* articulis 1—7 feminae rufoferrugineis; maris 1 toto nigro, 2—7 fuscoferrugineis

sensim dilutioribus, 7—13 vel 8—13 albis, subtus dilutecroceis; sequentibus fuscis. *Thorax* maris interdum punctis duobus albis ad radicem alarum, vel unico obsoleto infra alas. *Scutellum* album. *Alae* silaceo-hyalinae, stigmate radio et radice rufis, squamula sordide straminea aut rufoferruginea. *Pedes* femoribus apice rufis, posticis maris totis nigris; tibiis anterioribus feminae apice rufoferrugineis, posticis maris rufis apice nigro subtus interdum subflavicantibus, feminae rufis medio subflavicante apice fusco; tarsis rufis. *Abdomen* segmentis 2 et 3 rufis, 6 et 7 puncto dorsali albo.

Feminam et quosdam mares *Manger* circa *Warmbrunn* cepit; quidam mares etiam circa *Vratislaviam* capti sunt.

Varietas:

1. *Femoribus totis rufis; antennis bicoloribus*, f. — *Statura* etc. speciei genuinae, pedibus forsan paulo crassioribus. — *Longitudo* 4½ linearum. *Caput* orbitis oculorum occipitalibus puncto albo. *Antennae* nigrae; articulis 13—16 supra albis, sequentibus subtus ferrugineis. *Scutellum* album. *Alae* fumatohyalinae, stigmate fuscopiceo, radio fusco, radice picea, squamula nigra; areola subquinqueangulari, subirregulari. *Pedes* rufi; coxis et trochanteribus nigris, tarsis posticis fuscescentibus. *Abdomen* segmentis 2 et 3 badiis, 4 macula laterali badia, 6 et 7 macula transversali alba.

Feminam unicam *pedemontanam Bonellii* mihi transmisit.

Synonymon:

Ichn. animonius Gravenh. Pedemont., n. 31.

Nota:

Dubius adhuc sum, num varietas descripta huc pertineat.

De affinitate hujus speciei cum aliis vide notam ad *Ichn. gracilicornem*, n. 98.

STRAMENTARIUS.

Segmentis 2 et 3 tibiisque flavis, his apice obscuro; annulo antennarum albo. f.

Statura et proportio partium omnino *Ichn. confusorii.*

Longitudo 6—7⅔ linearum. *Caput* interdum orbitis oculorum internis flavicantibus aut obsolete sanguineis. *Antennae* articulis 8—16, vel eorum plurimis, albis aut flavicantibus, subtus vel sordide-stramineis vel rufis vel fuscoferrugineis. *Thorax* interdum lineola infra scutellum, rarius quoque punctis duobus ad radicem alarum, albidis aut flavis. *Scutellum* flavum aut albidum. *Alae* silaceo-hyalinae; stigmate dilutecroceo; radio et radice rufis aut ferrugineis; squamula rufa aut fusca. *Pedes* femoribus anterioribus apice ferrugineo aut sordide stramineo; tibiis flavis, anterioribus ple-

rumque apice rufo, mediis interdum apice nigro, posticis apice nigro basi interdum ferruginea; tarsis rufis aut ferrugineis, posticis plerumque apice articulorum nigro. *Abdomen* segmentis 2 et 3 flavis; 5, 6 et 7 puncto dorsali flavo.

Unum individuum cepi mense Junio prope *Barterodam* in umbellatis; quaedam alia e *Silesia Gallia* et *Italia* mecum communicata sunt.

Synonyma:

Ichn. stramentarius Gravenh. Pedemont., n. 82.

Nota:

De affinitate hujus speciei cum quibusdam aliis conferas notam ad *Ichn. gracilicornem*, n. 98.

94. I. TERMINATORIUS.

Segmentis 2 et 3 flavostramineis, incisura nigra; tibiis flavostramineis apice obscuro; annulo antennarum albo. f.

Statura et proportio partium omnino *Ichneumonis confusorii*.

Longitudo, 6—6½ linearum. *Caput* palpis plerumque apice ferrugineis, mandibulis interdum rufis, orbitis oculorum frontalibus ferrugineis aut flavicantibus tenuissimis. *Antennae* articulis 9—16, vel eorum plurimis, sordide albis, subtus ferrugineis. *Scutellum* flavostramineum. *Alae* silaceo-hyalinae, stigmate et radio dilute croceis, radice straminea, squamula rufa. *Pedes* femoribus an-

teríoribus apice dilute rufo aut ferrugineo, mediis interdum fere totis nigris; tibiis flavis, interdum ferrugineo mixtis, anterioribus apice fulvo aut ferrugineo, posticis apice nigro; tarsis ferrugineis aut rufis aut flavicantibus. *Abdomen* segmentis 2 et 3 flavis aut dilute croceis, incisura media nigricante; 5, 6 et 7 puncto dorsali flavo.

Feminam cepi die 3 Septembris in Angelica sylvestri prope *Wölfelsgrund*, *Dahl* unam cepit prope *Vindobonam* in pinetis; quaedam alia individua ex aliis *Silesiae* locis, nec non e *Gallia*, *Italia* et *Anglia*, mihi transmissa sunt.

Synonyma:

Ichn. terminatorius Gravenh. Pedemont. n. 33.

Ichn. Geoffroi II, p. 344, n. 52 varietas segmentis ultimis flavomaculatis (species genuina absque maculis est, nec huc pertinet).

Nota:

Errant Villers et Schrank (in Ins. Austr.), qui allegatum illum Geoffroyi Ichneumonem ad *Ichn. extensorium* adhibent, nec enim species genuina (segmentis ultimis immaculatis), nec varietas ejus, ad nostrum *terminatorium* relata, *Ichneumoni extensorio* respondent.

Conferas caeterum quae, sub synonymis mixtis *Ichn. extensorii*, ad *Ichn. extensorium* Linnei monui, quaeque in nota ad *Ichn. gracilicornem* proferam.

95. I. CERINTHIUS.

Segmentis 2 et 3 flavis, incisura nigra; tibiis flavis, apice obscuro; annulo antennarum albo. f.

Statura graciliore, antennis pedibusque longioribus et gracilioribus, a specie praecedente differt, cui colore et pictura prope accedit.

Longitudo 5—5½ linearum. *Caput* orbitis oculorum frontalibus obsoletissime sanguineis. *Antennae* subgraciles, corpore dimidio paulo longiores; articulis 11—16 albis; subtus dilute croceis. *Scutellum* album. *Alae* silaceohyalinae; stigmate radio et radice dilute rufis, squamula fusca. *Pedes* femoribus anticis apice et fere toto latere inferno rufis, mediis solo apice rufo; tibiis flavis, anterioribus apice rufescente, posticis apice nigris; tarsis dilute rufis. *Abdomen* ovatum, capitis thoracisque latitudine et longitudine, vel paulo longius; segmentis 2 et 3 flavis incisura fusca, ultimis duobus puncto dorsali flavo.

Individua duo *pedemontana* a *Bonellio* accepi.

Synonyma.

Ichn. cerinthius Gravenh. Pedemont. n. 64.

Nota.

Conferas notam ad *Ichn. gracilicornem*, n. 98.

96. I. CAEDATOR. n.

Antennis tricoloribus; macula faciali et orbitis oculorum rubricosis; segmentis 2 et 3 rufis, ultimis albomarginatis; femoribus anterioribus tibiisque rufis. f.

Statura et proportio partium feminae sequentis speciei, imprimis ad ejus varietatem primam propius accedit, sed antennis paulo brevioribus et crassioribus differt.

Longitudo 4—4½ linearum. *Caput* palpis dilute rufis, clypeo interdum rubricoso, orbitis oculorum internis et tuberculo faciali rubricosis, interdum confluentibus, in altero individuo etiam genis hoc colore imbutis. *Antennae* corpore dimidio breviores, apice involutae, articulis 1—14 rufis, 12—14 aut 11—14 supra vel subflavescentibus vel albicantibus; sequentibus fuscis, subtus ferrugineis, sensim obscurioribus, ultimis totis fuscis. *Thorax* colli margine supero sordide eborino, puncto infra alas albo. *Scutellum* album. *Alae* fumatohyalinae, stigmate, radio, radice et squamula rufis. *Pedes* femoribus anterioribus totis, posticis basi summa, rufis; tibiis rufis, posticis apice nigro; tarsis rufis. *Abdomen* segmentis 2 et 3 rufis; 4 interdum margine albo, 5 margine albo, 6 et 7 supra totis albis.

Duo individua *a Steven* e *Tauria* misit, tertium, prope *Sickershausen* captum, *Nees ab Esenbeck;* hoc minus est, capite magis rubricoso, annulo albo antennarum distinctiore.

97. I. RAPTORIUS.

Antennis tricoloribus; segmentis 2 et 3 rufis, 5—7 macula dorsali alba, tibiis rufis. m. f.

Statura et proportio partium *Ichn. extensorii*; abdomine maris attamen paulo breviore.

Longitudo 4—6 linearum. *Caput* interdum orbitis oculorum internis rubricosis. *Antennae* aliis paulo crassiores, aliis paulo graciliores, articulis 1 et 2 nigris, 3—8—10 rufis aut ferrugineis; 9—15, vel eorum plurimis albidis, in mare interdum dilute silaceis, subtus rufis aut ferrugineis. *Scutellum* album aut flavescens. *Alae* silaceo- aut subfuscescenti-hyalinae, stigmate dilute rufo, radio et radice fuscis aut rufescentibus; squamula ferruginea, rarius nigra aut straminea; areola quinqueangulari. *Pedes* femoribus *maris* nigris, anterioribus apice ferrugineis, *feminae* nigris, anterioribus, rarius solis anticis, apice ferrugineis aut rufis, plerumque autem subtus totis rufis, posticis rarissime basi rufa; tibiis rufis, rarissime externe flavicantibus, posticis plerumque, rarius etiam mediis, apice nigro; tarsis rufis, posticis feminae interdum vel totis vel articulorum apicibus nigris. *Abdomen maris* longius quam feminae, capitis thoracisque longitudine, vel paulo longius, segmentis 2 et 3 rufis, 5—7 aut 4—7 macula, seu linea transversali marginali, alba; *feminae* segmentis 2 et 3 rufis, 5—7 macula alba.

Mares et *feminae* in *Silesiae Sudetis* et circa *Genuam* capti sunt; marem *Halae Saxonum* captum *Germar* mecum communicavit. Feminas, maribus multo frequentiores, e *Silesia*, *Austria*, *Bavaria*, *Hannovera*, *Genua* et *Volhynia* accepi; individua *lusitanica* vidi in museo *Comitis de Hoffmannsegg*; ipse quasdam prehendi circa *Cudovam Helmstadium* et in *Hercynia*, mensibus Iulii et Augusti, in umbellatis et fruticetis.

Varietates:

1. *Femoribus anterioribus totis rufis.* f. — *Longitudo* fere 4 linearum. *Antennae* graciliores, articulo primo semirufo. *Femora* postica nigra, basi rufa.

Unicum individuum cepi die 25 Maji in horto botanico universitatis *Vratislaviensis.*

2. *Femoribus rufis, posticis apice nigro.* f. — *Longitudo* 4⅓ linearum. — *Antennae* crassiores quam in reliquis individuis. *Segmentum* 5 totum nigrum. Caetera sicut in specie genuina.

Feminam unicam *Besser* e *Volhynia* misit.

3. *Antennis subbicoloribus.* m. — *Antennae* articulis 3—8 nigris, subtus interdum fuscoferrugineis. *Alae* areola rarius subtriangulari. *Tibiae* interdum omnes totae diluterufae. *Segmentorum* 5—7 maculae albae interdum parvae sunt. Caetera sicut in specie genuina.

Unum marem, *pedemontanum*, *Bonelli* transmisit, eumque cellula cubitali intermedia subtri-

angulari, tibiisque totis diluterufis, distinctum; duos cepi mense Augusti prope *Warmbrunn* in umbellatis et in gramine.

4. *Femoribus anticis totis rufis; segmentis* 6 *et* 7 *solis macula alba.* f. — *Longitudo* 8 ½ linearum. *Antennae* fulvorufae, articulo 1 supra fusco, 9—13 supra albidis, sequentibus totis fuscis. *Alae* subfumatohyalinae, irideae, stigmate diluterufo, radio et squamula rufis, radice fuscescente. *Pedes* antici rufi, coxis ferrugineis, trochanteribus nigris; medii rufi, femoribus subtus basin versus nigris, trochanteribus et coxis nigris, his macula ferruginea; postici nigri, trochanterum apice et femorum summa basi rufis, tibiis rufis apice nigro, tarsis supra fuscescentibus. *Abdomen* nigrum, segmentis 2 et 3 rufis, 6 et 7 macula dorsali testaceoalba. — Caetera sicut in specie genuina.

Individuum *fennicum* a *Sahlbergio* accepi.

Synonyma:

Ichn. raptorius Linn. Faun., n. 1579; habitat in pratis.
„ Fuessl. Helv., n. 985.
„ Villers, p. 184, n. 4 (exclusa varietate tibiis albis apice nigris).
„ Schrank Boica, n. 2076 var. β (var. α ad *Ichn. extensorium* spectare videtur).
„ Latreille Diction. XI, p. 538.
„ Gravenh. Pedemont. n. 35.

Ichn. extensorii varietas antennis ante annulum album rufis, cujus Villers (p. 186, n. 4) et Olivier (p. 165, n. 4) mentionem faciunt.

Nota.

Ichn. raptorius Fabr. Piez. p. 56, n. 6, Trentep. in Iside 1826 p. 228 et Walckenaer p. 50, n. 4, ob segmenta 2, 3 et 4 rufa, nec ad nostrum *raptorium* nec ad *extensorium* adhiberi potest. — *Ichn. raptorius* Müll. Prodr., n. 1765, ob citatam Iconem Pontoppidanianam, potius ad *Ichneumonem grossorium* referri debet.

Ichn. raptorius Panzeri ad Kob *Ichn. vadatorio* respondet.

De *Ichneumone raptorio* Schrankii, Latreillei, Rossii et Olivieri conferas quae ad *Ichn. extensorium*, inter synonyma mixta, monui. Ibidem etiam de Geoffroyi Ichneumone 49 locutus sum.

Nostri *Ichneumonis raptorii* varietas prima, antennis gracilioribus, femoribus anterioribus totis rufis, medium tenet inter hanc et sequentem speciem, ambasque jungere videtur. De his aliisque affinitatibus vide notam ad speciem sequentem.

98. I. GRACILICORNIS. n.

Antennis tricoloribus; segmentis 2 et 3 rufis; femoribus tibiisque rufis, posticis apice nigris. f.

A speciei praecedentis feminis haec differt antennis tenuioribus, pedibus gracilioribus et longioribus.

Longitudo 4—fere 6 linearum. *Antennae* graciles, dimidii corporis longitudine; articulis 1 et 2 nigris; 3—9 rufis, interdum basi fuscis; 8—10 interdum fuscescentibus, 10—14 aut 11—15 albicantibus, sequentibus nigris. *Scutellum* flavum. *Alae* fumatohyalinae aut subfuscescentihyalinae, stigmate dilutecroceo rarius ferrugineo aut fusco, radio radice et squamula fuscis, areola quinqueangulari. *Pedes* rufi; coxis et trochanteribus nigris; femoribus posticis geniculo nigro, interdum anticis, rarius etiam mediis, externe plus minus nigricantibus; tibiis posticis apice nigro; tarsis posticis nigricantibus, basi saepe rufis. *Abdomen* capitis thoracisque longitudine et latitudine; segmento primo rarius apice castaneo, segmentis 2 et 3 rufis, 4 rarius toto nigro, plerumque lateribus distinctius aut obsoletius rufis, puncto marginali albo, interdum etiam margine rufo, sequentibus macula alba.

Habitat passim in *Silesia;* quaedam individua ipse cepi in umbellatis prope *Cudovam*, mense

Augusto; unum, *austriacum*, *Besser* mecum communicavit; multa individua, circa *Netley* capta, *Hope* ad me misit.

Mas?

Orbitis oculorum internis, punctisque duobus ad radicem alarum albis; segmentis 2 et 3 rufis; femoribus tibiisque rufis, posticis apice nigris. m.

Statura et proportio partium *Ichn. semirufi* maris; sed abdomine paulo breviore et crassiore, areola quinqueangulari.

Longitudo 4 linearum. *Caput* palpis et mandibulis flavis, his basi et apice nigris; oculorum orbitis internis et puncto laterali clypei albis. *Antennae* articulo 1 subtus puncto albo, 2 toto nigro, sequentibus subtus diluteferrugineis. *Thorax* punctis duobus ad radicem alarum albis. *Scutellum* album. *Alae* apice subfumatohyalinae; stigmate radio et radice fuscis; squamula nigra, puncto albo. *Pedes* rufi, coxis et trochanteribus nigris; postici apice femorum et tibiarum tarsisque nigris. *Abdomen* capite thoraceque vix paulo longius et paulo angustius; segmentis 2 et 3 castaneis, ultimis sericeis; 5 margine, 6 et 7 dorso toto, obsolete sordide albis.

Marem unicum *Dahl* ex *Austria* transmisit.

Nota:

Species undecim primae hujus sectionis individuis intermediis adeo confines sunt, ut vix limites

designari possint, quibus arceantur. *Mares* quidem *extensorii*, *raptorii* et *ammonii* (nam reliquarum specierum mares adhuc latent) constanter differunt; differentiae eorum autem colore et pictura pedum et ultimorum segmentorum nituntur, i. e. notis, quae in feminis valde variabiles sunt et sensim sensimque mutantur. Forsan itaque accidere posset ut, individuis pluribus masculis repertis, hi characteres distinctivi in maribus aeque variabiles se praestarent ac in feminis. Color antennarum in maribus *Ichn. raptorii* variat. — De *feminis* haec monenda sunt: Feminae *Ichn. extensorii* variant, tam crassitudine antennarum, quam colore pedum et pictura segmentorum ultimorum; individua autem antennis gracilioribus propius jam accedunt ad *Ichn. raptorium* et *gracilicornem*. Individua nonnulla *Ichn. confusorii*, colore flavo tibiarum in stramineum vergente, fere transeunt in *Ichn. extensorii* individua tibiis subtus flavicantibus, plerumque autem *Ichn. extensorius* a *confusore* segmentis solis 6 et 7 albomaculatis discedit, *Ichneumoni raptorio* etiam interdum tibiae flavescunt. *Ichn. silaceus* affinis est *Ichn. confusorii* individuo femoribus anticis totis rufis et segmentis 2 et 3 flavicantibus. Observavi autem, colorem flavum pedum et abdominis morte interdum in stramineum aut stramineorufum converti. *Ichn. confusorii* individua, segmentis 2 et 3 dilutioribus et flavicantibus, *terminatorio* adpropinquant. *Ichn. silaceus*, propter antennas graciliores, individuis nonnullis *raptorii* et *extensorii* confinis est.

Mas *Ichneum. ammonii* propius accedit ad marem *raptorii;* femina colore antennarum cum femina *raptorii* congruit, crassitie earum autem discrepat et *Ichn. extensorio* adpropinquat. *Ichn. terminatorius* differt a *stramentario* non nisi incisura nigra aut fusca inter segmenta 2 et 3, nota distinctiva vix sufficiente; a *cerinthio* autem non nisi antennis paulo crassioribus, cum in aliis speciebus, v. c. in *extensorio* et *raptorio*, antennae ratione crassitudinis variabiles sint. In museo Hoffmannseggiano *Ichn. terminatorius* cum feminis *extensorii* conjunctus erat. *Ichneumon caedator* forsan nil aliud est nisi varietas *raptorii*. *Ichn. raptorius* et *gracilicornis* non nisi colore pedum posticorum differre videntur, sed hoc quoque quaedam *raptorii* varietates cum *gracilicorni* congruunt; ambo autem, ob antennas graciliores, individuis quibusdam *extensorii* confines sunt, licet varietati secundae *raptorii* antennae crassiores adhuc sint, quam in *Ichneumone confusorio;* eademque varietas colore pedum quoque a reliquis *raptorii* individuis se distinguit. In museo Hoffmannseggiano etiam hic *Ichn. raptorius* cum *extensorio* conjunctus erat. *Ichn. melanobatus* non nisi magnitudine et pedum colore ab *extensorio* differt.

Ad haec conferas quae in notis ad *Ichn. molitorium, extensorium* et *raptorium* jamjam protuli. — Suspicor, omnes has species sub *Ichn. extensorio* et *raptorio* auctorum plurimorum latere.

99. I. PALLIDICORNIS. n.

Segmentis 2 et 3 rufis, 3 nigromaculato, ultimis albomarginatis; pedibus fulvis, coxis nigris; antennis flavis apice fusco. m. f. (*mas* orbitis internis oculorum, margineque segmentorum 6 et 7, albis; *fem.* segmentis 5—7 albomarginatis).

Feminae statura et proportione partium cum feminis *Ichn. vadatorii* congruunt; *mares* abdomine longiore, ano acutiore, antennis porrectis, a feminis differunt.

Longitudo feminae 4—5 lin., maris 5¼ linearum. *Caput* ore maris sordidestramineo, feminae rufo-ferrugineo, mandibulis apice nigro; orbitis oculorum facialibus maris latis pallideflavis. *Antennae* articulis 1 et 2 rufis aut ferrugineis; 3—12 pallideflavis, subtus dilutecroceis aut ferrugineis; sequentibus rufis aut ferrugineis, sensim obscurioribus, supra feminis interdum fuscis, ultimis totis fusconigris. *Thorax* maris punctis duobus ad alarum radicem flavis. *Scutellum* flavum. *Alae* silaceohyalinae aut fumatohyalinae; stigmate stramineo aut rufo, radio et squamula rufis aut fuscis, radice rufa aut ferruginea. *Pedes* coxis et trochanterum basi nigris; femoribus dilute croceis, posticis apice interdum subferrugineo; tibiis dilutecroceis aut flavis, posticis plerumque apicem versus ferrugineis, apice summo nigro in mare; tarsis diluterufis aut sordidestramineis, ungue nigro. *Abdomen* segmento 2 maris diluterufo, macula late-

rali flava, feminae rufo, margine, vel etiam basi, obscuriore aut nigro; 5 maris rufo margine nigro, feminae vel rufo aut fusco, basi et apice nigris, vel nigro macula magna laterali badio-castanea; 6 et 7 maris dorso pallideflavo; 5—7 feminae margine dorsali albo.

Marem semel cepi prope *Scarsine* in umbellatis, die 13 Junii; feminam *Trajecti ad Viadrum* in loco herbaceo dumetoso aprico, fine Septembris; feminae duae musei *Comitis de Hoffmannsegg* in *Hercynia* captae sunt.

Antequam hujus speciei marem noscebam, feminas pro varietatibus *Ichneum. raptorii* aut *gracilicornis* habueram. Mas satis differt a maribus illarum specierum; femina quidem ratione staturae et proportionis partium cum feminis illis congruit (antennis, crassitie et longitudine, inter ambas species intermediis) sed colore discrepat.

100. I. SANGUINATORIUS. n.

Antennarum annulo et segmentorum ultimorum margine albis; segmentis 2 et 3, tibiis, tarsisque, rufis. m.

Statura et proportio partium maris *Ichneum. extensorii;* sed antennis involutis brevioribus, nec non pedibus brevioribus crassioribusque, sicut in *ambulatorio* et *sartorio*.

Longitudo 5 — fere 6 linearum. *Caput* interdum palpis diluterufis, mandibulis castaneis, orbitis oculorum frontalibus plerumque castaneis. *An-*

rax puncto ante alas, lineolaque infra alas, albis; metathorace tuberculis duobus acutis armato. *Scutellum* album. *Alae* fumatohyalinae, stigmate ferrugineo, radio et radice fuscis, hac puncto albo, squamula alba. *Pedes* anteriores rufi, coxis et trochanteribus nec non femorum mediorum apice nigris; postici nigri, tibiis basi et linea longitudinali lateris interni ferrugineis. *Abdomen* segmento 2 rufoferrugineo, macula marginali nigra; 3 macula laterali rufa, puncto albo anguli apicalis; segmentis sequentibus marginibus totis usque ad ventrem albis.

Unicum individuum cepit *ab Uechtritz* anno 1811 in umbellatis prope *Altwasser.*

103. I. GROSSORIUS.

Annulo antennarum et macula coxarum posticarum albis; basi tibiarum flava; segmentis 2 et 3 rufis. f.

Statura et proportio partium omnino feminae *Ichn. extensorii.*

Longitudo 9—10 linearum. *Caput* thorace angustius. *Antennae* dimidii corporis longitudine, apice involutae; articulis 8—18, vel eorum plurimis, flavoalbis. *Thorax* metathorace spinis duabus perbrevibus obtusis armato. *Scutellum* flavoalbum. *Alae* ferrugineo-fuscescenti-hyalinae, stigmate ferrugineo, radio nigro; radice fusco-nigra, interdum puncto albo; squamula fusca, puncto

albo, interdum tota alba. *Pedes* macula pallide-flava in latere externo superiore coxarum posticarum magna, anteriorum minore seu minuta; tibiis flavis, anticis apice fusco aut ferrugineo, posterioribus basi et apice fuscis aut nigris; tarsis anterioribus ferrugineis, mediis interdum fuscis, posticis fuscis aut nigris. *Abdomen* capite thoraceque paulo longius pauloque latius; segmentis 2 et 3 totis rufis aut badiis; 4 ventre rufo, interdum etiam dorso basi rufescente et puncto marginali albo; 5—7 macula dorsali alboflava.

Quaedam individua accepi, in *Silesia, Lusatia*, prope *Meiningen*, neo non in *Italia* et *Anglia* (circa *Netley*), capta.

Synonyma:

Ichn. grossorius Fabr. Piez. p. 67, n. 15; habitat in Selandia.
„ Panzer Fauna fasc. 78, tab. 8; habitat raro in Carpino Betulo.
„ Gravenh. Uebers. n. 3730.
„ Gravenh. Pedemont. n. 36,
„ Trentep. in Iside 1826, p. 226, n. 43.
Ichn. raptorius Pontoppidan p. 456, n. 2, t. XVII, (longitudo 11 linearum).
Ichn. primatorius Forster, n. 81; habitat in Anglia, ad sepes, rarus.
„ Gmelin ed. Linn. p. 2678, n. 196.
Ichn. bicinctus Christ, tab. 35, fig. 1.
Ichn. extensorius Panzer Fauna fasc. 19, tab. 17 (? tibiis magis ferrugineis, macula flava

obsoleta ad radicem alarum); exclusis citatis omnibus, quae potius ad *Ichn. extensorium* verum (vide n. 89 sub synonymis mixtis) referri possent.

Nota:

Illiger, ad Rossii Faun. n. 741, credit, Rossium, sub nomine *Ichneumonis raptorii*, verum *grossorium* Fabricii descripsisse, »ob mensuram, descriptionem, et citatum e Schrankio (Ins. Austr. 696);« nec vero descriptio Rossiana nec Schrankiana ad *grossorium* quadrat, cum Ichn. longitudine 6—7 linearum describatur, et maculae albae coxarum nulla mentio facta sit. *Ichn. grossorius* Thunb. Ichn. 24, ob thoracem maculatum, nullaque maculae albae coxarum facta mentione, huc non spectare videtur, sed potius ad *Ichneum. extensorium*.

104. I. FLAVOLINEATUS. n.

Facie et linea ante alas flavis; segmentis 2—4 pedibusque dilutecroceis; trochanteribus nec non femorum posticorum geniculis nigris. m.

Longitudo fere 10 linearum. *Caput* ore et facie flavis aut flavocroceis, mandibulis apice nigro. *Antennae* porrectae, setaceae, corpore dimidio paulo longiores; articulo 1 subtus flavo, 2 semper toto nigro, articulis sequentibus inter-

dum subtus ferrugineis, ultimis semper totis nigris. *Thorax* linea (sutura) ante alas, interdum etiam puncto minutissimo infra alas, alteroque sub scutello, flavis aut dilutecroceis. *Scutellum* flavum aut dilutecroceum. *Alae* fumatohyalinae, stigmate ferrugineo aut dilutecroceo, radio fusco, radice albida aut fusca puncto albo, squamula alba. *Pedes* flavi aut flavocrocei; coxis nigris, macula flavoalbida; trochanteribus nigris; femoribus posticis geniculo fusco aut nigro. *Abdomen* capite thoraceque fere duplo longius, thoracis latitudine; segmento 1 interdum margine rufescente; segmentis 2—4 vel totis rufis vel flavis incisuris rufescentibus, 4 interdum maculis duabus nigris; 5 et 6 interdum striola flavicante; 7 semper linea longitudinali flava.

Marem unum, *silesiacum*, a *Stillfried*, alterum, e *Volhynia*, *Besser* mecum communicaverunt; tertium vidi in museo *Comitis de Hoffmannsegg*.

Synonyma:

Ichn. grossorii mas aut var.? Trentep. in Iside 1826, p. 226, n. 43, in adnotatione. — *Kiliae* lectus.

105. I. SARCITORIUS.

Annulo antennarum, puncto infra alas, segmentoque sexto, albis; segmentis 2 et 3 rufis, hoc basi nigra; tibiis femoribusque rufis, posticis apice nigro. f.

Statura et proportio partium feminae *Ichn. extensorii.*

Longitudo 4—5½ linearum. *Caput* interdum orbitis oculorum frontalibus obsolete rubricosis. *Antennae* articulo 1 nigro, rarius fusco, rarissime subtus ferrugineo; 2 nigro aut ferrugineo; articulis 3—7—9 vel totis ferrugineis vel supra fuscis, rarissime totis nigris; 8—16, vel plurimis eorum, flavoalbis subtus rufescentibus, rarius totis albo-rufis. *Thorax* puncto albo infra alas, rarissime deficiente. *Scutellum* album. *Alae* fumato-silaceo-hyalinae; stigmate dilutecroceo aut rufo, radio et radice rufis aut ferrugineis, squamula fusca aut nigra, rarius ferruginea. *Pedes* rufi, coxis et trochanteribus nigris; postici apice femorum et tibiarum nigro. *Abdomen* segmentis 2 et 3 rufis, incisura aut basi tertii nigra, rarissime linea transversali nigra ante marginem tertii; 6 supra albo.

Copiam *feminarum* hujus speciei e multis regionibus *Germaniae Galliae* et *Italiae*, nec non e *Tauria Fennia* et *Anglia* (circa *Netley* capta) accepi; ipse plures prehendi in umbellatis, passim in *Silesia* et circa *Gottingam*, tempore aestivo. Individuum fennicum unicum erat puncto infra alas nullo.

Synonyma:

Ichn. sarcitorius Linn. Syst. XII, p. 930, n. 3. — Fauna n. 1580; habitat Upsaliae (var. β autem ad *Ichn. vadatorium* spectat).
„ Fuessl. Helv. p. 48, n. 936; in floribus haud raro.
„ Villers III, p. 142, n. 24; in Gallia australi.
„ Gmel. ed. Linn. p. 2675, n. 3.
„ Olivier p. 164, n. 3.
„ Walckenaer p. 50, n. 5.
„ Gravenh. Pedemont. n. 37.
„ Thunb. Ichn. n. 21.
„ Trentep. in Iside 1826, p. 229, n. 46 (exceptis varietatibus *a* et *b*, quae nostro *terminatorio* et *cerinthio*, n. 94 et 95, affines esse videntur, colore antennarum et tarsorum autem ab eis recedunt).

Ichn. bipartitus Villers III, p. 142, n. 24.

Nota:

Ichn. sarcitorius Fabr. et Panzeri, propter segmenta ultima abdominis apice alba, huc non pertinent, sed ad *Ichn. vadatorium.* De *Ichn. sarcitorio* in Olaffens Isl. Reise I, §. 687, IV, b, dubius sum, ob descriptionem editam nimis brevem »Ichn. magnus, niger, scutello flavicante, segmentis 2 et 3 ferrugineis;« raro in Islandia occurrit, prope pagos in regionibus scopulosis. — Conferas synonyma spec. sequentis.

Linneus, in Fauna suecica, sub nomine *Ichn. sarcitorii*, forsan tres species confudit, nam qui in

diagnosi designatur, hic noster est; varietas β autem ad *Ichneum. vadatorium* referri debet; in descriptione tandem verba leguntur »abdominis quatuor ultima segmenta nigra sunt,« nulla facta mentione picturae albidae. Huic ultimo respondet etiam *Ichn. sarcitorius* Christ pag. 344, sed figura adnexa 6 tabulae 34, quae e Sulzeri Kennz, t. 18, f. 115 (*Ichn. sarcitorius Sulz.*) sumta est, ad hanc speciem haud quadrat, sed ad nostrum *Ichneum. fasciatorium*; scutellum autem flavum esse oporteret, sicut in citata icone Sulzeriana.

Marem hujus speciei nondum extricare potui; suspicor autem, eum inter mares viduos hujus monographiae latere, et forsan colore nimium a feminis differre, indeque nondum cognitum esse.

106. I. VADATORIUS.

Segmentis 2 et 3 rufis incisura nigra, 4—7 albomarginatis; femoribus tibiisque rufis, posticorum apice nigro. m. f. (*mas* orbitis oculorum internis et antennarum basi flavis; *femina* antennarum annulo albo).

Statura et proportio partium *Ichn. extensorii*, sed pedibus paulo longioribus; mas praeterea abdomine paulo latiore, femina apice abdominis obtusiore et subcompressiusculo.

Longitudo maris 5⅔—7 lin., feminae 4½—6 linearum. *Caput maris* vel facie eborina, linea media longitudinali lata nigra, vel nigrum, orbitis

oculorum internis et clypei macula laterali flavis aut eborinis; ore rufescente aut flavescente; *feminae* mandibulis medio rufis, orbitis oculorum internis interdum obscuroferrugineis. *Antennae maris* corpore dimidio paulo longiores, apice paululum curvatae, articulis 1 et 2 vel nigris, vel subtus rufis, vel totis rufis aut dilutecroceis; 3—15, aut plurimis eorum, silaceis, 3—5 interdum fuscoferrugineis; reliquis fuscis; *feminae* corporis dimidii longitudine, apice involutae; articulis 1 et 2 nigris aut ferrugineis, 3—7, vel eorum plurimis, ferrugineis, interdum supra basi fuscis, 6—12 aut 8—12 eborinis subtus ferrugineis. *Thorax* puncto seu lineola infra alas, mari plerumque altero ante alas, eborinis; metathorace spinis duabus brevibus obtusis, interdum vix conspicuis, armato. *Scutellum* eborinum. *Alae* silaceohyalinae, stigmate dilutecroceo, radio ferrugineo; radice et squamula albidis aut croceis aut rufis, feminae interdum fuscis. *Pedes* coxis nigris; trochanteribus nigris, maris plerumque apice rufis, rarius totis rufis; femoribus tibiisque rufis, maris dilutioribus, posticis apice nigro; tarsis rufis, posticis in mare interdum articulorum apicibus nigris, in femina totis fuscis aut nigricantibus. *Abdomen* thoracis latitudine, mari capite thoraceque paulo longius, feminae ovatum capite thoraceque vix paulo longius; segmentis 2 et 3 rufis, summo margine, 3 etiam basi, nigris; sequentibus margine dorsali albido glaucove, 6 et 7 feminae interdum totis nigris.

Mares et feminae e *Silesia*, *Austria*, *Volhynia*, *Gallia* et pluribus regionibus *Italiae* mecum communicati sunt; feminam *lusitanicam* a *Langsdorf* mihi transmisit; ipse cepi feminam die 4 Septembris in summitate montis *der Schneeberg* appellati, marem autem initio Junii in *Hercynia*. Individua italica reliquis plerumque minora sunt.

Varietas:

1. *Mas, capite nigro, orbitis oculorum internis subrufescentibus tenuibus.*

Synonyma,

maris et feminae:

Ichn. vadatorius Gravenh. Pedemont. n. 88.

Maris:

Ichn. vadatorius Illiger ad Rossi n. 747, in adnotatione.

Ichn. ambulatorius Panzer Fauna fasc. 78, tab. 10; minus frequens in umbelliferis.

Ichn. Schaeffer Icon. tab. 74, fig. 4 (*Ichn. ambulatorius* Panz. ad Sch.).

Ichn. pictus Schrank Beitr. 88, §. 51.

„ Schrank Austr. n. 702.

„ Schrank Boica n. 2079; mense Junii.

„ Villers p. 141, n. 81.

„ Gmelin ed. Linn. p. 2677, n. 86.

„ Olivier p. 220, n. 81; habitat in Austria.

Feminae:

Ichn. sarcitorius Linn. Fauna n. 1580, var. β (de specie genuina vide nostram speciem praecedentem).
„ Müller Prodr. n. 1764.
„ Fabr. Piez. p. 56, n. 9.
„ Gedermhielm p. 156, n. 477.
„ Panzer ad Schaeff. Icon. tab. 61, fig. 4.
„ Illiger ad Rossi n. 746, in adnotatione.
„ Gravenh. Uebers. n. 3731.
Ichn. raptorius Panzer ad Kob tab. 2, fig. 13.
Ichn. saturatorius Borowski tab. 57, A. fig. 1.
Ichn. sanguineus Christ tab. 35, fig. 7.

Nota:

Schaefferi Iconem 4 tab. 74 Müller adhibuit ad *Ichn. laboratorium* n. 1770, qui quidem thorace immaculato ab hac icone et a nostro *laboratorio* n. 114 differt, forsan attamen huic *vadatorio* mari consociandus est. Trentepohl quoque, in Iside 1826 pag. 230, n. 49, istam Schaefferi iconem ad *Ichn. laboratorium* Fabr. laudat; hic vero nullo modo ad nostrum *vadatorium* adhiberi potest.

Ichn. ambulatorius Fabricii aliorumque auctorum, quem Schrank in Fuessl. Magaz. I, p. 291, n. 702, cum hac specie conjunxit, species est peculiaris (n. 112). — Conferas etiam notam ad *Ichn. ornatorium* n. 110.

Schaefferi Iconum tab. 43, fig. 1 et 2, tab. 61, fig. 4 et 7?, tab. 73, fig. 9?, quas Schrank, in Fauna Boica, ad mares adhibuit, excludendae sunt,

cum colore antennarum etc. differant et meliori jure ad alias species redigendae sint. — Panzer Icones tab. 61, fig. 3, 4 et 7 ad feminas hujus speciei adhibuit; sed fig. 3 pedibus totis nigris differt, et forsan cum specie sequente conjungi posset, fig. 7 autem, femoribus omnibus et antennis totis nigris, ad *ornatorium* referri debet. — De *Ichn. sarcitorio* Linnei et reliquorum auctorum, sub synonymis feminae hujus speciei haud allegatorum, conferas synonyma speciei praecedentis.

107. I. SARTORIUS. n.

Antennarum annulo, puncto ad radicem alarum, marginibusque segmentorum 4—7 albis; segmentis 2 et 3 rufis, summo margine nigris. f.

Statura et proportio partium feminae *Ichn. extensorii;* sed abdominis apice obtusiore, pedibus brevioribus et validioribus.

Longitudo 5½—7 linearum. *Antennae* dimidii corporis longitudine, vel paulo breviores, involutae; articulis 7—15, vel eorum plurimis, supra sordide albidis. *Thorax* subsericeus, punctis duobus ad alarum radicem albidis; puncto ante alas interdum minuto, praesertim illis quibus thorax magis sericeus est. *Scutellum* album. *Alae* fumatohyalinae, stigmate dilutecroceo; radio radice et squamula nigris. *Pedes* antici femoribus rarius summo apice ferrugineo, tibiis tarsisque infra pal-

lidis aut ferrugineo-albidis; postici tibiis infra plerumque macula pallida. *Abdomen* segmentis 2 et 3 dilute croceis aut rufis, summis marginibus nigris; 4 et 5 margine dorsali, 6 et 7 macula dorsali, albis.

Hanc speciem e pluribus *Germaniae* regionibus, nec non e *Gallia Italia Volhynia* et *Anglia*, accepi; quaedam individua ipse prehendi in *Silesia*, mensibus Julii Augusti et Septembris, in umbellatis fruticetis et gramine.

Nota:

Schaefferi Iconum tab. 61, fig. 3 antennis porrectis differt; an mas? Panzer hunc Schaefferi Ichneumonem cum femina speciei praecedentis consociavit, ad quam autem minus quadrat.

In museo Fabriciano hic noster *sartorius* cum *sarcitorio* confusus est, de quo conferas Trentep. in Iside 1826, pag. 231 in adnotatione, ubi auctor interrogat, num forsan haec femina cum maribus *Ichn. negatorii* Fabr. (nostri *ornatorii*) conjungenda sit?

108. I. ATRIPES.

Antennis subpallideannulatis; puncto infra alas, marginibusque segmentorum 6 et 7, albis; segmentis 2 et 3 rufis. f.

Statura et proportio partium omnino feminae praecedentis.

Longitudo fere 6 linearum. *Antennae* articulis 8—14 subtus ferrugineis. *Thorax* puncto albo infra alas. *Scutellum* album. *Alae* fumatohyalinae, stigmate rufo, radio radice et squamula fuscis. *Pedes* tibiis tarsisque anticis rufis, supra fuscis, mediis obscuroferrugineis supra nigris. *Abdomen* segmentis 2 et 3 diluterufis, 3 summo margine nigro; 6 et 7 linea transversali marginali, latera versus abbreviata, alba.

Unicum individuum, idque *pedemontanum*, a *Bonellio* accepi.

Synonyma:

Ichn. atripes Gravenh. Pedem. n. 39.

109. I. UNIGUTTATUS. n.

Puncto dorsali segmenti septimi albo. m. f. (*mas* segmento 2 toto nec non 3 basi rufis, *femina* segmentis 2 et 3 rufis).

Statura et proportio partium maris sicut in *Ichneum. sibilante* et *messorio*; feminae sicut in specie praecedente.

Longitudo maris 6¼ linearum, feminae 5—6 linearum. *Thorax* maris puncto albo infra alas, interdum altero ante alas. *Scutellum* album. *Alae* fumatohyalinae; stigmate rufoferrugineo, feminae interdum fusco; radio nigro; radice et squamula nigris, maris puncto albo. *Pedes feminae* tibiis anticis subtus rufoferrugineis; *maris* antici vel

rufi coxis et trochanteribus nigris, vel nigri subtus tarsis tibiis et femorum apice sordide flavis; medii vel toti nigri, vel femorum apice tibiarumque latere altero rufis. *Abdomen* segmento 2 rufo; 3 maris nigro basi lateribusque rufis, feminae rufo interdum margine nigro; 7 puncto parvo dorsali albo, in mare interdum obsoleto.

Quasdam feminas unamque marem cepi mense Augusto circa *Cudovam* in umbellatis, marem alterum die tertio Septembris prope *Woelfelsgrund* in Angelica sylvestri.

Nota:

Marem olim pro varietate *Ichneum. nigripedis* habueram, ob punctum album obsoletum et pro nihilo existimatum apicis abdominis; sed etiam statura graciliore a *nigripede* differt.

110. I. ORNATORIUS.

Segmentis 2 et 3 rufis, marginibus nigris, ultimis albomarginatis; tibiis stramineo-flavis, posticis apice nigro. m.

Statura et proportio partium omnino *Ichn. luctatorii.*

Longitudo 6—7 ⅓ linearum. *Caput* vel totum nigrum, vel orbitis oculorum internis mandibulisque, distinctius aut obsoletius, flavis ferrugineisve. *Thorax* lineolis punctisve duobus eborinis ad radicem alarum. *Scutellum* eborinum. *Alae* silaceo-

aut fumato-hyalinae, stigmate dilutecroceo, radio et radice fuscis, squamula nigra, areola quinque-angulari. *Pedes* femoribus anterioribus apice ferrugineo aut sordidestramineo, anticis interdum subtus totis stramineo-ferrugineis; tibiis tarsisque flavis aut stramineoflavis, tarsis plerumque apice ferrugineis aut nigricantibus, posticis saepe fere totis nigro-fuscis, tibiis posticis apice nigro. *Abdomen* segmentis 2 et 3 dilute croceis aut rufescentibus, marginibus plus minus nigris; 7 et 6 macula, 5, plerumque etiam 4, margine, flavoalbidis, 5 interdum fere toto nigro.

Quaedam individua cepi mense Julio circa *Helmstadium* in frutetis et in floribus Petroselini; pluria mecum communicata sunt in *Silesia Marchia Hannovera Bavaria Franconia Austria*, nec non circa *Netley Parisios Parmam Cracoviam* et in *Tauria*, capta.

Varietas:

1. *Segmentis 5 et 6 totis nigris;* 4 margine flavicante, 7 macula dorsali flavicante.

Synonyma:

Ichn. ornatorius Panzer Fauna, Fasc. 73, tab. 15.
Ichn. ochromelas Gmel. ed. Linn. p. 2683, n. 236.
Ichn. Schaeffer Icon. tab. 61, fig. 7.
Ichn. pulchellus Christ p. 342 (?).
Ichn. negatorius Trentep. in Iside 1826, pag. 230, n. 47 (de femina in annotatione, conferas *sartorium*).

Nota:

Panzer, in Revisione II, p. 63, hanc speciem marem esse *Ichn. ambulatorii* (nostri *vadatorii*), contendit; mihi autem eodem jure mas *Ichn. terminatorii* esse videtur, cum quo magis congruit quam cum vadatorio. Idem auctor etiam l. c. p. 64 mentionem facit *Ichneumonis ambulatorii* (*vadatorii*) et *ornatorii* varietatum segmentis ultimis immaculatis, quales ego nunquam inveni, nisi forsan auctor laudatus *Ichneumonem divisorium* pro tali varietate *Ichn. ornatorii* habuerit. — Panzer, l. c. et Fabricius, in Syst. Piezat. pag. 60, n. 31, *ornatorium* cum *negatorio* conjungunt, qui autem praecipue marginibus segmentorum ultimorum ferrugineis et femoribus posticis solis nigris differre videtur, quod quidem, teste Trentepohlio, l. c. vitium descriptionis, naturae haud respondentis, est, cum descriptio Trentepohliana individuorum, in museo Fabricii asservatorum, omnino cum nostra specie congruit.

Schaefferi Icon. tab. 61, fig. 7 huc pertinet, nec ad feminam *Ichn. vadatorii* (i. e. *sarcitorii* Panz.), cum qua Panzer eam conjunxit. Borowski hanc iconem adeo ad *Ichn. extensorium* adhibuit. — Tab. 116, fig. 6 quidem *ornatorium* exhibere potest, minus accurate autem quam tab. 61, fig. 7 picta est. Conferas Ichn. n. 114.

De *Ichneumone pulchello* Christ ambiguus sum, differt enim a nostro *ornatorio* linea transversali flava infra scutellum et (ex icone) abdomine latiore.

111. I. EGREGIUS. n.

Segmentis 2 et 3 flavocroceis, 4 rufo margine stramineo-albo, sequentibus nigris macula marginali albida; tibiis flavis, posticis apice nigro; annulo albo antennarum. ♀.

Statura et proportio partium *Ichn. palliatorii*; sed metathoracis spinis paulo brevioribus. — An femina speciei praecedentis?

Longitudo 7 linearum. *Caput* palpis fuscis; orbitis oculorum internis stramineis. *Antennae* articulo primo subtus puncto rufescente, articulis 8 et 9 subtus diluterufis, 10—15 albidis subtus diluterufis. *Thorax* margine supero colli, lineolaque infra alas, flavis. *Scutellum* flavum. *Alae* fumato-hyalinae, stigmate dilutecroceo, radio fuscoferrugineo, radice et squamula sordide stramineis, hac basi nigra. *Pedes* trochanterum nec non femorum anteriorum apice sordidestramineo; tibiis flavis, apice anteriorum rufescente posticorum nigro; tarsis sordide stramineis, posteriorum articulis apice obscuriore. *Abdomen* segmento primo nigro, puncto marginali rufo; segmentis 2 et 3 flavis apicem versus rufescentibus; 4 rufo, dorso fuscescente, margine albidoflavo; sequentibus nigrofuscis, 5 margine, 6 et 7 macula dorsali, flavoalbidis.

Unicam feminam cepit *de Heyden* prope *Trajectum ad Moenum*.

112. I. AMATORIUS.

Annulo antennarum, segmento secundo, tibiis et tarsis, dilute croceis; segmentis 2—7 flavomarginatis. f.

Statura et proportio partium *Ichneum. sartorii* n. 107.

Longitudo 6—7 linearum. *Caput* orbitis oculorum interius flavis aut albidis. *Antennae* articulis 4—7 interdum vel totis vel subtus ferrugineis; 8—17, vel eorum plurimis, silaceis. *Thorax* punctis duobus ad radicem alarum flavoalbis. *Scutellum* flavoalbum. *Alae* silaceo-hyalinae, stigmate radio et radice dilutecroceis, squamula flava. *Pedes* femoribus anterioribus apice plerumque ferrugineo; tibiis et tarsis dilutecroceis. *Abdomen* segmento 2 dilutecroceo, margine pallide sulphureo; segmentis sequentibus nigris, margine pallide sulphureo.

Feminae nonnullae, in *Silesiae Sudetis*, nec non circa *Hannoveram* et *Sickershausen*, captae, mecum communicatae sunt.

Synonyma:

Ichn. amatorius Müll. Prodr. n. 1758.
Ichn. Acta Suec. 1736 p. 126, n. 24.
Ichn. ambulatorius Fabr. Ent. II, p. 139, n. 26. — Piez. p. 58, n. 22 (?); habitat in Anglia.
„ Villers p. 139, n. 10 (?); in Gallia.
„ Gmel. ed. Linn. p. 2676, n. 81. (?)

Ichn. ambulatorius Rossi n. 747 (?); in hortis.
„ Christ p. 349 (?).
„ Olivier p. 166, n. 12 (?).
„ Thunb. Ichn., n. 28.
„ Trentep. in Iside 1826, p. 231, n. 48.

Nota:

Auctores interrogative citati describunt Ichneumonem segmentis solis 3, 4 et 5 albomarginatis, linea ante alas flava, pedibus rufis, nullamque femorum nigrorum faciunt mentionem; quare adhuc dubito, num haec nostra species verus *Ichn. ambulatorius* auctorum laudatorum sit. — *Ichn.* Schaefferi Icon. tab. 43 fig. 1 et 2, quem Villers ad *ambulatorium* adhibet, satis ab eo discrepat. Conferas quae sub *Ichn. extensorio* de hoc Schaefferi Ichneumone monui. — *Ichn. ambulatorius* Panzeri Faun. et Panzer ad Schaeff. ad nostrum *vadatorium* marem relatus est.

118. I. FLAVOLIMBATUS. n.

Lineolis duabus albis ad radicem alarum; segmentis 2 et 3 rufis, margine flavo; tibiis anterioribus flavis. m.

Statura et proportio partium omnino *Ichn. ornatorii* individuorum abdomine breviore et latiore. Hac abdominis forma haec species differt etiam ab *Ichn. laboratorio, interrupto* et *amputatorio*.

Longitudo 7 linearum. *Thorax* lineola alba ante alas alteraque infra alas. *Scutellum* album. *Alae* fumatohyalinae, stigmate piceo-stramineo, radio radiceque fuscis, hac puncto albo, squamula alba. *Pedes* femoribus anterioribus apice et inferne, posticis solo geniculo, stramineis; tibiis stramineis, posticis externe fusconigris; tarsis anticis subfuscescentibus, mediis fuscis, posticis nigris. *Abdomen* lanceolatum, capite thoraceque longius, thorace vix paululum latius; segmentis 2 et 3 rubris, margine et macula laterali irregulari flavicantibus; 4 margine obsolete glaucescente medio late interrupto.

Individuum unicum a *Spinola* prope *Genuam* cepit.

114. I. LABORATORIUS.

Facie thoraceque flavomaculatis; segmentis 2 et 3 croceis, 2—7 margine flavo; femoribus dilute rufis; tibiis flavicantibus, posticarum apice nigro. m.

Statura maris *Ichn. extensorii*, sed abdomine longiore, antennis porrectis crassioribus, pedibus paulo gracilioribus.

Longitudo 5½—6⅓ linearum. *Caput* labro et palpis sordideflavis; facie vel sordideflava, macula aut linea atra, vel nigra orbitis internis oculorum et puncto clypei sordideflavis. *Antennae* articulis 1 et 2 subtus flavescentibus, 2 rarius toto

nigro; sequentibus vel omnibus, vel 3—7, subtus ferrugineis. *Thorax* lineola aut puncto infra scutellum, altero ante alas, interdum tertio infra alas et colli margine supero, albidoflavis. *Scutellum* flavoalbum. *Alae* subfumatohyalinae, stigmate et radio fuscis aut nigris, radice et squamula fuscis macula alba; areola quinqueangulari aut subtriangulari. *Pedes* coxis anterioribus plerumque subtus macula alba; femoribus rufis, anterioribus summo apice flavis; tibiis tarsorumque articulis flavis aut ferrugineoflavis, posticis apice nigrofuscis. *Abdomen* segmentis 2 et 3 rufis, 2—7 margine alboflavo.

Individua quaedam, forsan prope *Niesky* capta, in collectione *Roentgeniana* inveni; unum, idque maximum picturis albis distinctioribus, prope *Parmam* captum, a *Sanvitale* mecum communicavit.

Synonyma:

Ichn. laboratorius Panz. ad Schaeff. Icon. tab. 84 fig. 8; segmentis 2 et 3 totis flavis.

Ichn. Schaefferi Icon. tab. 116 fig. 6, quam Panzer ad *Ichn. ornatorium* refert, forsan *laboratorio* consocianda est, femoribus nigris (conf. nota subjuncta).

Nota:

De *Ichn. laboratorio* Fabr. et Trentepohlii (in Iside 1826, p. 232) adhuc dubius sum, cum mihi nunquam hujus speciei varietas femoribus

posticis nigris obvenerit. — Sed *Ichn. laboratorius* Müll. Prodr. n. 1770 certo huc non pertinet, ob annulum album antennarum et thoracem immaculatum. — Conferas varietatem speciei sequentis.

113. I. INTERRUPTUS. n.

Lineolis ad alarum radicem, puncto segmenti ultimi, lineolaque transversali laterali segmentorum 4—6, albidis; segmentis 2 et 3, femoribus tibiisque, rufis. m.

Statura et proportio partium sicut in individuis germanicis speciei praecedentis; abdomine et antennis paulo longioribus.

Longitudo 6 linearum. *Antennae* porrectae, setaceae, corpore dimidio longiores. *Thorax* lineola infra alas, alteraque ante alas, albis; metathorace tuberculis duobus minutis acutiusculis. *Scutellum* album. *Alae* fumatohyalinae, stigmate ferrugineo, radio fusco, radice et squamula albis, areola subquinqueangulari. *Pedes* rufi; coxis et trochanteribus, nec non tarsis posticis, nigris. *Abdomen* capite thoraceque longius et paulo angustius, subtilissime punctum; segmentis 2 et 3 rufis; 4—6 margine obsoleteglauco, medio late interrupto, 4 praeterea lateribus rufescénte; 7 macula dorsali glauca.

Individuum unicum cepi die 1 Septembris prope *Reinerz* in Angelica sylvestri.

Varietas:

1. *Segmentis 2 et 3 rufis, 2—7 margine albo-flavo.* — *Antennae* articulo primo subtus ferrugineo. — Exacte medium tenet inter hanc speciem et praecedentem, abdominis pictura nempe cum *laboratorio* congruens, caeteris autem cum *interrupto.*

Unicum individuum cepit *de Heyden* prope *Meiningen.*

116. I. SEPTEMGUTTATUS. n.

Orbitis internis oculorum, punctis ad alarum radicem, maculaque segmentorum 6 et 7, albis; femoribus anterioribus apice rufis; tibiis rufis, posticorum apice nigro. m.

Statura et proportio partium *Ichn. ornatorii;* abdomine paulo graciliore. Hac proportione abdominis etiam ab *Ichn. iocero* (n. 121) diversus, cui caeterum affinis.

Longitudo 6 linearum. *Caput* palpis et mandibularum medio rufoferrugineis, clypei macula didyma straminea, orbitis internis oculorum albidis. *Antennae* articulo 1 subtus puncto albo. *Thorax* puncto ante alas, lineolaque infra alas, albis. *Scutellum* album. *Alae* fumatohyalinae, stigmate dilutecroceo, radio et radice stramineo-rufis, squamula nigra. *Pedes* femoribus anterioribus subtus et apice rufis; tibiis rufis, posticis apice nigro; tarsis rufis, posticis supra nigrican-

tibus. *Abdomen* segmentis 2 et 3 rufis, 6 puncto dorsali albo, 7 dorso toto albo.

Marem unicum cepit *ab Uechtritz* mense Junii prope *Warmbrunn*. — An mas sequentis?

117. I. SUBCYLINDRICUS. n.

Abdomine subcylindrico, segmentis 2 et 3 rufis, 6 et 7 macula alba; femoribus anterioribus tibiisque rufis; m. f. (fem. antennarum annulo albo, mas facie flava).

Femina:

Ab *Ichn. extensorio* haec femina distinguitur statura tota angustiore subcylindrica, imprimis abdomine longiore et angustiore, segmentis 2—4 aequilatis, annulo albo antennarum angustiore.

Longitudo 6 linearum, paulove minor. *Antennae* capite thoraceque paulo breviores, articulis 11—14 supra albis. *Thorax* plerumque puncto minuto albo infra alas. *Scutellum* album. *Alae* fumatohyalinae, stigmate rufo, radio fusco, radice et squamula fuscoferrugineis. *Pedes* anteriores rufi, coxis et trochanteribus nec non femorum mediorum basi nigris; postici nigri, tarsis tibiisque rufis, his summo apice nigricante. *Abdomen* capite thoraceque paulo longius pauloque angustius; segmentis 2—4 aequilatis, 2 et 3 rufis, 6 et 7 macula dorsali alba.

Individua quaedam, in *Tauria* capta, *a Steven* mihi transmisit. — An femina maris praecedentis?

Mas:

Statura feminae, sed antennis longioribus porrectis, pedibus gracilioribus. — Hic mas etiam prope accedit ad *Ichn. iocerum*, antennis pedibusque cum eo congruens, sed abdomine magis cylindrico, segmento 1 angustiore, segmentis 6 et 7 alboguttatis, differt.

Longitudo 6 linearum. *Caput* ore et facie cereoflavis, hac infra antennas nigra. *Antennae* porrectae, setaceae, corpore dimidio paulo longiores, articulo 1 subtus cereoflavo. *Thorax* subcylindricus, lineola alboflava infra alas. *Scutellum* alboflavum. *Alae* subfumatohyalinae, stigmate fulvo, radio et radice rufis, squamula ferruginea basi fusca. *Pedes* subgraciles; anteriores rufi, coxis et trochanteribus, nec non femorum latere convexo basin versus, nigris; postici nigri, tibiis rufis apice nigro, tarsis rufis, articulis 2—5 supra nigricantibus. *Abdomen* paulo longius quam in femina, segmentis 2—5 aequilatis; 2 et 3 rufis; 6 puncto dorsali marginali, 7 macula dorsali, albis.

Unicum maris individuum Sahlberg e Fennia transmisit.

118. I. ZONALIS. n.

Antennarum annulo, segmentorumque 6 et 7 puncto, albis; segmentis 2 et 3 rufis, 3 basi nigra. f.

Habitus feminarum minorum *Ichn. extensorii*; sed statura tota, nec non antennis pedibusque, gracilioribus.

Longitudo 4—5 linearum. *Caput* orbitis oculorum internis ferrugineis tenuissimis. *Antennae* articulis 11—15, vel plurimis eorum, supra et lateribus albis. *Thorax* rarius puncto parvo flavo infra alas. *Scutellum* flavum. *Alae* fumatohyalinae, stigmate radio et radice piceis, squamula nigra. *Pedes* anteriores femorum apice, tibiarum basi et latere interno, tarsisque, ferrugineis; postici tibiis basin versus ferrugineis aut rufis. *Abdomen* segmentis 6 et 7 puncto dorsali alboflavescente.

Unum individuum misit *Dahl* ex *Austria*; duo alia individua e *Lusitania* vidi in museo *Comitis de Hoffmannsegg*.

119. I. PUNCTUS. n.

Orbitis internis oculorum, punctis duobus ad radicem alarum, punctoque segmentorum ultimorum, albis; segmentis 2 et 3, nec non lateribus aut basi quarti, rufis; tibiis anticis stramineis. m.

Statura et proportio partium omnino maris *Ichn. deceptoris*, n. 126; interdum corpore paulo graciliore.

Varietas:

1. *Scutello toto albo.* — *Antennae* articulis 3 et sequentibus subtus rufis. *Pedes* femoribus anticis rufis, superne basin versus nigris, mediis nigris inferne apicem versus rufis; tibiis rufis, posticis apice nigro; tarsis rufis, posticis nigris. *Abdomen* segmento 4 nigro, angulis baseos rufis, margine albido tenuissimo; 5 nigro, margine lato albo; 6 et 7 totis albis. — Caetera sicut in specie genuina.

Individuum unicum *genuense a Spinola* transmisit.

121. I. IOCERUS. n.

Facie flava, macula nigra; antennis infra rufis; ano albomaculato; segmentis 2 et 3 tibiisque rufis, harum posticis apice nigro. m.

Statura et proportio partium maris *Ichn. extensorii*; antennis autem porrectis; ab *ornatorio* parvitate et picturis antennarum discedens.

Longitudo 5—6 linearum. *Caput* ore et facie citrinis aut albidis, macula faciali nigra; interdum facie nigra, orbitis oculorum facialibus et macula laterali clypei, rarius quoque punctis 2 infra antennas, albidis; mandibulis basi et apice nigris, palpis fusco-ferrugineis aut albidis. *Antennae* porrectae, setaceae, corpore dimidio longiores, nigrofuscae; subtus articulo 1 flavo, articulis sequentibus ferrugineis aut diluterufis, 2 et 3 inter-

dum fuscis. *Thorax* interdum puncto infra alas, rarius altero seu lineola ante alas, flavis. *Scutellum* flavum. *Alae* fumatohyalinae, stigmate rufo, rarius fusco, radio et radice fuscis, squamula nigra. *Pedes* antici tarsis tibiis et femorum latere interno apiceque, rarius femoribus fere totis, medii tarsis tibiis et femorum apice, dilute croceis, femoribus mediis interdum latere infero toto rufo, postici femoribus summa basi rufis, tibiis plerumque dilutecroceis apice nigro, rarius nigris basi dilute crocea, tarsorum articulo 1 basi, rarius fere toto, rufo-croceo. *Abdomen* segmentis 2 et 3 rufis aut croceis; sequentibus nigris, vel 5—7, vel 6 et 7, rarius solo 6, puncto dorsali albido aut flavo.

Individua quatuor *Besser* e *Volhynia*, totidem *Hope* ex *Anglia*, unum *Desmarest* e *Gallia*, mecum communicaverunt.

Varietates.

1. *Clypeo et facie nigris, orbitis oculorum facialibus albis.* — Caetera ut in plurimis individuis genuinis.

Quaedam individua, circa *Netley* lecta, *Hope* ad me misit.

2. *Ore clypeo et facie totis flavis immaculatis.* — Caetera ut in plurimis individuis genuinis.

Duo individua, cum varietate prima, capta sunt circa *Netley*.

larum apice fusco. *Antennae* fuscae; subtus articulo 1 flavo, sequentibus dilutéferrugineis. *Thorax* colli margine, linea ante alas, puncto infra alas, lineola transversali infra scutellum, punctisque duobus in parte declivi metathoracis, albóflavis. *Scutellum* pallideflavum. *Alae* subfumatohyalinae, stigmate et radio nigris, radice flava, squamula nigra puncto albo; areola subtriangulari. *Pedes* anteriores pineo-straminei, coxis et trochanteribus flavoalbis supra macula nigra; femoribus supra fuscis subtus anticis flavostramineis, mediis ferrugineostramineis; tibiis subtus flavescentibus; postici nigri, coxis puncto parvo flavescente, tibiis basi summa badiis. *Abdomen* segmento 1 margine summo rufo, segmentis 2—4 rufis, 5 basi lateribus et summo margine rufis, 6 margine albo, 7 toto albo.

Unicum marem *genuensem a Spinola* transmisit.

124. I. ISCHIOXANTHUS. n.

Facie, lineis ad radicem alarum, punctoque segmenti 7, albis; abdominis medio pedibusque anterioribus rufis, coxis et trochanteribus nigris subtus flavis; tibiis posticis croceis. m.

Haec species a confinibus, imprimis a praecedente, cui pictura propior est, abdomine longiore et graciliore differt.

Longitudo fere 5 linearum. *Caput* ore et facie flavis. *Antennae* porrectae, setaceae, corpore

paulo breviores, articulo primo infra flavo. *Thorax* gibbulocylindricus; linea ante alas, lineola infra alas, margineque supero colli, albis. *Scutellum* album. *Alae* fumatohyalinae, stigmate radio et radice sordidestramineis, squamula picea macula alba, areola quinqueangulari. *Pedes* subgraciles; anteriores rufocrocei, coxis nigris, anticis subtus flavis, mediis subtus puncto flavo, trochanteribus nigris subtus flavis; postici nigri, trochanterum et femorum apice summo rufescente, tibiis dilute croceis, apice nigro, tarsis nigricantibus basi articuli primi rufescente. *Abdomen* capite thoraceque paulo longius et angustius, subcylindricum, segmentis 2—6 fere aequilatis; segmento 2 rufo, latitudine duplo fere longiore; 3 et 4 subquadratis, rufis, macula marginali nigra; 5 et 6 subtransversalibus, nigris; 7 conico nigro, macula apicali alba.

Marem unicum cepit *Richter* prope *Vratislaviam*.

125. I. BILUNULATUS. n.

Annulo antennarum, orbitis oculorum verticalibus, punctoque infra alas, albis; segmentis 1—4 rufis. f.

Statura et proportio partium omnino feminae sequentis, an ejus varietas?

Longitudo 4—fere 5 linearum. *Caput* mandibulis ferrugineis; orbitis oculorum verticalibus

albis (quodammodo lunulas duas albas exhibentibus). *Antennae* involutae, vix corporis dimidii longitudine; articulis 9—14—15 supra albis, sequentibus subtus fuscis aut ferrugineis. *Thorax* puncto infra alas, interdum etiam punctis duobus in superno colli margine, albis. *Scutellum* album. *Alae* fumatohyalinae, stigmate radio et squamula nigris aut fuscis, radice fusca aut picea; areola subtriangulari aut subquinqueangulari. *Pedes* tibiis anticis vel ferrugineis interne dilutecroceis, vel nigris interne ferrugineis, mediis fuscocastaneis aut fusconigris, posticis basin versus badiis; tarsis anterioribus castaneis aut fuscescentibus. *Abdomen* segmento primo rufo aut castaneo, petiolo nigro; segmentis 2—4 rufis, aut castaneis, 4 margine aut fascia marginali nigra, 6 et 7 macula dorsali alba.

Unum individuum captum est prope *Vratislaviam*, alterum prope *Sickershausen*, tertium in *Austria*.

126. I. DECEPTOR.

Segmentis 1—3 tibiisque rufis, harum posticis apice nigro. m, f. (*femina* antennarum annulo albo).

Statura et proportio partium *feminarum* plurimarum congruit cum feminis plurimis *Ichneum. extensorii*; thorace forsan paulo gibbosiore. Individua autem variant, abdomine pedibus antennis-

que mox paulo longioribus et gracilioribus, mox paulo brevioribus, et crassioribus. *Mares* statura sunt graciliore quam feminae.

Longitudo 2⅔—5 linearum. *Caput* mandibulis interdum ferrugineis; plerumque orbitis oculorum occipitalibus, distinctioribus aut obsoletioribus, vel etiam solo puncto, in maribus quoque haud raro orbitis oculorum facialibus, albis. *Antennae maris* subtus plerumque ferrugineofuscae aut rufoferrugineae, articulo 1 vel toto nigro, vel subtus albo; *feminae* articulo 1 interdum subtus obscuroferrugineo; articulis 8—15, vel plurimis eorum, supra albis; sequentibus subtus interdum ferrugineis aut rufescentibus. *Thorax* plerumque totus niger, interdum puncto albo infra alas, feminis rarius puncto albo ante alas. *Scutellum* album. *Alae* fumatohyalinae; stigmate fusco aut piceo, rarius stramineo; radio fusco, radice picea aut fusca; squamula rarius fuscoferruginea, plerumque fusca aut nigra, maris rarissime puncto albo; areola quinqueangulari aut subtriangulari. *Pedes* femoribus anticis plerumque nigris, infra vel totis vel apicem versus rufis, rarius rufis supra versus basin nigris, aut linea longitudinali fusca, maris rarissime nigris linea longitudinali straminea; mediis plerumque nigris, infra vel totis vel apice solo rufis aut ferrugineis, maris interdum rufis vitta nigra, feminae interdum totis nigris; posticis nigris, interdum geniculo aut basi rufis castaneisve, feminae interdum latere interno aut supero et infero castaneis, rarius rufis; tibiis rufis, anterioribus in

mare plerumque, rarius in feminis, subtus pallidioribus, externe interdum fuscescentibus, mediis haud raro apice nigro, posticis apice nigro; rarius nigris basin versus rufis aut castaneis, rarissime in mare totis nigris; tarsis rufis aut ferrugineis, posticis fuscis totis aut articulorum apicibus fuscis, rarissime etiam anterioribus fuscis. *Abdomen* segmento 1 rufo petiolo fusco aut nigro, rarius toto rufo, rarissime nigro apice rufo aut castaneo; 2 et 3 rufis; 4 plerumque macula laterali, rarius basi tota, rufa; 5 in femina plerumque macula marginali alba; 6 et 7 dorso albo. *Aculeus* exsertus, brevissimus.

Mares et feminas e pluribus *Silesiae* et *Italiae* locis accepi; *feminas* nonnullas etiam ex *Austria Tauria* et *Anglia* (circa *Netley* captas); *lusitanicas* vidi in museo *Comitis de Hoffmannsegg*. Ipse feminas nunquam cepi; sed quosdam mares, mensibus Junio — Augusto, in frutetis in gramine et in petroselino, circa *Vratislaviam* et *Helmstadium*.

Varietates:

1. *Femoribus anticis totis rufis.* — m. et f. Caetera, sicut in plurimis speciei genuinae individuis.

Marem cepit *Richter* prope *Vratislaviam* a *Spinola* prope *Genuam*, feminam a *Stillfried* prope *Hirschberg*.

2. *Femoribus posticis totis rufis.* f. — *Longitudo* 2⅓—3 linearum. *Pedes* femoribus ante-

rioribus nigris, inferne totis aut apicem versus castaneis rufisve, anticis interdum diluterufis superne basin versus nigris. — Caetera sicut in plurimis feminis speciei genuinae.

Individua quaedam ex *Austria*, *Genua* et *Volhynia* transmissa sunt.

3. *Femoribus omnibus rufis.* m. f. — *Longitudo* 2½—5 linearum. *Caput* vel totum nigrum, vel orbitis oculorum internis, integris aut interruptis, albis, facialibus rarius subferrugineis, interdum puncto rufo infra antennas; mandibulis interdum castaneis. *Antennae* feminae articulis 1—8 subtus interdum rufis aut ferrugineis; 10—15, vel plurimis eorum, supra albis; sequentibus interdum subtus ferrugineis. *Thorax* interdum puncto ante aut infra alas albo, distinctiore aut obsoletiore. *Scutellum* album. *Alae* fumato-hyalinae, radio fusco; stigmate radice et squamula fuscis aut piceis aut substramineis, rarius rufescentibus; areola quinqueangulari aut subtriangulari, regulari aut irregulari. *Pedes* femoribus rufis, interdum superne macula obliterata nigricante ante basin, posticis plerumque geniculo nigricante, rarius nigris basi rufa; tibiis rufis, posticis apice fusco aut nigro; tarsis rufis, posticis fuscis. *Abdomen* segmentis 1—3 rufis, petiolo plerumque fusco aut nigro; 4 saepius macula aut puncto laterali rufo, rarissime feminae puncto dorsali marginali albo; 5—7 macula plus minus transversali alba, 5 interdum toto nigro, rarius etiam 6 fere toto ni-

gro, puncto albo scilicet minuto; in mare solis 6 et 7 dorso albis.

Individua plura feminina, in *Silesia* et *Austria*, nec non circa *Gottingam*, *Halam Saxonum*, in *Volhynia* et *Tauria* capta, mecum communicata sunt; marem unum a *Spinola* prope *Genuam* cepit.

4. *Scutello rufo*. f. — *Longitudo* 4 linearum. *Antennae* articulis 8—13 alboflavis. *Scutellum* apice aut centro castaneo-rufo. *Alae* fumatohyalinae, stigmate dilutecroceo, radio ferrugineo, radice fusca, squamula nigra, areola quinqueangulari. *Pedes* femoribus anticis subtus aut apice, mediis apice solo, rufis; tarsis tibiisque rufis, harum posticis interdum apice nigro. *Abdomen* segmentis 1—3 totis, 4 in angulis baseos, rufis; 6 et 7 macula dorsali alboflava.

Duo individua cepi mensibus Augusto et Septembri in *Sudetis Silesiae*.

5. *Scutello fere toto nigro, femoribus omnibus rufis*. m. — *Longitudo* fere 4 linearum. *Caput antennae thorax* tota nigra. *Scutellum* nigrum, puncto apicali minuto albido. *Alae* fumatohyalinae, stigmate stramineo-piceo, radio fusco, radice picea, squamula nigra, areola quinqueangulari. *Pedes* coxis et trochanteribus nigris; femoribus tibiisque rufis, posticis apice nigris; tarsis fuscis, mediis articulo secundo exalbido. *Abdomen* segmento 1 rufo, petiolo nigro; 2 et 3 totis rufis;

4 summa basi rufa; 6 macula marginali, 7 dorso toto, albis.

Marem unicum, circa *Netley* captum, *Hope* mihi misit.

β. *Segmento primo fere toto nigro.* m. — *Longitudo* 3½ linearum. *Caput, antennae, thorax* tota nigra. *Scutellum* solo puncto apicali albo. *Alae* subfumato-hyalinae, stigmate dilute piceo, radio radice et squamula fuscis. *Pedes* femoribus anterioribus apice posticis basi rufis; tibiis rufis, posticis apice nigro. *Abdomen* segmento 1 nigro, margine rufo; 2 et 3 rufis; sequentibus nigris, 6 margine 7 dorso toto albo.

Unum individuum, circa *Netley* captum, *Hope* ad me misit.

Synonyma maris et feminae:

Ichn. deceptor Gravenh. Pedem. n. 40.

Feminae:

Ichn. deceptor Scopoli, Carn. n. 746.
„ Christ, p. 344.
„ Olivier, p. 212, n. 31.
Ichn. deceptorius Villers, p. 142, n. 25, in Gallia australi.
„ Thunb. Ichn. n. 14.

Nota:

Dum pauca individua hujus speciei coram habebam, ob eorum differentiam, non solum pictu-

et latitudine, ovatum, apice obtusiusculum; segmentis 1—3 rufis, petiolo nigro; sequentibus albidomarginatis; 4 plerumque lateribus rufis.

Individua quaedam e *Silesia*, *Gallia* et *Italia* transmissa sunt.

Synonyma:

Ichn. hostilis Gravenh. Pedem. n. 41.

128. I. CINGULATORIUS.

Segmentis 1—3 rufis, 5—7 albomarginatis; femoribus rufis, anterioribus basi posticis apice nigris; tibiis posticis totis aut pro parte nigris. m. f. (*fem.* antennarum annulo albo).

Statura et proportio partium *Ichn. hilaris*; abdomine paulo breviore, aculeo minus exserto. A specie praecedente statura multo graciliore differt.

Longitudo 4 linearum, vel paulo minor. *Caput* orbitis oculorum internis maris totis, feminae solis frontalibus, vel etiam externis tenuissimis, albis. *Antennae* dimidio corpore paululum longiores; maris porrectae; feminae graciliores, apice curvatae, articulis 8—12 aut 9—13 superne albis. *Thorax* puncto ante alas alteroque infra alas albis, uno alterove interdum deficiente. *Scutellum* album. *Alae* fumatohyalinae aut subhyalinae, stigmate radio radice et squamula nigris aut fuscis, areola quinqueangulari. *Pedes* femoribus anterio-

ribus vel rufis superne basin versus nigricantibus, vel nigris apice rufo; posticis rufis geniculo nigricante, rarius etiam basi nigricante; tibiis anterioribus fuscis, anticis subtus flavis, mediis interdum subtus rufis; posticis nigris interdum ante basin rufis; tarsis fuscis, posticis nigris. *Abdomen* segmentis 1—3 rufis, petiolo nigro, 3 interdum dorso fuscescente; 4 interdum macula laterali rufa et summo margine albido; sequentibus cingulo marginali albo.

Marem unum *Spangenberg* prope *Gottingam* cepit; alterum, *pedemontanum*, Bonelli misit. Feminae quaedam in *Silesia* et circa *Genuam* captae sunt; unam ipse prehendi mense Augusto in umbellatis prope *Cudovam*. Individua italica, mas et femina, colore nigro in pedibus praevalente, a germanicis differunt.

Synonyma:

Ichn. cingulatorius Gravenh. Pedem. n. 42.

Nota:

Individua quaedam varietatis tertiae *Ichneum. deceptoris* (n. 126) exacte medium tenere videntur inter hanc et illam speciem; statura eis est paulo gracilior quam in *deceptore* genuino, paulo crassior autem quam in *cingulatorio;* antennae graciles, sicut in *cingulatorio;* pedes autem crassitie pedibus *deceptoris* respondent; maculae albae transversales apicis abdominis latiores quidem sunt

quam in reliquis *deceptoris* individuis, minus latae autem quam in *cingulatoriis* Ichn. *cingulatorius* Thunb. Ichneum. 64 haud cum hac specie confundendus est.

129. I. MILITARIS.

Segmentis 2 et 3 rufis. m. f. (*femina* antennarum annulo albo).

Statura et proportio partium *Ichn. deceptoris*, imprimis individuorum ejus antennis crassioribus. Femina differt a mare statura pedibusque crassioribus.

Longitudo fere 4 linearum. *Antennae* feminae articulis 10—14 supra et lateribus albis. *Scutellum* album. *Alae* subfumatohyalinae; maris stigmate radio radice et squamula nigris, cellula cubitali intermedia subquinqueangulari; feminae stigmate et radice piceis, radio et squamula fuscis, areola quinqueangulari. *Pedes* antici femorum summo apice et tibiarum latere interno stramineis; medii tibiis intra fuscoferrugineis. *Abdomen* segmentis 2 et 3 rufis; maris segmento 6 margine 7 toto albo, feminae segmentis 6 et 7 macula dorsali alba.

Marem et feminam, *pedemontanos*, *Bonelli* transmisit.

Synonyma.

Ichn. militaris Gravenh. Pedem. n. 43.

Nota. Mas hujus speciei propius accedit ad *Ichneum. deceptoris* maris individuum segmento primo fere toto nigro, apice solo rufo; eodem individuo etiam color niger in pedibus magis praevalet quam in reliquis *deceptoris* maribus. Inde individuum illud exacte medium tenet inter reliquos *deceptoris* mares et marem *militaris*.

130. I. CALLICERUS.

Puncto albo infra alas; segmentis 1—3 rufis; femoribus anterioribus rufis, macula nigra; tibiis rufis, posticis apice nigro. m. f. (*mas* antennarum articulo primo subtus et orbitis oculorum facialibus albis; *femina* antennarum annulo albo).

Statura et proportio partium Ichn. deceptoris n. 126.

Longitudo fere 3—3½ linearum. *Caput maris* palpis stramineis, orbitis oculorum internis latis et puncto laterali clypei flavis, *feminae* rarius puncto albo ad orbitas oculorum occipitales. *Antennae maris* fuscae, articulo primo subtus flavo aut rufo, articulis sequentibus subtus dilute ferrugineis, 2—4 interdum totis nigris; *feminae* articulis 9—14 aut 10—13 superne et lateribus albis, sequentibus subtus ferrugineis. *Thorax* colli margine supero, puncto infra alas, in mare interdum puncto altero ante alas, albis. *Scutellum* album. *Alae* subfumato-hyalinae, stigmate fusco, rarius

ferrugineo; radio fusco; radice fusca, maris interdum albida; squamula nigra aut fusca, maris interdum puncto albo; areola quinqueangulari, maris interdum triangulari. *Pedes* femoribus anticis rufis, superne basi fusca aut nigra, maris interdum latere externo toto nigricante; mediis vel rufis basi nigra, vel nigris apice summo rufo, feminae latere toto externo nigricante; posticis maris nigris, interdum basi summa rufa, feminis vel totis nigris, vel interne badiis, vel rufis apice nigro; tibiis rufis, posticis apice nigro; tarsis rufis, posticis nigris. *Abdomen* segmento primo plerumque rufo, petiolo vel toto vel basi nigro; rarius in mare nigro margine rufo; segmentis 2 et 3 rufis; 4 maris interdum basi rufa; 5 maris plerumque margine albo; 6 maris margine, feminae dorso toto, albo; 7 dorso albo.

Mares et feminae ex *Italia* transmissi sunt; feminam etiam in collectione *Roentgeniana* vidi, sine dubio *germanicam.*

Varietates.

1. *Puncto albo infra alas deficiente.* m. — Caetera cum maribus genuinis plurimis congruunt. Unum individuum e collectione *Roentgeniana* accepi.

2. *Femoribus anticis totis rufis; segmento primo toto nigro.* m. — *Longitudo* 4 linearum. *Caput* clypeo et facie albis, hac macula nigra. *Antennae* articulis 1—3 subtus fuscis. *Thorax*

lineola alba infra alas. *Alae* stigmate dilutecroceo. *Pedes* femoribus anterioribus rufis, mediis basi nigra; tibiis rufis, posticis apice nigro; tarsis rufis, posticis articulorum apicibus summis nigris. *Abdomen* segmento primo toto nigro, 2 rufo, 3 rufo basi nigra, 5 margine summo albo, 6 et 7 dorso albis.

Unum individuum *Besser* e *Volhynia* transmisit.

3. *Femoribus anterioribus totis rufis.* m. — *Longitudo* 4 linearum. *Caput* clypeo toto nigro, facie orbitis oculorum albis. *Antennae* articulo 1 toto nigro, sequentibus subtus fusco-ferrugineis, sensim dilutioribus, ultimis rufis. *Thorax* lineola alba infra alas. *Alae* stigmate dilute-croceo, radio et radice fuscis, squamula ferruginea. *Pedes* anteriores femoribus tibiis tarsisque totis dilute rufis; postici tarsis tibiisque rufis, his apice nigro. *Abdomen* segmentis 2 et 3 totis, 1 apice, 4 basi, rufis; 5 margine, 6 et 7 dorso toto, albis.

Unum individuum *a Steven* e *Tauria* mecum communicavit.

Synonyma:

Ichn. callicerus Gravenh. Pedem. n. 44.

131. I. SEXALBATUS.

Antennarum annulo et puncto infra alas albis; segmentis 1—4 femoribus tibiisque rufis, tibiis posticis apice nigro. ♀.

Statura et proportio partium feminae *Ichn. extensorii*, sed pedibus paulo fortioribus. Ab *Ichn. callicero* et *lepido* haec species antennis crassioribus differt.

Longitudo 3 ½—4 linearum. *Caput* palpis piceis, clypeo interdum rufo, orbitis oculorum frontalibus flavicantibus. *Antennae* articulis 9—15—16 supra et lateribus albis, sequentibus subtus interdum ferrugineis, primo rarius subtus rufo. *Thorax* colli margine superno punctoque infra alas albis, interdum puncto rufo ante alas. *Scutellum* album. *Alae* subfumato-hyalinae, stigmate et radio piceis, radice picea aut straminea, squamula fusca. *Pedes* rufi, coxis et trochanteribus nigris; anteriores femorum latere convexo nigro aut fuscescente; postici apice summo femorum tarsis et apice tibiarum nigris aut fuscis. *Abdomen* segmentis 1—4 rufis, 4 interdum disco fusco, 5 interdum basi et margine summo nigris, 6 et 7 dorso albis.

Femina una prope *Norimbergam*, altera prope *Sickershausen* capta est, tertia, *pedemontana*, illis major est et articulo primo antennarum subtus clypeoque rufis distincta.

Synonyma:

Ichn. sexalbatus Gravenh. Pedem. n. 45.

132. I. MULTIPICTUS.

Antennis tricoloribus, segmentis 1—3, femoribus anterioribus, tibiis tarsisque rufis. f.

Statura et proportio partium feminae *Ichn. deceptoris* n. 126. *Longitudo* 3 linearum. *Antennae* articulis 1 et 2 fuscis, 3—8 rufis, 9—13 albis subtus dilutecroceis, sequentibus fuscis subtus rufescentibus. *Scutellum* album. *Alae* fumatohyalinae, stigmate stramineo, radio et radice rufis, squamula fusca, areola subquinqueangulari. *Pedes* anteriores rufi, coxis et trochanteribus nigris; postici coxis et trochanteribus nigris, his apice rufo, femoribus nigris, basi et summo apice rufis, tarsis tibiisque rufis, his apice nigro. *Abdomen* segmentis 1—3 rufis, 3 margine nigricante, 6 et 7 macula dorsali alba.

Feminam unicam *pedemontanam Bonelli* transmisit.

Synonyma:

Ichn. multipictus Gravenh. Pedem. n. 46.

Nota:

Haec femina forsan varietas est *Ichn. deceptoris*.

133. I. SUAVIS.

Antennis tricoloribus; segmentis 1—3 rufis; pedibus rufis, posticorum femoribus tibiisque apice nigris. f.

Statura et proportio partium omnino praecedentis.

Longitudo $3^{2}/_{3}$ linearum. *Caput* mandibulis rufis. *Antennae* articulo 1 nigro subtus rufo, articulis 2—7 totis rufis, 8—16 albis subtus puncto rufo, sequentibus fuscis. *Scutellum* album. *Alae* fumatohyalinae, stigmate et radice piceis, radio et squamula fuscis, areola subquinqueangulari. *Pedes* rufi; postici tarsis nec non femorum tibiarumque apice nigris. *Abdomen* segmentis 1—3 rufis, 4 macula laterali rufa, 6 et 7 dorso albo.

Feminam unicam *pedemontanam Bonelli* misit.

Varietas:

1. *Antennis subtricoloribus, coxis nigromaculatis.* f. — *Statura* speciei genuinae, sed aculeo paulo longius exserto, alis brevioribus. — *Longitudo* 3 linearum. *Antennae* articulis 1 et 2 nigris, 3—5 ferrugineis, 6—8 fuscis, 9—16 albis subtus fuscis, sequentibus nigris subtus fuscis. *Pedes* rufoferruginei, coxis nigris macula ferruginea; trochanteribus anterioribus nigris, posticis rufis; femorum et tibiarum posticorum apice nigro; tarsis posticis fuscoferrugineis.

Hanc varietatem cepit *Richter* in *Silesiae Sudetis.*

Synonyma:

Ichn. suavis Gravenh. Pedem. n. 47.

Nota:

Varietas medium tenere videtur inter *Ichneum. deceptoris* feminas et *Ichneum. suavem* genuinum.

134. 1. LEPIDUS. n.

Segmentis 1—4 rufis; femoribus anterioribus rufis, nigromaculatis; tibiis rufis, posticis apice nigro, m. f. (*femina* antennarum annulo albo).

Feminae statura et proportio partium sicut in feminis *Ichn. extensorii*. *Mares* feminis graciliores sunt, paulo graciliores quam mares *Ichn. deceptoris*.

Longitudo maris 3—4, feminae $2\frac{1}{2}$—3 linearum. *Caput* feminae orbitis oculorum internis tenuibus flavis. *Antennae* maris subtus rufescentes; articulo primo interdum toto nigro; feminae articulo 1 subtus rufescente, 8—13 vel 10—13 supra albis. *Thorax* feminae colli margine supero punctoque minuto infra alas albis. *Scutellum* album, feminae interdum lateribus castaneis. *Alae* fumatohyalinae, radice stigmate et radio fuscis aut piceis, radice feminae interdum albida, squamula fusca aut nigra; areola quinqueangulari, maris interdum subtriangulari. *Pedes maris* anteriores rufi, coxis et trochanteribus, nec non macula aut latere externo femorum mediorum, nigris; postici

nigri, tibiarum basi et femorum summa basi rufis; *feminae* femoribus anterioribus nigris aut fuscis, interne vel totis vel apice ferrugineo-rufis, posticis vel rufis apicem versus nigris, vel nigris basin versus badiis; tibiis anterioribus sordide stramineis aut rufoferrugineis, externe seu apicem versus plerumque fuscescentibus, posticis nigris basin versus badiis; tarsis rufis, posticis nigris. *Abdomen* segmentis 1—4 rufis, interdum petioli basi nigra, 4 maris interdum macula marginali fuscescente aut nigra, 5 feminae summa basi rufescente; 6 margine, 7 dorso toto, albis.

Feminae quaedam circa *Taurinum* et *Genuam* captae, mecum communicatae sunt; mares ipse cepi, aestate, in frutetis, circa *Gottingam* et in *Silesia*.

Varietas:

Femoribus anterioribus totis rufis.

Alae maris cellula cubitali intermedia subtriangulari. *Pedes* rufi, coxis et trochanteribus nigris, posticis femorum et tibiarum apicibus nigris aut fuscis, tarsis nigris, maris articulo primo basi rufo. *Abdomen* maris segmentis 1—4 rufis, 4 margine nigro, 5 lineola transversali marginali, 6 macula transversali, 7 dorso toto, albis. Caetera sicut in specie genuina.

Marem cepit *Manger* prope *Warmbrunnum*, feminam *Sturm* prope *Norimbergam*.

Nota.

Varietas descripta maris, longitudine 4 linearum, propter hanc magnitudinem et colorem rufum pedum, etiam cum femina *Ichn. sexalbati*, copulari posset, sed mares hujus speciei transeunt etiam ad mares *Ichn. deceptorii*, ejusque varietates esse possent, feminaeque eos sequerentur.

135. I. FALLAX, n.

Annulo antennarum albo; antennis subtus, nec non segmentis 1—4, rufis; femoribus anterioribus rufis; tibiis rufis, posticis apice nigro. m.

Statura et proportio partium omnino, ut in praecedentis.

Longitudo fere 4 linearum. *Antennae* subtus articulis 1 et 2 ferrugineis, 3—12 rufis, 13—17 dilute croceis supra albis, sequentibus subtus rufescentibus (ultimis deficientibus). Ob annulum album antennarum hic mas facile pro femina haberi posset, inde nomen. *Alae* flavido-hyalinae, stigmate fusco-piceo, radio fusco, radice et squamula piceis, areola quadrangulari. *Scutellum* album. *Pedes* anteriores rufi, coxis nigris subtus macula rufescente; postici coxis nigris macula rufa, trochanteribus rufis, femoribus nigris summa basi rufa, tibiis rufis apice nigro, tarsis fuscis. *Abdomen* segmentis 1—4 rufis, 4 margine nigro, 6 macula transversali marginali alba, 7 toto albo.

Unicum individuum *Mangerus* cepit prope *Warmbrunn*.

136. I. STRIGATORIUS. n.

Antennarum annulo albo; segmentis 1—3 tibiisque rufis, harum posticis apice nigro. m. f. (*mas* orbitis oculorum albis; *femina* puncto albo infra scutellum).

Statura et proportio partium, maris et feminae, sicut in maribus *Ichn. lepidi* et *deceptoris;* sed antennis longioribus et gracilioribus.

Longitudo feminae 4½—5, maris 5⅓ linearum. *Caput* orbitis oculorum maris omnibus, feminae solis occipitalibus, albis. *Antennae* graciles, porrectae, corpore paulo breviores; articulis maris brevioribus quam feminae, 13—19 albis, feminae 11—15 albis. *Thorax* feminae puncto albido infra scutellum. *Scutellum* ipsum album. *Alae* fumatohyalinae, stigmate stramineo, radio et radice fuscis, squamula nigra; areola feminae quinqueangulari, maris subquinqueangulari et paulo latiore quam in femina. *Pedes* femoribus anterioribus apice rufis; tibiis rufis, posticis apice nigro; tarsis rufis, posticis fuscis. *Abdomen* segmentis 1—3 rufis, petiolo maris nigro; 4 maris summa basi rufa; 5—7 albomarginatis.

Marem et feminam *Manger* cepit prope *Warmbrunn;* feminam alteram *a Stillfried* prope *Hirschberg* cepit, eamque, sub nomine indicato, mecum communicavit.

Varietas:

1. *Puncto albo infra scutellum deficiente.* f. — *Antennae* articulis 12—15 supra albis. *Abdomen* petiolo nigro. Caetera sicut in femina genuina.

Hoc individuum *a Stillfried* prope *Hirschberg* cepit.

Nota:

Feminae hujus speciei, ob staturam antennas et pedes graciliores, facile pro maribus haberi possent, nisi forma styli brevis analis exserti probaret, eum potius aculeum esse quam genitale masculum.

137. I. MOTATORIUS.

Antennarum annulo et dorso segmenti sexti albis; segmentis 1—3 femoribus tibiisque rufis. f.

Longitudo 4—5½ linearum. *Caput* mandibulis interdum obscuroferrugineis. *Antennae* filiformes, vix dimidii corporis longitudine, apice curvatae aut involutae; articulo 1 nigro infra ferrugineo aut rufo, 2 fusco, 3—7 vel dilutecroceis vel ferrugineis vel ferrugineofuscis, 8—12—13 albis infra fuscis, sequentibus nigris. *Thorax* cylindricus. *Scutellum* album. *Alae* subfumatohyalinae aut subsilaceohyalinae, stigmate sordidestramineo, radio radice et squamula piceis aut fus-

cis, areola quinqueangulari aut subtriangulari. *Pedes* mediocres, rufi, coxis et trochanteribus nigris, horum posticis attamen vel apice vel totis rufis, interdum etiam anterioribus apice rufis. *Abdomen* gracilius quam in nonnullis speciebus confinibus (*Ichn. deceptore* etc.), capite thoraceque paulo longius et angustius, rarius thoracis latitudine; segmentis 1—3 rufis, 4 interdum dorso rufescente aut badio, 6 interdum margine summo albido, 7 dorso albo. *Aculeus* brevis exsertus niger.

Feminae quaedam, in *Silesia* et prope *Trajectum ad Moenum* captae, mecum communicatae sunt; unam ipse cepi die 20 Maji in *horto botanico gottingensi*. — *Hartlieb* unam educavit e larva *Noctuae Typhae*, mense Augusto.

Synonyma genuina:

Ichn. motatorius Gravenh. Uebers., n. 3777.

Synonyma dubia:

Ichn. motatorius Fabr. Syst. p. 329, n. 14.
„ Gmel. ed. Linn. p. 2677, n. 83.
„ Christ. p. 349.
„ Cederhielm p. 156, n. 480, in hortis.
„ Walckenaer p. 52, n. 14.

Auctores laudati nil dicunt nec de colore pedum, nec de colore ferrugineo articulorum 1—7 antennarum, et forsan etiam *Ichn. deceptorem* aut *sexalbatum* coram habuerunt. Cum autem Fabricius, in Systemate Piezat. p. 71, n. 4, *motato-*

rium ad genus *Cryptorum* redegerit, dubia graviora mihi de identitate horum synonymorum exorta sunt.

Ichn. motatorius Villers p. 139, n. 14; habitat in Gallia, prope Lugdunum. (Auctor forsan duas species confudit, dicit enim: »in uno sexu femora nigra, in altero rufa, »saltem in nostris;» caetera congruunt cum *Ichn. motatorio* Fabr. etc.).

Ichn. motatorius Olivier p. 168, n. 19, segmento primo nigro, sequentibus rufis, tribus ultimis nigris puncto unico vel punctis duobus albis, femoribus posticis et apice tibiarum (posticarum?) nigris. (Differt ergo a nostro; coloris ferruginei antennarum baseos nulla fit mentio. Forsan Olivier nostrum *Ichn. hilarem* aut varietatem *Ichn. extensorii* descripsit.)

---

sinuata, flava; 4 rarissime punctis sex marginalibus aut puncto unico minuto in angulis apicalibus, plerumque fascia marginali medio interrupta, 6 fascia integra, 7 fascia vel integra vel interrupta, flavis aut albicantibus.

Individua plura accepi e *Silesia, Bavaria, Trajecto ad Moenum, Gallia, Italia, Gallicia, Volhynia, Tauria, Anglia.* Nonnulla ipse legi, mensibus Julio — Septembri, in umbellatis aut gramine, locis apricis volitantes, circa *Cudovam Gottingam* et *Helmstadium.* — Individua minora, facie tota flava, antennis supra rufis, in Italia frequentius obveniunt. In Germania individua antennis supra fuscis, facie nigro-maculata, frequentiora sunt.

Varietates:

1. *Segmento 5 flavomarginato.* — *Facies* et *antennae* coloribus variant sicut species genuina. *Segmentum* 4 margine flavo vel integro vel medio interrupto; 5 margine flavo distinctiore aut obsoletiore, semper autem medio interrupto.

Plurima hujus varietatis individua *pedemontana* et *etrusca* sunt; unicum *hannoveranum Hegewisch* transmisit.

2. *Scutello nigro, angulis apicalibus obsolete testaceis.* — *Longitudo* 5 ½ linearum. *Caput* nigrum, orbitis facialibus albidis, palpis piceotestaceis. *Antennae* nigrae, subtus rufae, articulo 1 toto nigro. *Thorax* puncto albo infra alas. *Alae*

subfumatohyalinae, stigmate radio et radice dilute rufis, squamula fusca apice rufescente. *Pedes* sicut in specie genuina. *Abdomen* nigrum; segmentis 2 et 3 fascia marginali, medio sinuata, alba; 4 margine summo versus latera albo; 6 margine lato, 7 dorso toto, albis.

Hujus varietatis rarae individuum unicum *fennicum Sahlberg* mecum communicavit.

Synonyma:

Ichn. vaginatorius Linn. Fauna n. 1602; in Suecia frequens. — Syst. XII, p. 932, n. 15. (Verba auctoris: »variat abdominis segmento etiam puncto quarto,« mihi obscura sunt).

„ Gmel. ed. Linn. p. 2680, n. 15.

„ Villers p. 145, n. 88; in Gallia prope Massiliam. (Verba: »variat etc.« sicut in Linnei systemate).

„ Rossi n. 750; longitudine 4½ lin., in hortis frequens.

„ Christ p. 343. (Auctor verba obscura Linnei, supra jam allegata, aeque obscure in linguam vernaculam transtulit his verbis: Etliche haben auf dem vierten Ring einen schwarzen Punkt).

„ Olivier p. 171, n. 34, (in descriptione verba: »les cuisses et l'extrémité des pattes »postérieures sont noires,« mutanda sunt in »l'extrémité des cuisses et des jambes »postérieures est noire«).

Ichn. vaginatorius Fabr. Ent. p. 148, n. 48. — Piez. p. 62, n. 39.
„ Panzer Fauna, Fasc. 79, tab. 8, 9; raro in umbelliferis ad aquarum versuras.
„ Cederhielm p. 158, n. 485.
„ Schrank Boica p. 273, n. 2071; ubique, sed haud frequens, in rure degit.
„ Gravenh. Pedem. n. 48.
„ Trentep. in Iside 1826, p. 85, n. 30.
„ Latreille Crust. XIII, p. 186.
Ichn. Schaefferi Icon. tab. 83, fig. 8.
Ichn. curvatorius Müll. Prodr. n. 1782 (exclusa citata Schaefferi Icon. tab. 20, fig. 9, quae potius ad *Ichn. infractorium* adhibenda est).
Ichn. flavatus Gmel. ed. Linn. p. 2684, n. 237.
Ichn. tripunctatus Gmel ed. Linn. p. 2684, n. 244 (si nempe verba Leskeana: »segmentis »postice flavis,« de margine segmentorum interpetrari possunt).

Nota:

Fabricius (in Syst. Piez.) et Panzer (in Fauna et in Revis. p. 65) ad hanc speciem referunt etiam Schaefferi Icon. tab. 83, fig. 7; Panzer adeo contendit, figuram istam *Ichn. vaginatorium* melius exhibere quam figura 8. Differt autem figura 7 a nostra specie, abdominis pictura et femoribus omnibus nigromaculatis, quibus forsan meliori jure ad *Ichn. mercatorium* adhiberi posset, cui Panzer ad Schaeff. eam etiam junxit. — In Revisione

Panzer etiam dicit, *Ichn. vaginatorium* varietatibus pluribus obvenire, et forsan *Ichn. volutatorium* Fabr. ad unam alteramve harum varietatum adhibendum esse; Trentepohl autem, l. c. identitatem harum duarum specierum juste negat. (De *volutatorio* conferre velis notam ad *Ichn. infractorium*, n. 140).

Ad hanc nostram speciem autem haud pertinet *Ichn. vaginatorius* Müll. prodr. n. 1779 et Schrank Austr. pag. 349, n. 705 nec non Fuessl. Magaz. I, p. 292, n. 705; »femoribus omnibus nigromaculatis et segmentis omnibus flavomarginatis;« potius ad *Banchum pictum* adhibendus.

Ichn. curvatorius Thunb. Ichn. n. 8 huc haud pertinet.

139. I. XANTHORIUS.

Segmentis omnibus flavomarginatis; pedibus flavis, nigromaculatis. m. f. (*mas* antennis rufis, facie flava; *femina* antennis tricoloribus, orbitis internis oculorum flavis).

Statura et proportio partium speciei sequentis; femina antennis paulo crassioribus, abdominis apice acutiore.

Longitudo maris 6 linearum vel paulo major, feminae 5—6 linearum. *Caput maris* ore et facie flavis, mandibularum basi, lineaque longitudinali faciei, nigris; *feminae* orbitis oculorum internis flavis, palpis interdum ferrugineis. *Antennae*

maris porrectae setaceae, dimidii corporis longitudine, dilute rufae; articulis 1 et 2 nigris subtus flavis; *feminae* apice involutae, articulo 1 nigro subtus flavo, articulis 2—16 ferrugineis, 9—16 supra et lateribus dilutefulvis, 2—7 interdum subtus fuscoferrugineis. *Thorax maris* margine colli obsoleto, linea ante alas, lineola infra alas, puncto infra scutellum, maculisque duabus magnis metathoracis, flavis; *feminae* puncto infra alas, rarius etiam punctis duobus apicalibus metathoracis, flavis. *Scutellum* flavum. *Alae* silaceohyalinae, stigmate et radio dilutecroceis, radice et squamula flavis, areola subquinqueangulari. *Pedes maris* coxis nigris, posterioribus macula flava, femoribus nigris, anterioribus interne stramineis, tibiis flavis, anterioribus externe posticis apice dilutecroceis, tarsis flavis; *feminae* nigri, anteriores tibiis et femorum apicibus flavis, tarsis flavoferrugineis, postici macula coxarum tibiisque flavis, his apice nigris, tarsis ferrugineocroceis. *Abdomen* segmentis omnibus flavomarginatis; 5—7 feminae interdum margine flavo latera versus abbreviato.

Marem *pedemontanum* misit *Bonelli;* feminam *genuensem a Spinola* mecum communicavit, *gallicam Desmarest*, tertiam vidi in museo *Comitis de Hoffmannsegg*.

Varietas:

1. *Segmento quinto toto nigro.* m. — *Longitudo* 6⅓ linearum. *Caput* ore et facie totis flavis immaculatis. *Antennae* fuscae, subtus rufae arti-

culo primo flavo. *Pedes* flavi; postici latere inferno coxarum, apicibusque femorum et tibiarum, nigris. *Abdomen* segmento 5 toto nigro; segmentis reliquis flavomarginatis, 2—4 his marginibus flavis dorso late subemarginatis.

Individuum unicum (*hannoveranum?*) *Reusmann* mecum communicavit.

Synonyma maris et feminae:

Ichn. xanthorius Gravenh. Pedem. n. 49.

Synonyma feminae:

Ichn. xanthorius Forster n. 83; habitat in Anglia.
„ Gmel. ed. Linn. p. 2678, n. 197.

Nota:

Quaedam ad hanc speciem spectantia sub *Ichn. quadrifasciato* monebo.

140. I. INFRACTORIUS.

Segmento 2 basi, 3 basi et margine, sequentibus margine, flavis; tibiis tarsisque fulvis, m. f. (*mas* antennis rufis, facie flava; *femina* antennis apice fuscis, orbitis oculorum internis flavis).

Statura et proportio partium maris sicut in *Ichn. vaginatorio*; antennis autem longioribus. Femina mare brevior et crassior est.

Longitudo 5—6½ linearum *Caput* maris facie flava, punctis duobus parvis punctove uno

majore seu lineola longitudinali, nigris; feminae orbitis oculorum internis flavis aut ochraceis; palpis rufescentibus. *Antennae maris* setaceae, porrectae, corpore paulo breviores, rufae aut dilutecroceae, articulis 1 et 2 nigris infra flavis; *feminae* breviores, apice convolutae, pallidecroceae, apice ferrugineofuscescentes rarius nigrae; articulo 1 interdum supra fusco, rarissime toto nigro. *Thorax* lineola parva infra alas, interdum quoque puncto ante alas, flavis; metathorace subbispino. *Scutellum* flavum. *Alae* mediocres silaceohyalinae, stigmate et radio fulvis, radice et squamula flavis, areola quinqueangulari aut subtriangulari. *Pedes* flavescentes aut fulvi; coxis, trochanterum basi femoribusque nigris, his attamen basi apiceque flavis aut ferrugineis, maris anterioribus subtus totis flavoferrugineis. *Abdomen* maris oblongo-ovatum, thoracis latitudine, capite thoraceque paulo longius; feminae brevius et crassius, apice obtuso; segmento 2 basi, 3 basi et margine, hoc interdum obsoleto, segmentis sequentibus margine, flavis.

Mares, in *Austria, Bavaria, Franconia, Italia* captos, feminas in *Silesia, Franconia, Trajecti ad Moenum* et in *Italia* captas, accepi.

Varietates:

1. *Segmento 3 basi sola flava, 7 toto nigro.* m. — *Longitudo* 6½—7½ linearum. *Caput* mandibulis medio ferrugineis, clypeo et orbitis internis oculorum flavis. *Antennae* supra nigrae aut fus-

cae; infra articulo 1 plerumque distinctius aut obsoletius flavo, 3 et sequentibus rufis aut ferrugineis, sensim obscurioribus, ultimis fuscis. *Thorax* puncto flavo infra alas. *Scutellum alae* et *pedes* sicut in mare genuino, femoribus mediis rarissime fere totis nigris, apicem versus rufostramineis. *Abdomen* segmentis 2 et 3 basi, 4—6 margine, flavis.

Quaedam individua cepi passim in *Silesia*, mensibus Augusto et Septembri, in Angelica sylvestri aliisque umbellatis.

2. *Segmentis ultimis totis nigris.* ♀. — *Antennae* articulis 1 et 2 nigris macula rufa; 3—7 fulvis, sensim pallidioribus, sequentibus fuscis. *Pedes* nigri, trochanterum apice ferrugineo, femorum apice rufo, tibiis flavis, tarsis rufoflavis. *Abdomen* segmentis 2 et 3 basi flavis; sequentium vel 3, 4 et 5, vel 4 solo, margine flavo.

Feminae duae, prope *Warmbrunn* et *Hirschberg* captae, mecum communicatae sunt.

3. *Abdomine nigro, solis segmentis 2 et 3 basi flavis.* ♂. ♀. — *Longitudo* maris 6—7½, feminae 5½ linearum. *Caput* mandibulis rufis aut ferrugineis, orbitis internis oculorum flavis, clypeo maris vel toto flavo vel fascia arcuata flava. *Antennae maris* supra nigrae aut fuscae, infra articulo 1 flavo, 2 nigro, sequentibus rufis aut ferrugineis, ultimis fuscis; *feminae* articulis 1 et 2 nigris, 3—8 rufis sensim dilutioribus, 9—16 dilute-

fulvis, sequentibus nigris. *Scutellum* vel totum flavum, vel mari interdum fascia lata flava. *Thorax alae* et *pedes* sicut in specie genuina; tibiae maris interdum flavae, anteriores latere altero, posticae apice, rufae.

Nonnulli mares e *Silesia Gallia* et *Italia* transmissi sunt. Unicam feminam cepit *a Stillfried* prope *Hirschberg*.

4. *Segmentis 2 et 3 basi, sequentibus margine rufescentibus.* — *Longitudo* fere 7 linearum. *Antennae* fuscoferrugineae, articulo primo nigro, subtus flavo. Caetera sicut in mare genuino.

Unicum marem vidi in museo *Comitis de Hoffmannsegg* sub nomine *Ichn. mercatorii*, de quo conferas speciem sequentem.

Synonyma maris et feminae:

Ichn. infractorius Gravenh. Pedemont., n. 50.

Maris:

Ichn. Schaefferi Icon. tab. 20 fig. 9 et tab. 72 fig. 5 (tab. 20 fig. 9 Müller adhibuit ad *Ichn. curvatorium*, qui autem ad *vaginatorium* spectare videtur).

Ichn. volutatorius Trentep. in Iside 1826, p. 83, n. 28.

Feminae:

Ichn. infractorius Panzer Fauna, Fasc. 78 tab. 9; habitat in dumetis et floribus umbelli-

feris. — Revis. p. 63, in floribus Euphorbiae cyparissias.

Ichn. infractorius Trentep. in Iside 1826, p. 82.

Nota:

De varietate prima diu ambiguus haesitavi, num eam pro mare *Ichn. quadrimaculati* haberem; sed metathorace submutico, tibiis totis flavis et pictura thoracis, differt.

Ad nostri *Ichn. infractorii* feminam *Ichn. mercatorius* Fabr. Ent. p. 143, n. 41 et Piez. p. 61, n. 38, quidem spectare videtur, differt autem »pe»dibus flavescentibus, femoribus posticis nigris.« Sed varietas, cujus Fabricius in nota ad n. 38 mentionem fecit, potius ad *Ichn. monitorium* adhibenda est.

Panzer Schaefferi Icon. tab. 72 fig. 5, tab. 83 fig. 7, tab. 205 fig. 6, et tab. 223 fig. 7 ad *Ichn. mercatorium* Fabr. retulit, sed in Revis. p. 62, tab. 205 fig. 6 et tab. 223 fig. 7 jure meliori cum *Ichn. monitorio* conjunxit, ad quem etiam tab. 83 fig. 7 adhibere mallem.

De *Ichn. mercatorio* Panzeri Faun. fasc. 78, tab. 11 et *Ichn. nugatorio*, ibidem fasc. 80, tab. 12, quos Panzer, in Revis. p. 65, ad unam speciem redegit, haud dijudicare audeo; forsan varietates sunt *Ichn. monitorii* maris. *Nugatorius* Panzeri exacte ad varietatem 3 nostri *infractorii* quadrat. Conferas quoque notam ad speciem insequentem.

Quod ad *Ichn. infractorium* Linnei, Mülleri, Schrankii, Olivieri et ad *Ichn. fractorium* Christii,

Synonyma:

Ichn. mercatorius Fabr. Ent. p. 143, n. 41 et Piez. p. 61, n. 38 (ubi nomen *mercatorius* restituendum est pro *vaginatorio*).
„ Gravenh. Pedemont., n. 51.
Ichn. volutatorius Thunb. Ichn. 560.

Nota:

Ichn. mercatorius, quem Trentepohl, in Iside 1826, p. 84, n. 29 descripsit, nec ad hunc nostrum *mercatorium*, nec ad speciem antecedentem, nec ad *monitorium* (n. 143) omnibus notis quadrat. Auctor ad *mercatorium* suum laudat *mercatorium* Panzeri et Schaeff. Icon. tab. 205, fig. 6; hanc autem Panzer, in Revis. p. 62, ad *monitorium* adhibuit. De his multisque aliis dubiis conferas notam ad speciem antecedentem. In ipso Fabricii museo, e relatione Trentepohlii l. c. individua *mercatorii* et *infractorii* confusa sunt. *Mercatorius* noster forsan mera varietas nostri *infractorii* maris esse posset. *Mercatorius* Panzeri, nisi antennis nigris, sed rufis, gauderet, optime varietati 1 nostri *infractorii* responderet.

172. I. QUADRIMACULATUS.

Metathorace bispino; orbitis oculorum internis, puncto ad alarum radicem, segmentis 2 et 3 basi, sequentibus margine, flavis; pedibus fulvis, coxis et femorum apicibus nigris. f.

Statura et proportio partium omnino feminae sequentis.

Longitudo 5½—7 linearum. *Caput* orbitis oculorum internis flavis; palpis et mandibulis rufis aut flavis, his apice nigro. *Antennae* apice involutae, rufoferrugineae, apicem versus fuscae, rarius supra totae fuscae; articulo 1 rarius toto nigro, plerumque subtus ferrugineo. *Thorax* colli margine supero, puncto ante alas, lineolaque infra alas, flavis; metathorace spinis duabus acutis armato. *Scutellum* flavum. *Alae* silaceohyalinae, stigmate et radio stramineis aut fulvis, radice et squamula flavis, areola subquinqueangulari. *Pedes* flavi, coxis nigris; femoribus anterioribus rarius nigris, basi apiceque flavis, plerumque flavis, supra et lateribus in media parte nigris, posticis nigris basi flava; tibiis vel totis flavis vel apice ferrugineis, posticis praeterea plerumque summo apice nigro, rarissime latere externo toto fusco; tarsis ferrugineis. *Abdomen* segmentis 2 et 3 fascia basali, latera versus sensim dilatata, sequentibus margine, flavis, rarius virescentibus.

Quaedam individua, passim in *Germania* et *Italia* capta, pluria circa *Netley* lecta, unum e monte *Caucaso* (teste *a Steven*), accepi. Individua *lusitanica* vidi in museo *Comitis de Hoffmannsegg*. Nonnulla proreperunt *Richtero* e pupis phalaenarum mense Majo.

Synonyma:

Ichn. quadrimaculatus Schrank Boica, n. 2090; aculeo longitudine unius segmenti (?).
„ Gravenh. Pedemont., n. 52.

Ichn. bidentorius Rossi, n. 751, habitat in hortis.
Ichn. signatorius Olivier p. 216, n. 52.
Ichn. notatorius Villers p. 150, n. 73; prope Lugdunum in Bressiae sylvis.

Nota:

Schrank in Fauna Boica l. c. laudat Schaefferi Icon. tab. 52 fig. 5, cui tantum femora magis flava sunt quam nostro. Forsan etiam Schaefferi Icon. tab. 233 fig. 5 huc referri posset, cui autem puncta flava ad radicem alarum desunt. Panzer (ad Schaeff.) has icones ad *Ichn. bidentorium* (haud Rossianum, sed nostrum) adhibet, qui autem segmentis 4—7 totis nigris differt. Quaeritur nunc, an lineis transversalibus albis, in abdominis parte apicali iconum allegatarum Schaefferi, margines colorati segmentorum ultimorum, an nil nisi incisurae segmentorum eis indicatae sint, quod haud dijudicare possum. In Faunae Ins. Germ. fasc. 80 tab. 12 Panzer illas Schaefferi icones ad *Ichneum. nugatorium* Fabr., in Revisione pag. 65 autem solam fig. 5 tab. 233 ad *nugatorium* retulit, Trentepohl quoque, in Iside 1826, pag. 78, n. 23, icones laudatas Schaefferi ad *Ichn. nugatorium* adhibuit, cum quo etiam melius congruere videntur. — Fuesslin (in Verz. d. Schweiz. Ins. p. 49, n. 944) citavit Schaefferi Icon. tab. 52 fig. 5 ad *Ichneum. bicinctum* qui autem, secundum diagnosem, haud ad illam quadrat.

Schaefferi Icon. tab. 188 fig. 7, quam Panzer (ad Schaeff.) pro *Ichn. bidentorio* habet, differt

alio flavo, et potius ad *Ichneum. fasciatorium* redigenda est.

Caeterum autem *Ichn. bidentorius* Panzeri (Faunae fasc. 45 t. 16) et Schaefferi icones citatae nec ad *quadrimaculatum* nec ad *bidentorium* omnino quadrant.

Ichn. signatorius Olivieri, cui *Ichn. notatorius* Villersii consociatus est, abdomine falcato describitur; verbum falcatum autem, nec in hac specie nec in quibusdam aliis, *Ichn. defensorio*, abdomen compressum Ophionum indicare videtur, sed abdomen curvatum, quemadmodum haud raro in individuis mortuis se exhibet. — Haec species non solum *quadrimaculato*, sed etiam *xanthorio* et *infractorio* affinis esse videtur; exacte autem cum nullo congruit. Huc autem haud spectat *Ichn. signatorius* Fabr. (Cryptus Fabr. Piez.), nec *Ichn. notatorius* Walckenaeri et Olivieri (qui potius ad *Banchum falcatorem* referri potest), nec *Ichn. notatorius* in Panzeri Fauna exhibitus, nec *Ichn. notatorius* Thunb. Ichn. 540.

148. I. MONITORIUS.

Segmentorum 2 et 3 macula laterali, 4—6 marginibus flavis, tarsis tibiisque anterioribus flavis, tibiis posticis apice nigro. m. f. (*mas* facie fere tota flava; *femina* orbitis oculorum internis flavis).

Statura et proportio partium *Ichneumonis infractorii*.

Longitudo 6½ linearum. *Caput* palpis rufescentibus; facie maris flava puncto nigro, feminae nigra orbitis oculorum internis flavis. *Antennae* articulis 1 et 2 subtus flavis, feminae rarius totis nigris; 3—10—12 feminae subtus badiis. *Thorax* lineola brevi infra alas punctoque, interdum obsoleto, ante alas, flavis. *Scutellum* flavum. *Alae* silaceohyalinae, stigmate fulvo-stramineo, radio fuscescente, radice flava; squamula maris flava puncto nigro, feminae tota nigra; areola maris triangulari, feminae subtriangulari. *Pedes* trochanteribus apice flavis; femoribus basi et apice, anterioribus etiam plerumque inferne totis, flavis; tarsis tibiisque flavis, harum posticis apice nigro. *Abdomen* mari paulo gracilius quam feminae; segmento 2 fascia lata basali, medio incisa et fere interrupta, flava; 3 macula magna laterali transversali flava, 4—7 margine flavo.

Marem unicum cepi die 7 Julii 1809 prope *Gottingam;* feminae quaedam, prope *Norimbergam* et *Sickershausen* nec non in *Austria* captae, mihi transmissae sunt.

Synonyma maris:

Ichn. Schaefferi Icon. tab. 223, fig. 7, et tab. 83, fig. 7.

Feminae:

Ichn. monitorius Panzer Faun. fasc. 80, tab. 13; tibiis totis flavis. (Auctor, in Revis. p. 62, Schaefferi Icon. tab. 205 fig. 6 pro

hujus speciei varietatem, maculis lateralibus segmenti 2 et 3 medio subcontiguis, habet).

Ichn. interruptorius Trentep. in Iside 1826, p. 80, n. 25.

Ichn. mercatorii Fabr. Piez. p. 62, n. 88 varietas e museo Bosciano (species genuina est noster Ichn. n. 141).

Nota.

Ichn. interruptorius Fabr. quem Panzer, in Revis. p. 62, ad hanc speciem adhibet, huc non pertinet, propter fasciam latam albam antennarum; sed *Ichn. interruptorius*, quem Trentepohl (l. c. ubi vero, sine dubio, pro *Australia* legendum est *Austria*) e museo Fabriciano descripsit, penitus cum femina nostrae speciei convenit. Trentepohl marem hujus speciei haud vidit, credit autem, Ichneumonem, in museo Fabriciano pro varietate *Ichn. bidentorii* declaratum (v. Isidem 1826 p. 81 var. a), marem interruptorii esse, a quo tamen segmentis 4—7 totis nigris differt. Quae autem Trentepohl l. c. de confusione inter *Ichn. mercatorium*, *interruptorium* et *monitorium* adfert, facile exaequari possunt, si auctor mecum convenerit, Fabricium, in Systemate Piezatorum, sub *Ichn. mercatorio* duas species (n. 141 et 143) confudisse, quarum altera, e museo Bosciano, ad *Ichn. monitorium* spectat.

144. I. FASCIATORIUS.

Metathorace bispino, facie flava, segmentis 2 et 3 flavis apice nigris, ano flavo; trochanteribus, tarsis tibiisque stramineo-flavis, harum posticis apice nigro. m.

Metathorace submutico, orbitis oculorum internis flavis; segmentis 2 et 3 basi, sequentibus margine, flavis; tarsis tibiisque stramineo-flavis, tibiis posterioribus apice nigro; antennis albo-annulatis. f.

Statura et proportio partium *Ichn. infractorii*; femina autem antennis longioribus, abdominis apice obtusiore.

Mas.

Longitudo 6—8 linearum. *Caput* palpis et mandibularum medio flavis aut rufescentibus, facie flava. *Antennae* nigrae aut fuscae, subtus dilute rufae aut flavescentes, articulo 1 flavo, articulis ultimis totis fuscis. *Thorax* lineola brevi infra alas, puncto ante alas, margineque superno colli, flavis; metathorace spinis duabus acutis armato. *Scutellum* flavum. *Alae* silaceohyalinae, stigmate et radio fulvis, radice et squamula flavis, areola subquinqueangulari aut triangulari. *Pedes* stramineoflavi aut flavi; coxis nigris, anticis plerumque, rarissime etiam mediis, puncto flavo, anticis rarius fere totis flavis; femoribus anterioribus superne linea aut macula longitudinali, nec basin nec apicem femoris attingente, nigra, posticis ni-

gris, basi, interdum etiam apice, flavis; tibiis posticis apice nigro. *Abdomen* segmento 2 basi flavo apice nigro; 3 flavo, margine apicali rarius toto, plerumque tantum in medio, nigro, interdum maculam magnam triangularem aut semiorbitalem nigram exhibente; 4 plerumque angulis baseos flavis; 6 margine, 7 toto, flavis, rarissime etiam segmento 5 summo margine flavo, aut 6 toto nigro.

Femina.

Longitudo 6 linearum. *Caput* orbitis internis oculorum flavis; genis castaneobadiis. *Antennae* nigrae, articulo 1 subtus ferrugineo, articulis 10—16 albis subtus silaceo-fulvis. *Thorax* linea flava ante alas usque ad collum ascendente, puncto flavo aut rufescente infra alas. *Scutellum* flavum. *Alae* silaceohyalinae, stigmate dilute-croceo, radio fusco, radice et squamula rufis, areola quinqueangulari. *Pedes* coxis et trochanteribus nigris, his apice ferrugineis; femoribus nigris, anterioribus subtus et apice, posticis basi, ferrugineis; tibiis stramineo-flavis, anticis apice ferrugineo aut nigro, posterioribus apice nigro; tarsis stramineoflavis. *Abdomen* segmentis 2 et 3 fascia lata flava basali, medio incisa, 4 lateribus et margine flavis, sequentibus flavomarginatis, 5 interdum fere toto nigro. *Aculeus* absconditus.

Copiam individuorum masculorum e pluribus *Germaniae Galliae* et *Italiae* regionibus, nec non e *Tauria* et *Anglia* accepi. Mense Julio ab *Uechtritz* marem prehendit in Chaerophyllo aro-

matico prope *Langenau.* Marem *lusitanicum* vidi in Museo *Comitis de Hoffmannsegg.* Feminam unam cepit *Manger* prope *Warmbrunn*, alteram *a Stillfried* prope *Hirschberg*, tertiam (*hannoveranam?*) *Reusmann* transmisit.

Varietas:

1. *Abdominis apice toto nigro* f. — *Caput* solis orbitis frontalibus flavis. *Antennae* articulis 10—14 cereoflavis, subtus fuscescentibus. *Alae* stigmate et radice rufo-ferrugineis, radio fusco, squamula nigra. *Pedes* nigri; femoribus anticis geniculo flavo; tibiis flavis, apice anticorum ferrugineo posteriorum nigro; tarsis rufis aut fuscis. *Abdomen* segmentis 2 et 3 ut in specie genuina; reliquis nigris, 7 macula obsoletissima flavicante. — Caetera ut in specie genuina.

Duas feminas, circa *Netley* cum maribus pluribus genuinis captas, *Hope* mecum communicavit.

Synonyma maris:

Ichn. fasciatorius Fabr. Syst. p. 330, n. 17; Piez. p. 61, n. 35; habitat in Anglia.

„ Gmel. ed. Linn. p. 2680, n. 93.

„ Villers p. 149, n. 43.

„ Rossi n. 749.

„ Christ p. 338.

„ Olivier p. 170, n. 32.

„ Gravenh. Pedem. n. 53.

„ Thunb. Ichn. 542.

„ Trentep. in Iside 1826, p. 79, n. 24.

Ichn. Schaefferi Icon. tab. 183, fig. 7.
Ichn. sarcitorius Sulzer Kennz. tab. 18, fig. 115.
„ Christ tab. 34, fig. 6.
Ichn. armatorius Forster n. 82.
„ Rossi n. 752; in hortis frequens (in descriptione pro »abdomen compressum« potius »abdomen depressiusculum« legendum est).
Ichn. dimicatorius Gm. ed. Linn. p. 2680, n. 198.
Ichn. nugatorius Thunb. Ichn. 523.
Ichn. bidentatus Olivier p. 172, n. 40.

Nota:

De femina descripta adhuc dubius sum, num vera hujus maris femina sit, propter metathoracem muticum et picturam differentem thoracis et abdominis.

Quod ad synonyma maris, haec monenda sunt: Omnes auctores, qui *Ichn. fasciatorium* Fabricii receperunt, verba ejus etiam immutata retinuerunt, »segmento secundo basi, tertio sextoque flavis, »quinto margine flavo.« Mihi autem persuasum est, Fabricium, cum segmenti septimi nullam faciat mentionem, hoc pro sexto, sextum autem pro quinto habuisse.

Icon *Ichn. sarcitorii* Christii e Sulzeri Kennz. mutuata est, neglecto tamen scutello flavo. Descriptio autem *Ichneum. sarcitorii,* quam Christ p. 344 edidit, haud ad hanc speciem, sed ad *Ichn. sarcitorium* Linnei (nostrum n. 105), referri debet.

Ichn. Schaefferi Icon. tab. 183, fig. 7 exhibitum Panzer ad *Ichneumonem bidentorium* adhibet; qui autem abdominis apice toto nigro differt, indeque haud ad hanc speciem quadrat, licet etiam Illiger *bidentorium* illum ad *Ichn. armatorium* Rossii laudaverit. — *Ichn. armatorius* auctorum reliquorum, *Ichn. bidentatus* Gmelin ed. Linn. pag. 2685, n. 245, et *Ichneum. fasciatorius* Walckenaeri p. 58, n. 23, huc non spectant, quamvis Walckenaer *Ichn. fasciatorium* Fabricii ad suam speciem adhibuerit.

145. 1. TRIFASCIATUS. n.

Facie et segmentorum 2—4 basi flavis, thorace pedibusque flavomaculatis, abdominis apice fulvo. m.

Statura et proportio partium maris praecedentis; sed thorace subinermi, antennis paulo longioribus.

Longitudo 7—7½ linearum. *Caput* ore flavo, mandibularum apice fusco; facie, orbitisque oculorum frontalibus et genalibus, flavis. *Antennae* setaceae, corpore breviores, articulo primo subtus flavo. *Thorax* linea (sutura) ante alas, lineola infra alas, macula laterali prothoracis, plerumque puncto infra scutellum, interdum etiam puncto laterali metathoracis, flavis; metathorace tuberculis duobus parvis subacutiusculis. *Scutellum* flavum. *Alae* sublutescenti-hyalinae, stigmate rufo aut fus-

crescente, radio fusco, basin versus rufo, radice et squamula stramineis aut flavis, areola quinqueangulari. *Pedes* coxis flavis, basi nigra; trochanteribus flavis, posticis basi nigra; femoribus anterioribus flavis, supra nigris, posticis nigris, geniculo rufo, rarius latere altero vel toto, rufo, vel apicem versus linea flava; tibiis flavis, posticis apice nigro; tarsis flavis aut fulvis. *Abdomen* segmento secundo maculis duabus magnis flavis, basalibus, didymis connatis; 3 vel sicut 2, vel flavo macula marginali triangulari nigra; 4 vel sicut 3 vel sicut 2, maculis flavis autem interdum haud connatis; 5 et 6 margine laterali, rarius latere toto, rarissime etiam margine dorsali, flavis aut stramineoflavis; 7 stramineo-fulvo aut flavo, rarius ferrugineo aut dorso nigro.

Mares nonnullos cepi prope *Warmbrunn*, fruticeta circumvolitantes, initio Augusti.

145b. I. ERYTHROPYGUS. n.

Linea ante alas, facie, segmentisque 2—4 flavis, his margine nigro maculatos, segmento 7 rufo-marginato; pedibus anterioribus flavis, posticis nigris, tibiis flavis apice nigro.

Statura et proportio partium *Ichn. trifasciati* antecedentis; an hujus varietas?

Longitudo 7 linearum, paulove minor aut major. *Caput* palpis clypeo facie et parte infera orbitarum genalium flavis, mandibulis nigris apice

rufescente. *Antennae* articulo 1 subtus flavo. *Thorax* linea suturali ante alas, lineola infra alas, plerumque lineola infra scutellum, flavis. *Scutellum* flavum. *Alae* fumatohyalinae, stigmate rufo aut fusco, radio fusco, radice picea aut flava, squamula nigra interdum apice rufescente. *Pedes* anteriores flavi, basi coxarum, interdum quoque summa basi femorum et trochanterum, nigra; postici nigri, coxis macula apicali albicante, trochanteribus apice rufo, femoribus interdum geniculo summo rufo, tibiis flavis, apice et summa basi nigris, tarsis dilute rufis, apicem versus ut plurimum fuscis. *Abdomen* segmentis 2—4 flavis, rarius dilute rufis, semper autem margine plus minus nigris praetereaque puncto medio, majore minoreve, marginali, nigro; sequentibus nigris, 7 margine rufo.

Mares tres, circa *Netley* lectos, *Hope* ad me misit; quartum ipse cepi, initio Augusti, cum *Ichn. trifasciato*, prope *Warmbrunn*, idque segmentis 2—4 dilute rufis, margine magis colore nigro imbutis.

Varietates:

1. *Segmento 7 toto nigro*. m. — *Abdomen* segmentis 2 et 3 ut in specie genuina, 4 autem linea longitudinali dorsali nigra, utrimque puncto dorsali nigro, reliquis totis nigris. — Caetera ut in specie genuina.

Unum marem *Hope* cepit circa *Netley*.

2. *Segmentis 5—7 rufomarginatis, 3 et 4 totis flavis.* m. — Caetera omnino ut in maribus genuinis.

Unum individuum *Hope* cepit circa *Netley.*

146. I. XANTHOZOSMUS.

Lineolis duabus ad radicem alarum, facie, segmento 2 basi et lateribus, 3 toto, 4—7 margine, flavis; pedibus fulvis, posticis nigromaculatis. m.

Statura et proportio partium maris *Ichneum. infractorii;* a *margineguttato* (n. 152) antennis differt longioribus.

Longitudo 7 linearum. *Caput* ore et facie flavis. *Antennae* articulo primo subtus flavo. *Thorax* lineola ante alas alteraque infra alas flavis. *Scutellum* flavum. *Alae* subsilaceohyalinae, stigmate dilutecroceo, radio fuscescente, radice et squamula flavis, areola quinqueangulari. *Pedes* anteriores flavofulvi, coxis nigris subtus flavis, femorum latere interno trochanteribusque flavis; postici fulvocrocei, coxis, trochanterum basi, femorum tibiarumque apice, tarsisque, nigris, articulo primo tarsorum flavo apice nigro. *Abdomen* segmento 2 flavo aut rufostramineo, macula magna nigra marginali, interdum in medio dorso in acumen excurrente; 3 flavo aut rufostramineo, sequentibus flavo- aut substramineo-marginatis.

Unicum individuum *genuense* a *Spinola* transmisit.

Varietates:

1. *Segmento 7 toto nigro.* m. — *Longitudo* 8 linearum. Caetera sicut in mare genuino.

Hanc varietatem *pedemontanam Bonelli* mecum communicavit.

2. *Segmentis 4—7 totis nigris.* m. — *Longitudo* 7—8 linearum. *Abdomen* segmento 2 vel basi fulvo apice nigro, vel flavofulvo macula transversali marginali nigra; 3 flavo- aut stramineo-rufo, vel margine pallidiore, vel margine summo aut punctis duobus marginalibus nigricantibus; 4 vel lineola transversali marginali laterali straminea vel puncto flavicante in angulis baseos; 5—7 totis nigris. Caetera sicut in mare genuino.

Individuum unum *pedemontanum* transmisit *Bonelli*, alterum *Besser* e *Volhynia*, tertium vidi in museo *Comitis de Hoffmannsegg*.

Synonyma:

Ichn. xanthozosmus Gravenh. Pedem. n. 54.

147. I. PALLIATORIUS. n.

Segmentis 2 et 3 substramineis margine nigricante, ano substramineo; tibiis substramineis, posticis apice nigro; antennarum annulo albo. f.

Segmentis 2—4 vel totis fulvis, vel nigromaculatis, ano fulvo; pedibus anterioribus fulvis, coxis nigris, posticis nigris basi tibiarum flava; facie flava. m.

Mas:

Statura et proportio partium *Ichn. infractorii*, abdomine paulo longiore.

Longitudo 6—7 ½ linearum. *Caput* ore ferrugineo, facie et clypeo flavis. *Antennae* articulo 1 subtus flavo. *Thorax* linea suturali ante alas, interdum etiam lineolâ infra alas alteraque infra scutellum, rarissime insuper maculis duabus oblongis metathoracis, flavis; metathorace subbispino. *Scutellum* flavum. *Alae* siláceohyalinae, stigmate fulvo aut ferrugineo, radio fusco, radice fulva aut ferruginea, squamula nigra aut ferruginea. *Pedes* anteriores fulvi aut rufescentes, coxis nigris subtus flavis, trochanteribus basi nigra, femoribus interdum puncto basali nigro; postici nigri, plerumque trochanterum et femorum apicibus ferrugineis aut ferrugineoflavescentibus, femoribus rarius latere convexo rufomaculato, tibiis stramineofulvis aut flavis apice nigro aut fusco, tarsis fulvis aut ferrugineis aut fuscis. *Abdomen* segmentis 2—4 vel totis fulvis aut sordideflavis, vel puncto majore

minoreve nigro; 5 et 6 macula aut margine laterali, plerumque etiam margine dorsali, rufis; 7 toto rufo aut fulvo.

Femina:

Statura et proportio partium feminae sequentis, sed antennis pedibusque longioribus.

Longitudo 6—7½ linearum. *Caput* orbitis oculorum frontalibus flavis aut castaneis, tenuibus. *Antennae* dimidio corpore paulo longiores, apice involutae, articulis 10—15—17 albis subtus fulvis. *Thorax* sicut in mare, metathorace toto nigro. *Scutellum* et *alae* sicut in mare. *Pedes* anteriores femoribus apice fulvo aut flavo, tibiis fulvis aut flavis, mediis apice ferrugineo rarius nigro, tarsis anticis fulvis mediis ferrugineis; postici sicut in mare. *Abdomen* segmentis 2 et 3 vel rufoflavis vel flavis marginem versus rufis, margine ipso fusco aut nigro; 6 et 7 vel totis stramineorufis vel margine rufo.

Mares duos e *Carinthia Dahl* transmisit, duos alios vidi in museo *Klugii Berolini*. — Feminae tres, prope *Hirschberg Vindobonam* et *Genuam* captae, mecum communicatae sunt.

Varietates:

1. Femina; *segmentis 2 et 3 flavis, margine rufo, 4 rufo basi nigra, sequentibus totis rufis.* — Caetera sicut in femina genuina.

Unicum individuum *gallicum Brongniart* transmisit.

2. Mas. *Femoribus anterioribus externe nigris; segmento 4 nigro, angulis baseos fulvis.* — *Longitudo* 5⅓ linearum. *Abdomen* segmentis 2 et 3 macula nigra majore quam in maribus genuinis; 4 nigro, angulis baseos fulvis. Caetera sicut in specie genuina.

Hunc marem *gallicum Brongniart* mecum communicavit.

3. Mas. *Abdominis apice nigro, immaculato; femoribus anterioribus externe nigris.* — *Longitudo* 8½ linearum. *Caput* clypeo et facie nigris, lateribus testaceis; palpis et mandibularum medio sordidetestaceis. *Antennae* articulo primo subtus testaceo. *Thorax* puncto flavo infra alas. *Scutellum* flavum. *Alae* fumatohyalinae, stigmate radio et squamula rufis, radice flava. *Pedes* coxis et trochanteribus nigris, his apice fulvotestaceis; femoribus nigris, anticis apice et latere altero toto, mediis apice solo, fulvotestaceis; tibiis tarsisque fulvotestaceis, illarum posticis apice nigro. *Abdomen* segmento 2 fascia lata basali, medio incisa, fulvoflava; 3 flavofulvo, macula dorsali nigra triloba; 4 angulis baseos rufis.

Individuum unicum *fennicum Sahlberg* mecum communicavit.

148. I. RUFATORIUS. n.

Abdomine nigro-ferrugineo-stramineoque vario; tibiis tarsisque rufo-stramineis; antennis tricoloribus. f.

Statura et proportio partium feminae *Ichn. infractorii.*

Longitudo 5—6 linearum. *Caput* ore et orbitis oculorum omnibus ferrugineis. *Antennae* articulis 1 et 2 nigrofuscis, 3—6 ferrugineis, 7—13—14 flavoferrugineis supra pallidioribus. *Thorax* lineola infra alas, lineaque suturali ante alas, interdum obsoleta, flavis aut ferrugineis. *Scutellum* flavum aut sordideflavum. *Alae* silaceohyalinae, stigmate radio et radice diluteferrugineis aut fulvis, squamula ferruginea. *Pedes* femoribus anterioribus inferne apicem versus, posticis geniculo, ferrugineis; tibiis flavis, apice ferrugineo; tarsis flavoferrugineis. *Abdomen* segmento 1 rufoferrugineo, margine flavo aut stramineo, petiolo nigro; 2 stramineo, basi ferrugineorufa; 3 vel basi nigra apice flavo, vel nigro lateribus ferrugineorufis, margine stramineo; 4 ferrugineorufo, medio baseos nigro; sequentibus totis ferrugineorufis.

Unum individuum *gottingense Spangenberg* mecum communicavit, alterum vidi in museo *Comitis de Hoffmannsegg.*

Nota:

Forsan ad hanc speciem adhiberi possent *Ichn. crispatorius* Linn. etc. aut *Ichn. tricoloreus* Christ; sed ille discrepat abdominis apice subfuscescente aut nigro, hic thorace rufo medio nigro.

149. I. OCCISORIUS.

Facie tibiis tarsisque flavis; segmento 2 flavo macula nigra, 3 toto flavo, sequentibus margine flavo. m.

Statura et proportio partium maris *Ichneum. infractorii;* antennis attamen brevioribus.

Longitudo 5—7 linearum. *Caput* ore et facie flavis, palpis et mandibularum apice interdum rufescentibus, interdum etiam macula faciali nigra. *Antennae* articulo 1 subtus flavo. *Thorax* lineola brevi infra alas, punctoque interdum obsoleto ante alas, colli margine supero, rarius lineola transversali infra scutellum, flavis. *Scutellum* flavum. *Alae* silaceohyalinae, radio et stigmate fulvis, radice et squamula flavis. *Pedes* femoribus anterioribus inferne et geniculo flavis; tibiis tarsisque flavis, tibiis posticis apice nigro aut fusco. *Abdomen* segmento 2 flavo, plerumque ante marginem fascia seu linea transversali, vel etiam triangulo, majore minoreve, interdum fere obsoleto, nigro; 3 toto flavo, rarius puncto aut lineola transversali fusca, breviore aut longiore, ante marginem 4—7 flavomarginatis.

Quaedam individua cepi prope *Gottingam*, loco aprico graminoso volitantes, mensibus Augusto et Septembri; nonnulla, *Trajecti ad Moenum*, circa *Netley* et in *Gallia* capta, *de Heyden Hope* et *Brongniart* transmiserunt.

Synonyma:

Ichn. occisorius Fabr. Ent. p. 142, n. 37. — Piez. p. 61, n. 34; habitat Halae Saxonum.
„ Gravenh. Addit. n. 2.
„ Trentep. in Iside 1826, p. 222, n. 39.
Ichn. marginatorius Panzer Faun. fasc. 73, n. 14.

Nota:

Huc autem haud spectat *Ichn. marginatorius* Fabr., antennis enim gaudet subtus flavis, stigmate alarum nigro, etc. potiusque ad nostrum *Tryphonem marginatorium* redigendus est. Nec *Ichn. marginatorius* Rossii et Olivieri eadem est species; nam abdomine subsessili etc. differt et, secundum Rossium, *Ichneumoni lituratorio* Linn. affinis est.

Haesitabam, *Ichn. occisorium* Fabr. ad hanc speciem adhibere, cum auctor, in descriptione, femorum nigrorum nullam fecerit mentionem; *Germar* autem idem individuum, cui Fabricius in museo Hübneri nomen *occisorii* ipse inscripserat, mecum communicavit, quo de identitate speciei certior factus sum.

150. I. CONTAMINATUS. n.

Segmentis 2 et 3 flavis, subnigropunctatis, 6 et 7 macula flavicante; femoribus fulvis; tibiis flavis, posticis apice nigro. m.

Statura et proportio partium praecedentis; abdomine paulo longiore et angustiore.

Longitudo 6 linearum. *Caput* medio mandibularum et orbitis internis oculorum flavis. *Antennae* subtus ferrugineae, articulo 1 flavo. *Thorax* puncto ante alas alteroque infra alas flavis. *Scutellum* flavum. *Alae* silaceohyalinae, stigmate stramineo, radio fusco basin versus rufo, radice fulva, squamula fusca; areola quinqueangulari subpyramidata. *Pedes* femoribus fulvis; tibiis flavis, latere altero fulvo, posticis apice nigricante; tarsis anterioribus rufofulvis, ungue fusca, posticis nigris. *Abdomen* capite thoraceque longius et paulo angustius; segmentis 2 et 3 flavis, ante marginem linea transversali fusca, e punctis tribus composita; 5 puncto albido marginali, 6 et 7 macula dorsali alba.

Marem unicum *Manger* cepit prope *Warmbrunn.*

151. I. XANTHIUS. n.

Facie, linea ante alas, dorso metathoracis, pedibus et abdomine, sordideflavis; femoribus posticis et basi segmentorum nigromaculatis. m.

Statura et proportio partium maris *Ichneum. infractorii;* abdomine paulo longiore.

Longitudo 6 linearum. *Caput* ore facie et orbitis oculorum omnibus flavis. *Antennae* fuscae, articulis 1 et 2 subtus flavis. *Thorax* colli margine, linea ante alas, altera infra alas, punctoque infra hanc lineam, lineis duabus longitudinalibus dorsi, lineola transversali infra scutellum, totoque dorso declivi metathoracis, flavis. *Scutellum* flavum. *Alae* silaceohyalinae, stigmate et radio fulvis, radice et squamula flavis, areola subtriangulari. *Pedes* flavi; coxis nigris macula flava; trochanteribus basi nigris; femoribus anterioribus externe fulvis, posticis externe et interne nigris. *Abdomen* segmento primo flavo, petiolo rufo basi nigra; 2—4 flavis, basi summa nigra; 5 et 6 nigris, lateribus et margine flavis; 7 fusco, lateribus flavis.

Marem unicum *gallicum Desmarest* mecum communicavit.

Varietas:

1. *Femoribus anterioribus extra nigris; segmentis 2—4 fulvis, basi rufis.* m. — *Longitudo*

8 linearum. *Caput* facie flava, linea longitudinali clypeique margine nigris; palpis et mandibularum medio rufis. *Antennae* articulo 1 subtus flavo. *Thorax* puncto ante alas, lineola infra alas, maculisque duabus dorsalibus metathoracis, flavis. *Scutellum* flavum. *Alae* sicut in mare genuino. *Pedes* coxis et trochanteribus nigris; femoribus nigris, anticis infra et apice, posterioribus apice solo, testaceorufis; tibiis tarsisque fulvotestaceis. *Abdomen* segmento 1 flavo, petiolo nigro; 2—4 cerinis, basi rufis; 5 nigro, lateribus et summo margine rufis; 6 et 7 nigris, summo margine subrufescente; 8, seu vagina membri masculi, rufescente.

Individuum unicum *fennicum Sahlbergio* debeo.

152. I. MARGINEGUTTATUS. n.

Facie, segmentis 1—3 puncto laterali, 7 puncto dorsali, tarsis tibiisque, stramineis, tibiis posticis apice nigro. m.

Statura et proportio partium maris *Ichneum. infractorii;* antennis et abdomine longioribus. Pictura segmentorum 1—3 haec species cum *Ichn. sugillatorio* congruit, caeteris autem satis differt.

Longitudo 6—7⅓ linearum. *Caput* ore et facie flavis. *Antennae* porrectae, corpore paulo breviores; articulo 1, in individuis majoribus, subtus flavo. *Thorax* linea ante alas, in majoribus etiam lineola infra alas, flava. *Scutellum* sordideflavum, interdum basi nigra. *Alae* silaceo-

hyalinae, stigmate fulvo, radio fusco, radice picea, squamula fuscoferruginea, areola triangulari aut subquinqueangulari. *Pedes* anteriores flavi aut sordideflavi, coxis supra nigris, trochanteribus vel totis vel supra nigris, femoribus supra nigris, tibiis apice rufo aut nigro; postici nigri, trochanterum et femorum apice ferrugineo, tarsis tibiisque flavis aut sordideflavis, his apice fusco aut nigro. *Abdomen* capite thoraceque longius, individuis majoribus fere duplo longius, thoracis latitudine, minori thorace paulo angustius; opacum; segmento 1 puncto albido anguli apicalis; 2 macula flava aut sordide flava anguli apicalis; 3 vel sicut 2, vel basi obscurocastanea, angulo apicali obsolete flavescente; 4 interdum puncto anguli apicalis flavescente; 7 macula dorsali parva flavescente, individuo minori dorso fere toto flavo.

Mares duos, circa *Warmbrunn* captos, *Manger* transmisit; tertium, minorem, ipse prehendi, mense Augusto, in frutetis, prope *Salzbrunn*.

158. I. ORATORIUS.

Annulo antennarum et tibiarum albo; segmentis 1 et 2 margine, 6 et 7 dorso, albis. m. f. (*mas* facie et lineolis ad alarum radicem albis).

Statura et proportio partium *Ichn. viridatorii*.
Longitudo maris 6 — fere 7 linearum, feminae 5⅓ linearum. *Caput maris* ore, facie, orbitis oculorum frontalibus, plerumque puncto genarum,

albidis; *feminae* solis orbitis oculorum internis sordide albidis. *Antennae maris* porrectae, dimidio corpore longiores, articulo 1 subtus albo; articulis 10—15, vel plurimis eorum, supra albis; *feminae* apice incurvae, articulis 9—14 albis subtus sordidis. *Thorax maris* linea suturali ante alas, lineola infra alas, interdum puncto infra scutellum alteroque ante petiolum, albis, metathorace subbispino; *feminae* puncto albo ante alas. *Scutellum* album. *Alae* fumatohyalinae; stigmate fuscopiceo, feminae rufescente, radio fusco, radice et squamula fuscis, mari interdum albis, areola subtriangulari. *Pedes maris* anteriores coxis et trochanteribus albis, femoribus subtus albis, tibiis subtus et basi albis, tarsis sordide albis, articulorum apicibus fuscis; postici annulo lato ante basin tibiarum et articulis 3—5 tarsorum albis; *feminae* femoribus anterioribus apice summo stramineorufo; tibiis annulo lato albo ante basin; tarsis anterioribus stramineo-fuscis, posticis fuscis. *Abdomen maris* capite thoraceque longius, interdum fere duplo longius, thorace paululum angustius, segmentis 2—5 fere aequilatis, *feminae* oblongo-ovatum, capite thoraceque paululum longius, vix thoracis latitudine, apice obtusum; segmentis 1—3 subopacis, 1 margine aut macula marginali alba, 2 margine albo aut eborino; 3 maris margine, interdum medio interrupto, aut puncto angulorum apicalium, interdum obsoleto, albo; 4—7 nitidioribus; 6 puncto aut macula marginali, 7 macula dorsali, albis aut eborinis.

Mares nonnullos, in *Silesia Austria* et *Volhynia* captos, accepi, duos vidi in museo *Klugii*. Feminam unicam *Besser* e *Volhynia* mecum communicavit.

Varietas:

1. *Segmentis 1 et 2 puncto apicali albo.* f. — *Longitudo* 5½—6 linearum. *Thorax* totus niger. *Alae* stigmate piceo aut rufo. *Pedes* paulo graciliores quam in femina genuina. *Abdomen* paulo latius quam in femina genuina.

Individuum, prope *Hirschberg* captum, *a Stillfried* transmisit, alterum, prope *Cracoviam* captum, *Besser*, tertium *italicum Dahl;* duo individua *marchica* vidi in museo *Klugii*.

Synonyma maris:

Ichn. oratorius Fabr. Ent. p. 138, n. 24. — Piez. p. 58, n. 20.
„ Panzer Faun. fasc. 80, tab. 10.

Feminae:

Ichn. dealbatus Gmel. ed. Linn. p. 2678, n. 226 (etiam segmento 5 puncto albo).

Nota:

In individuo hirschbergensi segmenta 4—7 latere sinistro adeo connata sunt ut incisurarum vestigium omne deletum sit.

153b. I. ATRAMENTARIUS. n.

Facie, annulo tibiarum, punctoque segmentorum 1, 2 et 7, albis. m.

Statura et proportio partium maris *Ichneum. oratorii* antecedentis.

Longitudo 5½ linearum. *Caput* facie et clypeo albis, hoc macula marginali nigra; palpis sordide albis, orbitis oculorum frontalibus albis. *Scutellum* album. *Alae* subfumatohyalinae, stigmate radio et radice fuscis, squamula nigra. *Pedes* femoribus anterioribus geniculo et subtus linea longitudinali albis; tibiis anterioribus albis, externe apice et basi nigris, posticis annulo lato albo ante basin. *Abdomen* segmento 1 macula parva alba in medio marginis, 2 puncto albo subobsoleto marginali subdiaphano, 7 macula dorsali alba.

Unicum marem, circa *Netley* captum, *Hope* mecum communicavit.

154. I. ALBIPICTUS.

Annulo antennarum albo; capite, thorace, scutelloque albolineatis; segmentis 1—4 marginibus interruptis, 6 et 7 marginibus integris, albis. m.

Longitudo 6 linearum. *Corpus* totum pube tenerrima subgriseosericeum. *Caput* thoracis latitudine, palpis albidis, mandibulis medio rufis, orbitis oculorum internis et puncto genarum albis.

Antennae porrectae; articulis brevibus, 16—20 supra albis (ultimis deficientibus). *Thorax* gibbulus; lineola ante alas, altera infra alas, tertia ante angulum singulum scutelli, quarta transversali infra scutellum, albis. *Scutellum* margine laterali et apicali albo. *Alae* subfumatohyalinae, stigmate et radio fuscis, radice alba puncto nigro, squamula nigra puncto albo; areola subquinqueangulari. *Pedes* mediocres; anteriores femoribus infra fusco-badiis apicem versus pallidioribus, tibiis fuscis interne sordidealbidis, tarsis fuscescentibus. *Abdomen* capite thoraceque longius et angustius, nitidulum; segmentis 2—5 fere aequilatis, 1—3 margine albo, medio subinterrupto, 4 vestigio laterali marginis albi, 6 linea marginali transversali abbreviata alba, 7 toto albo.

Unicum individuum *pedemontanum Bonelli* misit.

Varietas:

1. *Scutello toto et maculis duabus metathoracis albis.* m. — *Longitudo* paulo ultra 7 lineas. *Caput* palpis et macula laterali clypei albis, facie alba medio nigra, orbitis oculorum frontalibus et genalibus albis. *Antennae* corpore dimidio paulo longiores, setaceae, apice subcurvatae, articulis 14—20 supra albis. *Thorax* colli margine supero, linea ante alas, lineola infra alas alteraque transversali infra scutellum, maculisque duabus dorsi declivis metathoracis, albis. *Scutellum* album. *Alae* fumatohyalinae, stigmate et radio

fusconigris, radice et squamula albis. *Pedes* anteriores coxis subtus macula alba, femoribus anticis latere altero toto, mediis solo apice, rufis, apice summo ipso albido, tibiis subtus albidis, tarsis albidis articulo ultimo nigrofusco. *Abdomen* segmentis 1—3 macula anguli apicalis, 4 lineola marginali anguli apicalis, 6 toto margine, 7 toto dorso, albis.

Marem unicum *Besser* e *Volhynia* misit.

Synonyma:

Ichn. albipictus Gravenh. Pedem. n. 55.

155. I. NYCTHEMERUS.

Capite thorace et scutello flavolineatis; segmentis 1—3 macula laterali, 4—7 margine, flavis; antennis tibiisque rufis. f.


Longitudo 3½ linearum. *Caput* orbitis oculorum internis et externis flavis. *Antennae* porrectae; articulis 1 et 2 fuscis, subtus rufis; sequentibus rufis, sensim obscurioribus tandemque fuscis (ultimis deficientibus). *Thorax* gibbulus, subgriseosericeus, linea flava ante alas. *Scutellum* gibbulum; flavum, lateribus nigris. *Alae* hyalinae, irideae, stigmate radio et radice fuscis, squamula flava, areola subquadrangulari. *Pedes* mediocres; antici macula coxarum flavicante, femoribus apicem versus fulvis, tibiis tarsisque rufis; medii tarsis tibiisque rufis, his apice nigricante; postici

tibiis rufis apice nigro, tarsis rufis apicem versus fuscescentibus. *Abdomen* oblongoovatum, capitis thoracisque longitudine, thorace vix paulo angustius, nitidulum, apice obtusum; segmentis 1 et 2 macula anguli apicalis, 3 margine, medio subinterrupto, 4—7 margine, latera versus abbreviato, flavis. *Aculeus* subexsertus, fuscus.

Unicam feminam Pedemontanam a *Bonellio* debeo.

50. I. nycthemerus.

Ichn. nycthemerus Gravenh. Pedemont. n. 50.



SECTIO VII.

Scutello pallido; abdomine vel pallide notato, vel segmentis quibusdam totis flavis, segmento ultimo toto nigro.

Ichn. equitatorii var. abdomine tricolore, ad *sectionem* 5 spectat; *Ichn. natatorius* autem, segmenti septimi puncto albo, ad *sectionem* 6. Speciebus, segmentis quibusdam totis flavis, hic color interdum in rufum transit (e. g. in nonnullis individuis *Ichn. luctatorii*), quo nexus cum *sectione* 8 se prodit. Idem *Ichn. luctatorius* et *Ichn. glaucatorius*, varietatibus scutello toto nigro, ad *sectionem* 9 spectant.

E *sectione* 4 varietas *Ichn. salicatorii*, abdominis apice immaculato segmentis 2 et 3 stramineomaculatis, in hanc sectionem 7 transit; e *sectione* 6 varietates segmentis ultimis totis nigris *Ichn. palliatorii*, *infractorii*, *fasciatorii*, *erythropygi* et *xanthozosmi* huc spectant.

---

156. I. QUADRIFASCIATUS. n.

Facie, maculis duabus metathoracis, segmentorum 1—4 marginibus, flavis; pedibus flavis, nigromaculatis. m.

Statura et proportio partium omnino *Ichn. xanthorii* et *flavonigri.*

Longitudo 6½—7½ linearum. *Caput* ore et facie flavis. *Antennae* articulo 1 subtus flavo. *Thorax* lineola ante alas, altera infra alas, maculisque seu punctis duobus metathoracis, flavis. *Scutellum* flavum. *Alae* subsilaceohyalinae, stigmate fulvo, radio fulvofuscescente, radice et squamula flavis, areola subquinqueangulari aut subtriangulari. *Pedes* flavi; coxis et trochanteribus nigris macula flava; femoribus anterioribus linea longitudinali nigra, posticis vel flavis apice nigro vel nigris basi flava; tibiis posticis apice nigro; tarsis posticis articulorum 2—5 apicibus plerumque nigricantibus. *Abdomen* segmento 1 flavo, petiolo nigro; 2 flavo, dimidio nigro; 3 flavo basi nigra; 4 vel cum 3 congruente, vel triangulo lato nigro, cujus apex anum versus spectat.

Individua quaedam, circa *Parisios* et *Monspessulanum* capta, mihi transmissa sunt.

Nota:

Haec species a mare *Ichn. xanthorii* non nisi colore flavo praevalente segmentorum 1—4, seg-

mentis sequentibus et antennis, articulo 1 excepto, totis nigris, differt; forsan ejus varietas esse posset, cum etiam aliae species sectionis sextae, v. c. *Ichn. infractorius* et *xanthozosmus*, segmentis ultimis vel totis nigris vel flavomarginatis varient, et in ipsius *Ichn. xanthorii* varietate segmentum 5 jam totum nigrum sit. Colore haec species medium tenet inter *Ichn. xanthorium* et *flavonigrum* sequentem.

157. I. FLAVONIGER.

Facie, punctis ad alarum radicem, maculis metathoracis, segmentis 1—3, flavis; segmento 4 flavomaculato; pedibus flavis, nigromaculatis. m.

Statura et proportio partium omnino *Ichn. luctatorii.*

Longitudo 7—8 linearum. *Caput* facie oreque flavis. *Antennae* articulo 1 subtus flavo. *Thorax* colli margine supero, puncto ante alas alteroque infra alas, maculis seu punctis duobus metathoracis, flavis. *Scutellum* flavum. *Alae* silaceo-hyalinae, stigmate et radio fulvis, radice et squamula flavis, areola quinqueangulari. *Pedes* flavi; coxis nigris macula flava; trochanteribus nigris apice flavo; femoribus anterioribus externe basin versus, posticis apice, nigris; tibiis posticis apice nigro. *Abdomen* segmento 1 flavo, petiolo nigro; 2 et 3 flavis, plerumque basi summa nigra;

Individuum unicum *pedemontanum Bonelli* transmisit.

Synonyma:

Ichn. equitatorius Panzer ad Kob pag. 56, n. 19, tab. II fig. 19; habitat in larva Phalaenae Noct. piniperdae.
„ Gmel. ed. Linn. p. 2679, n. 90.
„ Gravenh. Pedemont., n. 58.
Ichn. mediatorius Fabr. Piez. p. 60, n. 32.
„ Trentep. in Iside 1826, p. 233.

Nota:

Ichn. mediatorius Fabr. autem cum *Ichneum. mediatorio* Panzeri (nostro *natatorio* Fabr.) haud confundi debet, de quo vide n. 169.

159. I. LURIDUS. n.

Facie, punctis ad alarum radicem, maculisque metathoracis, flavis; abdomine flavo, apice nigro; pedibus anterioribus sordidefulvis, posticis nigris tibiis flavis. m.

Statura et proportio partium *Ichn. luctatorii.*

Longitudo 4—6 linearum. *Caput* ore, facie, orbitisque oculorum externis et internis, flavis aut substramineis. *Antennae* longitudine corporis, aut paulo breviores, porrectae, fusconigrae, articulis 1 et 2 subtus flavis. *Thorax* puncto infra alas, linea ante alas usque ad collum ascendente sutu-

rali, puncto seu lineå transversali infra scutellum, interdum etiam colli margine, flavis aut stramineis; metathorace vel dorso declivo toto, vel macula magna rhomboidali aut subtriloba, vel maculis duabus parvis, flavis aut stramineis. *Scutellum* flavum. *Alae* hyalinae; stigmate fusco aut nigro aut ferrugineo, radio nigro aut fusco, radice fulva aut flava, squamula fusca aut flavescente. *Pedes* anteriores flavi, coxis plerumque basi nigris, anticis interdum totis flavis, mediis interdum totis nigris, trochanteribus mediis interdum basi nigra, femoribus plerumque externe dilutecroceis, mediis rarius macula fusca obsoleta; postici nigri, tibiis flavis apice nigro, rarius femoribus margine supero et infero pro parte sordiderufo. *Abdomen* segmento 1 flavo, interdum macula et petioli basi nigris; 2—4 flavis aut fulvis, 4 interdum margine nigro.

Individuum unum cepi mense Julio prope *Oedelem; Hartlieb* duo *silesiaca* mecum communicavit, quorum alterum mense Junio e pupa *Noctuae runicae* prodiit; unum *monspeliense* a *Lipperto* accepi.

Varietates:

1. *Pedum posticorum coxis et femoribus superne flavis.* — *Metathorax* dorso toto flavo. *Pedes* anteriores toti flavi; postici coxis nigris supra flavis, trochanteribus nigris apice rufo, femoribus fulvis latere altero nigro, tibiis flavis summo apice nigro, tarsis nigris. *Abdomen* flavum; seg-

mento 6 fulvo, 7 fulvo apice nigro; ano flavo.
nigrofusco.

Marem unicum cepi prope Gottingam.

2. *Femoribus anterioribus fusco-maculatis.*

Metathorax macula magna triloba flava. *Pedes* anteriores flavi, coxis basi nigra, trochanteribus mediis basi nigra, femoribus macula fusca in anticis obsoleta; postici nigri, tibiis flavis apice nigro. *Abdomen* segmento 1 flavo, petioli basi et macula media nigris, 2 et 3 flavis, 4 nigro basi flava, sequentibus totis nigris. Caeterum sicut in specie genuina.

Marem unicum cepi mense Junio in fruticetis prope *Pepelwitz.*

160. I. DEFENSORIUS.

Facie, linea ante alas, segmentis 2 — 4, pedibusque, flavis, horum posticis nigromaculatis, m.

Statura et proportio partium omnino *Ichn. Iuntatoris.*

Longitudo 7 linearum. *Caput* ore et facie flavis. *Antennae* articulo 1 subtus flavo. *Thorax* colli margine supero, linea ante alas, puncto infra alas, punctoque transversali infra scutellum, flavis; metathorace subbispinoso, punctis duobus rufis obsoletissimis. *Scutellum* flavum. *Alae* subaequehyalinae, stigmate et radice fulvis, radio fusco,

[illegible] Palpi [illegible]
flavi; postici coxis et trochanteribus nigris apice
flavis, femoribus [illegible] nigra,
tibiis flavis apice nigro, tarsis rufoferrugineis apice
fuscis. [illegible] Rufo-
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] falcato — de quo conferas [illegible]
[illegible] n.
142).

„ Olivier p. 215, n. 46.

161. I. CONSPURCATUS. m.

Linea ante alas, segmentis 2 et 3 totis, 4 margine medio interrupto, tibiis et latere interno femorum, flavis, tibiis posticis apice nigro. m.

Statura et proportio partium quidem sicut in feminis *Ichn.* [illegible], sed genitalia et antennae porrectae probant, individua hujus speciei, quotquot eorum vidi, mares esse. *Longitudo* 7 linearum. *Caput* punctis duobus minutis flavis [illegible] clypei. *Antennae* porrectae, setaceae, dimidio corpore paulo longiores. *Thorax* linea ante alas lineolaque infra

alas flavis. *Scutellum* flavum. *Alae* subfumato-hyalinae, stigmate fulvo, radio nigro, radice et squamula albidoflavis. *Pedes* trochanteribus et coxis nigris, his puncto parvo flavicante, in coxis posticis interdum deficiente; femoribus nigris, supra sordide flavis aut ferrugineis; tibiis sordide-flavis, posticis apice, plerumque etiam summa basi, nigricantibus; tarsis vel omnibus vel solis posticis nigricantibus. *Abdomen* segmentis 2 et 3 sordide flavis, plerumque macula dorsali irregulari fusca aut rufa (forsan viventibus totis flavis?); 4 margine medio interrupto flavo.

Mares quatuor *genuenses* a *Spinola* mecum communicavit.

161b. I. BISIGNATUS. n.

Facie et thorace flavomaculatis; segmentis 2 et 3 (et 4) flavis, puncto marginali nigro; tibiis flavis, posticis apice nigro; stigmate alarum fusco. m.

Hujus speciei, statura et proportione partium cum sequente *luctatorio* congruentis, duo individua coram habeo, accuratius describenda:

1. *Longitudo* 8 linearum. *Caput* ore et facie flavis. *Antennae* articulo 1 subtus flavo. *Thorax* lineola infra alas, alteraque ante alas, flavis. *Scutellum* flavum. *Alae* fumatohyalinae, stigmate et radio fuscis, radice et squamula flavis. *Pedes* trochanteribus apice rufis; femoribus anticis subtus

et apice, mediis solo apice, flavo-rufis; tibiis flavis, posticis apice nigro; tarsis sordide-flavis, posticis apicem versus fuscis. *Abdomen* ovato-fusiforme; segmentis 2 et 3 flavis, macula dorsali marginali subtriangulari nigra.

2. *Longitudo* 7 ½ linearum. *Caput* palpis clypeo et orbitis oculorum internis latis flavis. *Antennae* articulo 1 subtus flavo. *Thorax* linea ante alas flava. *Alae* ut in individuo 1, squamula autem fusca. *Pedes* ut in individuo 1, sed femoribus mediis latere inferiore fere toto rufo-flavo. *Abdomen* angustius quam in individuo 1; segmentis 2—4 flavo-rufis, macula parva marginali subtriangulari nigra.

Ambo individua, circa *Netley* capta, *Hope* mihi misit.

162. I. LUCTATORIUS.

Punctis seu lineolis ad radicem alarum, segmentis 2 et 3, tibiisque, flavis, harum posticis apice nigro. m. f. (*mas* facie flava; *femina* annulo antennarum albo).

Longitudo maris 5—9, feminae 5—7 ½ linearum. *Caput maris* ore et facie flavis; *feminae* vel totum nigrum, vel orbitis oculorum internis, puncto laterali clypei, palpis, mandibulisque, flavis, his apice fusco. *Antennae maris* porrectae, setaceae, corporis dimidii longitudine vel paulo longiores, articulo 1 subtus flavo; *feminae* corporis

dimidii longitudine, apice curvatae, articulis 9—13 aut 12—14 supra albis, interdum subtus ferrugineo. *Thorax* gibbus, lineola seu puncto ante alas, alteroque infra alas, flavis, uno alterove interdum deficiente; feminae interdum linea ante alas usque ad collum ascendente, mari interdum margine supero colli et lineola infra scutellum, flavis. *Scutellum* flavum. *Alae* mediocres aut subamplae, sllaceohyalinae, feminae, rarissime etiam mari, subfumatohyalinae, stigmate fulvo aut ferrugineo, rarius fuscescente, radio fusco aut ferrugineo; radice flava aut ferruginea, rarius fusca; squamula vel flava vel fusca puncto albicante aut rufescente; areola quinqueangulari. *Pedes* mediocres; coxis anterioribus in altera femina apice flavis; femoribus anticis subtus, plerumque etiam apice toto, flavis, rarius flavis, supra basin versus nigris, in femina altera fere totis nigris, mediis apice, interdum ad medium usque, rarius latere infero toto, flavis; tibiis flavis, posticis apice nigro aut fusco, interdum obsoleto, rarius vero etiam anterioribus puncto apicali nigro aut fusco aut apice toto rufoferrugineo; tarsis flavis aut flavoferrugineis, posticis interdum apicibus articulorum nigricantibus. Color flavus pedum morte interdum in sordideflavum convertitur. *Abdomen* maris elongatum, capite thoraceque longius, interdum duplo longius, thoracis latitudine vel paulo angustius, segmentis 2—5 fere aequilatis, sequentibus apicem versus sensim angustioribus; feminae oblongoovatum, capite thoraceque paulo longius,

thoracis latitudine, apice acuto; segmentis 2 et 3 flavis, in femina altera cum ferrugineo mixtis, et marginibus fuscescentibus; mari interdum 2 linea longitudinali laterali abbreviata fusca, 3 linea transversali aut punctis duobus fuscis ad basin, rarius macula laterali alteraque dorsali rufis, 4 plerumque puncto fulvo aut rufo in angulis baseos, rarius etiam margine summo, aut basi, aut macula laterali rufescente aut flavicante, 5 rarissime margine summo flavicante.

Mares ubique in *Germania* vulgares esse videntur: multos ipse cepi in *Silesia*, in regno *Hannoverano* et in ducatu *Brunsuicensi*, mensibus Junio — Septembri, in umbellatis et fruticetis; multosque ex aliis Germaniae regionibus, nec non ex *Anglia* (circa *Netley* captos), quosdam ex *Italia* et *Volhynia* accepi. *Feminae* multo rarius occurrunt: Unam (prope *Niesky* captam?) *Roentgen* mecum communicavit; alteram, e *Volhynia Besser*, eamque minorem, facie et thorace, excepto puncto parvo infra alas flavo, totis nigris.

Varietates maris:

1. *Coxis et trochanteribus anterioribus flavis.* — *Antennae* subtus interdum ferrugineae, articulo 1 semper flavo. *Segmentum 4* vel margine laterali fulvo, vel macula flava in angulis baseos. Caetera sicut in maribus plurimis genuinis.

Individuum *norimbergense Sturm* mecum communicavit, *gottingense Spangenberg*; duo alia ipse cepi mensibus Augusto et Julio, prope *Warm-*

brunn et *Oedelem*, hoc maximum, linearum 9 longitudine, antennis, excepto articulo primo subtus flavo, totis nigris, linea flava ante alas longiore quam in reliquis maribus.

2. *Tibiis posticis totis flavis.* — *Longitudo* paulo ultra 7 lineas. *Thorax* lineola flava infra scutellum. *Abdomen* segmento 1 margine luteo-rufo, 4 margine et angulis baseos rufis. Caetera sicut in mare genuino.

Unicum cepi prope *Salzbrunn* mense Augusto, in umbellatis.

3. *Antennis subtus rufis.* — *Longitudo* 4¼—8 linearum. *Antennae* subtus rufae aut fulvae, rarius ferrugineae aut fuscoferrugineae, art. 1 semper flavo. *Alae* stigmate fulvo, rarius piceo. *Pedes* coxis anterioribus interdum subtus puncto flavo. *Abdomen* segmentis 2 et 3 rarius basi ferrugineis, 2 rarissime lateribus basin versus nigris, 3 rarissime basi summa nigra; 4 interdum macula anguli basalis rufescente, aut macula magna laterali basive flava; interdum 4 et 5 margine tenui flavo. Caetera sicut in plurimis maribus genuinis.

Haec varietas fere aeque frequens est ac mares genuini, cum quibus eam saepius cepi iisdem locis; etiam ex aliis *Germaniae* regionibus, nec non ex *Anglia* et *Italia* eam accepi.

4. *Femoribus anticis totis flavis.* — *Longitudo* 8 linearum. *Antennae* subtus fuscoferrugi-

neae, articulo 1 flavo. *Segmenta* 4 et 5 tenuissime flavomarginata. Caetera sicut in plurimis maribus genuinis.

Unicum hujus varietatis individuum vidi in museo *Comitis de Hoffmannsegg*, cum varietatis praecedentis individuis duobus, segmentorum 4 et 5 margine tenui flavo insignibus, sub nomine *Ichn. laboratorii*, qui autem, segmentis 2 et 3 rufis, omnibus margine flavis, differt (conferas Fabr. Piez. p. 61, n. 33).

5. *Segmento 4 basi flavo.* — *Longitudo* 5½—fere 8 linearum. *Antennae* subtus plerumque rufae aut ferrugineae, articulo 1 semper albido aut flavo. *Coxae* anticae interdum subtus macula flava. *Segmentum* 4 vel nigrum basi flava, vel rufofulvum apice nigricante. Caetera sicut in plurimis maribus genuinis.

Duo individua cepi, mensibus Julio et Augusto, prope *Helmstadium* et *Cudovam*, in frutetis et umbellatis; quaedam alia, prope *Sickershausen* et *Meiningen*, nec non in *Gallia* et *Volhynia*, capta, accepi; unicum individuum, segmento 4 rufofulvo apice nigricante, *Manger* prope *Warmbrunn* cepit.

5b. *Segmento 4 fere toto flavo; antennis subtus rufis.* — *Longitudo* 6 linearum. *Facies* vel tota flava, vel puncto clypei alteroque infra antennas nigris. *Antennae* subtus rufae articulo 1 pallidiore. *Femora* media subtus tota flava. *Abdomen* segmento 1 margine summo flavo, 2 et 3 totis

flavis, 4 flavorufo vel margine nigro vel punctis duobus nigricantibus dorsalibus. — Caetera ut in pluribus maribus genuinis.

Duo individua, circa *Netley* capta, *Hope* ad me misit.

6. *Segmento 4 toto flavo.* — *Longitudo* 4—4½ linearum. *Thorax* plerumque puncto flavo ante alas, alteroque infra alas. *Segmentis* 2—4 totis, 1 margine, flavis. Caetera sicut in maribus plurimis genuinis.

Tres mares cepi initio Septembris in *Sudetis Silesiae*, Vaccinium myrtillum frequentantes.

7. *Segmento 4 flavo; facie nigromaculata.* — *Longitudo* 5—7½ linearum. *Caput* ore rarius toto nigro aut toto flavo, plerumque flavo, macula clypei nigra, facie vel flava, lineola longitudinali aut macula nigra, vel nigra, orbitis oculorum, interdum etiam punctis duobus infra antennas, flavis. *Antennae* plerumque articulo 1 subtus flavo. *Abdomen* segmentis 2—4 flavis; 4 interdum fulvo aut rufo, margine nigro, rarius etiam basi summa nigra; 5 interdum lateribus rufis, aut margine summo flavicante. *Pedes* interdum coxis anticis subtus puncto flavo, distinctiore aut obsoletiore. Caetera sicut in mare genuino.

Quaedam individua cepi, passim in *Silesia*, mensibus Augusto et Septembri, in umbellatis et fruticetis; duo ex *Austria* et *Italia* accepi.

8. *Facie vel flava nigromaculata, vel nigra flavomaculata.* — Longitudo 4—7 linearum. *Caput* colore variat: 1) Facie flava, macula, vel etiam linea longitudinali, nigra, clypeo vel toto flavo vel macula nigra. 2) Facie nigra, punctis lineolisve duobus infra antennas et orbitis oculorum flavis; clypeo vel flavo macula nigra, vel nigro puncto laterali flavicante, vel toto nigro. 3) Facie nigra, orbitis oculorum flavis, clypeo nigro, punctis duobus flavis. *Antennae* articulo 1 plerumque subtus flavo, sequentibus interdum subtus ferrugineis. 4) Clypeo toto nigro, facie nigra, orbitis oculorum flavis, latioribus aut angustioribus, rarius fere evanescentibus. *Abdomen* segmentis 2 et 3 flavis aut fulvis; 4 interdum angulis baseos, rarius etiam macula dorsali aut fascia aut basi tota aut margine, rufescentibus.

Plura cepi individua, vere et aestate, in umbellatis et fruticetis, in *Silesia*, nec non circa *Gottingam* et *Trajectum ad Viadrum*; quaedam etiam ex *Italia*, *Volhynia* et *Tauria* transmissa sunt.

9. *Thorace toto nigro.* — *Caput* facie vel tota flava, vel nigra orbitis oculorum flavis. *Antennae* interdum subtus rufae. Caetera sicut in maribus genuinis.

Individuum unum cepi mense Septembri in Angelica sylvestri prope *Woelfelsgrund*; alterum, prope *Wurmbrunn* captum, *Manger* transmisit; tertium, *pedemontanum*, *Bonelli* mecum communicavit.

9. *Segmento septimo macula flava, facie media nigra.* — *Longitudo* 5 linearum. *Caput* nigrum, palpis, macula mandibularum, clypei marginibus, orbitis oculorum facialibus, flavis. *Abdomen* segmentis 2 et 3 flavis, his angulis baseos sordide flavis, 7 macula parva dorsali triangulari flava. — Caetera ut in plurimis maribus genuinis.

Unicum individuum *Hope* cepit circa *Netley*.

10. *Scutello et facie nigro-maculatis.* — *Longitudo* 5½ linearum. *Caput* vel solis orbitis internis oculorum flavis, vel ore flavo, clypei puncto nigro, facie flava macula nigra. *Antennae* subtus rufae, articulo 1 flavo. *Thorax* vel totus niger, vel puncto parvo flavo ante alas. *Scutellum* nigrum, vel disco sordide flavo, vel punctis duobus baseos, macula disci apiceque stramineis. — Caetera sicut in mare genuino.

Duo individua prope *Warmbrunn* capta, *Manger* mecum communicavit.

11. *Scutello toto nigro.* — *Longitudo* 6 linearum. *Caput* solis orbitis oculorum internis tenuibus flavis. *Antennae*, *thorax*, *scutellum* tota nigra. Caetera sicut in maribus genuinis.

Individuum unicum *pedemontanum* *Bonelli* transmisit.

Synonyma maris.

Ichn. luctatorius Linn. Faun. Suec. 1590. — Syst. Nat. XII. p. 935. n. 18.

Iohh. luctatorius Fabr. Syst. pag. 300, n. 15. —

Pierz pag. 60, n. 29, in Europa et Nova Zelandia, Zelandicus punctis albo sub alis; at vix distinctus (pro Schaeff. 264 legendum est Schaeff. 244).

Fuessl. Helv. p. 49, n. 943; haud rarus in dorsis variorum specierum.

Müll. Prodr. p. 1736 (delendum est citatum Schaeff. Icon. tab. 73, fig. 9, quod ad speciem longe diversam spectat).

Villers pag. 144, n. 31; in his regionibus frequens (excepta varietate scutello toto nigro? de qua conferas notam ad hanc speciem).

Gmel. ed. Linn. p. 2680, n. 13.

Rossi n. 1748; in pratis; capite, thorace, antennisque nigris (nulla picturae flavae faciei facta mentione; sed varietas capite toto nigro mihi nusquam occurrit).

„ Christ p. 342.

„ Olivier p. 170, n. 29; per totam Europam occurrit.

„ Walckenaer p. 68, n. 21.

„ Latreille Crust. XIII, p. 186, n. 26.

„ Panzer ad Schaeff. Icon. tab. 244, fig. 6 (Panzer huc refert etiam tab. 6, fig. 13, scutello toto nigro, de qua conferas notam ad hanc speciem).

„ Gravenh. Uebers. n. 3737.

„ Gravenh. Pedemont. n. 59.

„ Trentep. in Iside 1826, p. 219, n. 36.

Ichn. Geoffroy p. 347. n. 59.

Ichn. compressus Fourcroy p. 414. n. 60. (haud confundendus cum *Bancho compresso*).

Ichn. elegantulus Schrank Austr. n. 727 (excepta varietate scutello nigro ? de qua conferre velis notam ad hanc speciem).

Ichn. auratus Gmel. ed. Linn. pag. 2684. n. 238 (haud confundendus cum *Ichn. aurato* Thunb. Ichneum. n. 490, qui est *Joppa aurata* Fabr.).

Feminae:

Ichn. sculptatorius Linn. Faun. n. 1583. Fuesl. Helv. p. 48. n. 939; in floribus haud rarus (?).

Ichn. Geoffroy p. 344. n. 52, varietas segmentis ultimis totis nigris. (Varietas altera, segmentis ultimis macula flava, species est diversa).

Ichn. corax Fourcroy p. 411. n. 53.

Ichn. croceatorius Olivier p. 168. n. 23. varietas segmentis 4—7 totis nigris, habitat in Gallia. (Varietas altera, segmenti septimi margine albo, forsan ad *Ichneum. confusorium* aut *terminatorium* referri posset).

Ichn. croceatorius Walckenaer p. 52. n. 17.

Nota:

Nees ab Esenbeck os maris hujus speciei accuratius examinavit et, in literis ad me directis, his

verbis descripsit: *Clypeus* linea transversa, recta, obsoleta, ad latera puncto profundo impresso, discretus, lateribus rotundatus, margine antico recto. *Labrum* ut in Trogo flavatorio. *Mandibulae* quoque ut in illo, paulo graciliores, dente apicis utroque acutissimo. *Maxillae*, cum *palpis maxillaribus*, *mentum*que, ut in Trogo illo; *linguae* laciniae paulo latiores, obtusae, magis deflexae. *Palpi labiales* ut in illo, articulo 2 fere trigono, altero angulo apicis, altero baseos, tertio interiori obtuse prominulo. (De oris partibus Trogi flavatorii conferas notam ad hunc Trogum).

Mares genuini aliique, illis fere duplo minores, segmentorum flavorum lateribus brunneis, antennis a basi ultra medium brunneo-flavis, thorace immaculato (an specie diversi?) *Neesio* prodibant e larvis papilionis polychloros.

Varietates descriptae hujus speciei sensim sensimque mutantur et inter se transeunt. Sed etiam *Ichn. culpatorius*, non solum statura et proportione partium, vero etiam colore et pictura, varietatibus quibusdam *luctatorii* interdum adeo affinis est, ut vix distingui possit; in utraque specie enim individua obveniunt segmentis 2 et 3 fulvescentibus, quibus una in alteram transit.

Ichn. luctatorius Thunb. Ichn. n. 514, segmentis 1 et 2 rufis etc. ad hanc speciem haud referri potest. — Schrank sub *Ichn. elegantulo* duas species diversas confudisse videtur. Ipse quidem varietatem *luctatorii* scutello toto nigro descripsi; haec varietas autem rarissima est, indeque suspi-

cor, Schrankii varietatem scutello nigro, nec non Villersii *Ichn. luctatorii* varietatem scutello nigro, et Schaefferi Icon. tab. 6, fig. 13, quam Panzer ad *Ichneum. luctatorium* adhibet, potius ad nostrum *Tryphonem elegantulum* redigendas esse.

163. I. FULVICORNIS. n.

Facie, lineolis ad radicem alarum, segmentisque 2 et 3, flavis; antennis basin versus fulvorufis; pedibus flavis, nigromaculatis. m.

Statura et proportio partium sicut in maribus praecedentibus. An eorum varietas?

Longitudo inter 4—5 lineas. *Caput* ore et facie flavis. *Antennae* articulo 1 nigro subtus flavo, 2 nigro, 3 rufo supra rarius fusco, 4—6—7 totis rufis, sequentibus rufis supra fuscis. *Thorax* lineola ante alas, altera infra alas, interdum tertia infra scutellum, flavis. *Scutellum* flavum. *Alae* subfumatohyalinae, stigmate rufo aut fulvo, radio fusco, radice et squamula flavis; areola subquinqueangulari. *Pedes* coxis nigris, anticis macula aut puncto flavo; trochanteribus nigris, anterioribus apice flavo, posticis apice rufo; femoribus anticis flavis, supra fulvis, mediis fulvis, plerumque latere altero vel toto vel in medio nigro, apice semper flavicante, posticis nigris basi summa rufa; tibiis flavis, mediis interne apice fulvo, posticis plerumque apice nigro; tarsis flavis, posticis plerumque apicem versus fuscescentibus. *Abdomen*

segmentis 2 et 3 flavis, basin versus fulvomifescentibus; 4 rarissime puncto laterali flavo.

Individua quatuor cepi die 1 Septembris anni 1812 in Angelica sylvestri prope *Reinerz*.

164. I. ILLUMINATORIUS.

Facie et segmentis 2 et 3 flavis, 3 basi fusco-nigra; antennis subtus rufis; tibiis tarsisque flavis, posticis apice nigro. m.

Statura et proportio partium omnino individuorum minorum maris *Ichn. luctatorii*; an ejus varietas?

Longitudo 4⅓—6 linearum. *Caput* ore facie orbitisque oculorum frontalibus flavis; rarius punctis tribus nigris faciei. *Antennae* fuscae; subtus articulo 1 flavo, sequentibus silaceis. *Thorax* lineola infra alas, puncto ante alas, alteroque, interdum obsoleto, infra scutellum, flavis. *Scutellum* flavum. *Alae* subfumatohyalinae, stigmate stramineo, radio subfuscescente, radice et squamula flavis, hac interdum basi fusca. *Pedes* anteriores vel flavi, coxarum basi femorumque latere externo nigris, coxis interdum nigris subtus puncto flavo, vel nigri, tarsis tibiis et latere infero apiceque femorum flavis; postici nigri, tibiis flavis apice nigro, tarsis fuscis articulo 1 flavo. *Abdomen* segmentis 2 et 3 flavis, 3 linea transversali fusca aut nigra baseos.

[illegible] accepi: duo pedemontana, unum *etruscum*, unum prope *Trajectum ad Mosam* captum, (eaque pedibus anterioribus magis colore flavo imbutis), unum in *Caucaso* captum, (idque punctis tribus nigris faciei, coxis anterioribus fere totis nigris) unum circa *Netley* captum (idque pedibus anterioribus magis colore nigro imbutis).

Synonyma:

Ichn. illuminatorius Gravenh. Pedemont., n. 60.

165. I. SUBANNULATUS.

Antennis subannulatis, subtus fulvis; facie segmentis 2 et 3 utrinque flavis, harum posticis

Statura et proportio partium omnino maris *Ichn. luctatorii*, a cujus varietate tertia haec species non nisi antennis subannulatis differt.

Longitudo 4½ linearum. *Caput* ore facieque flavis. *Antennae* articulo 1 fusco subtus flavo, 2 fusco, 3—13 fuscis subtus fulvis, 14—16 fulvis subtus puncto fusco, sequentibus fuscis subtus fulvis, sensim obscurioribus. *Thorax* lineola infra alas punctoque ante alas flavis. *Scutellum* flavum. *Alae* subfumato-hyalinae, stigmate fulvo, radio fusco, radice flava, squamula fusca puncto flavicante. *Pedes* femoribus anterioribus subtus et apice flavis; tibiis flavis, posticis apice toto mediis solo latere externo apicis nigris; tarsis ful-

nis; posticis fuscis articulo 1 toto, 2 basi, fulvo. *Abdomen* segmentis 2 et 3 flavis.

Unicum individuum *pedemontanum* Bonelli mecum communicavit.

Synonyma:

Ichn. albimarginatus Gravenh. Pedemont., n. 61.

165. I. OCCUPATOR. m.

Orbitis oculorum internis, segmentisque 2 et 3, flavis; femoribus tibiisque fulvis. m.

Statura et proportio partium omnino maris *Ichn. luctatorii* a, cujus varietate octava haec species non nisi colore pedum differt.

Longitudo fere 5—6 linearum. *Caput* palpis, macula mandibularum, orbitisque oculorum facialibus angustioribus aut latioribus; interdum etiam punctis duobus infra antennas, eburneis. *Antennae* subtus articulo 1 flavo, sequentibus rarius stramineis, sensim obscurioribus; plerumque ferrugineis aut fuscis. *Thorax* rarius totus niger, ut plurimum puncto parvo lineolave flavo ante alas, vel quoque altero infra alas. *Scutellum* flavum. *Alae* sublumato hyalinae, stigmate radio et radice rufis aut dilute fulvis; squamula nigrofusca; areola quinqueangulari aut subtriangulari. *Pedes* femoribus fulvis; tibiis fulvis, basin versus interdum dilutioribus, posticis pallidioribus apice nigro; tarsis fulvis, posticis nigrofuscis articulo 1 basi

plerumque rufa. *Abdomen* segmentis 2 et 3 flavis apice interdum fulvo; 4 rarius basi et puncto centrali dorsi fulvorufis.

Unicum individuum *Bessen* e *Volhynia* transmisit, idque minimum et solum segmenti 4 basi et puncto dorsali fulvorufis; plurja *Hope* mecum communicavit, circa *Netley* capta.

Varietas:

1. *Segmentis 4—7 macula dorsali flava* m. — *Longitudo* fere 6 linearum. *Caput* palpis, linea transversali clypei, orbitis oculorum internis, macula infra antennas, cum orbitis confluente, flavis. *Segmenta* 4—7 macula dorsali marginali flavo-albida. Caetera ut in plurimis maribus genuinis.

Unicum marem, circa *Netley* captum, *Hope* mecum communicavit.

167. I. BIDENTORIUS.

Punctis duobus ad radicem alarum, basique segmentorum 2 et 3, flavis; pedibus fulvis, coxis et trochanteribus nigris, m.

Statura et proportio partium maris *Ichneum. fasciatorii* et *luctatorii*, sed metathorace subbispino.

Longitudo 7 linearum. *Caput* ore et facie flavis. *Antennae* articulo 1 subtus flavo. *Thorax* puncto ante alas, alteroque infra alas, flavis; metathorace tuberculis duobus parvis subacuminatis.

armato. *Scutellum* flavum. *Alae* subfumato-hyalinae, stigmate fulvo, radio fusco, radice et squamula flavis. *Pedes* sordide straminei, femoribus et tibiarum apice fulvis, coxis nigris, anterioribus subtus pallide flavis, trochanteribus nigris, anterioribus subtus pallide flavis, posticis apice fulvo. *Abdomen* segmento 2 nigro basi flava, 3 flavo margine nigro.

Unicum maris individuum, prope *Friburgum* in *Brisgovia* captum, *Menzinger* transmisit.

Synonyma:

Ichn. bidentorius Fabr. Ent. p. 145, n. 47. — Piez. p. 63, n. 45; habitat in Europa boreali; variat forte sexu thorace postice bidentato et mutico.

Ichn. jubilatorius Müll. Prodr., n. 1757 (allegatur Schaefferi Icon. tab. 52 fig. 5, de qua conferas notam ad nostrum *Ichn. quadrimaculatum*).

Ichn. citreus Christ, tab. 33, fig. 5.

Cryptums bidentorius, Lamarck p. 142, n. 7.

Nota:

Ichn. bidentorius Fabr. Syst. p. 351, n. 21. — Villers p. 150, n. 45. — Christ. p. 339 — antennis subtus flavis differt. — *Ichn. bidentorius* Thunb. Ichn., n. 541, segmentis 2 et 3 (totis) flavis. *Ichn. bidentorius* Panzeri (Faun. Germ. fasc. 45, tab. 15) et Trentepohlii (in Iside 1826, p. 81, n. 26) autem, tibiis posticis femoribusque nigromaculatis, diffe-

runt. — *Var. a* Trentepohlii l. c. forsan est varietas maris nostri *monitorii*, segmentis ultimis totis nigris, quemadmodum quoque inter individua *Ichn. infractorii* varietates occurrunt segmentis ultimis totis nigris. — *Var. b* Trentepohlii nulli nostrorum Ichneumonum respondet. — Vide suppl. nostr., n. 100. — De *Ichn. bidentorio* Rossii et Panzeri conferas synonyma et notam ad nostrum *Ichn. quadrimaculatum*, n. 142.

168. I. VIRIDATORIUS.

Segmento uno pluribusve fascia glauca pictis; pedibus fulvis, coxis et trochanteribus nigris.

m. f. (*Mas facie flava; femina antennis annulatis*).

Statura et proportio partium *Ichn. luctatorii*; mas attamen antennis paulo longioribus et gracilioribus, abdomine apicem versus minus angustato; femina abdominis apice obtuso.

Longitudo maris 6⅓, feminae 6—7 linearum. *Caput* maris ore et facie flavis; feminae totum nigrum, interdum orbitis oculorum internis pallidis tenuissimis. *Antennae* maris articulo 1 subtus flavo; feminae articulis 9—17, aut 10—16—17, albidis, subtus fulvis aut rufis. *Thorax* maris linea seu puncto ante alas, interdum etiam puncto infra alas, flavis. *Scutellum* flavum. *Alae* fumato-hyalinae; stigmate rufo, maris interdum piceo; radio ferrugineo-fusco; radice maris straminea aut

flava, feminae rufa puncto fusco; squamula maris straminea aut flava, feminae fusca. *Pedes* fulvi, feminae interdum rufi; coxis et trochanteribus nigris, anterioribus maris subtus macula flava, majore minoreve; femoribus anterioribus maris externe linea longitudinali nigra; tibiis posticis maris interdum basin versus flavicantibus, apice nigro, feminae plerumque apice nigro; tarsis posticis maris interdum fuscescentibus, feminae plerumque nigris. *Abdomen* maris segmento 3 cingulo basali flavicante; interdum medio interrupto; feminae segmento 3 cingulo basali glauco, interdum obsoleto aut penitus deficiente, segmentis 4—7 plerumque margine glauco.

Marem individuum unum *austriacum*, alterum *pedemontanum*, feminasque nonnullas, in *Austria* et circa *Hirschberg* captas, accepi. Hirschbergenses misit *a Stillfried* sub nomine indicato.

Synonyma:

Ichn. viridatorius Gravenh., Pedem., n. 62.

160. I. NATATORIUS.

Annulo antennarum, punctis duobus baseos segmentorum 2 et 3, nec non margine summo ultimorum, albidis; femoribus tibiisque fulvis, posticis apice nigro.

Statura paulo crassior quam in femina praecedente, pro cujus varietate hanc speciem antea habueram.

[illegible]
ternis oculorum albis, rarius ferrugineis. *Antennae* articulis 11—14—16 supra albis. *Thorax* vel totus niger, vel puncto albo ante alas, interdum etiam altero infra alas. *Scutellum* album. *Alae* fumato-hyalinae, stigmate rufo, radice rufa puncto fusco, radio et squamula fuscis. *Pedes* fulvi aut rufi, coxis et trochanteribus nigris; postici tarsis, apice tibiarum, geniculisque nigris, his interdum obsoletis. *Abdomen* segmento 2 punctis duobus flavoalbidis, basalibus, sublunato-transversalibus, interdum subobsoletis, interdum autem in fasciam coalitis; 3 guttis duabus basalibus flavo-albidis, majoribus vel minoribus; 4 rarius margine medio albido; 5 plerumque margine medio albido; 6 margine distinctiore aut obsoletiore, 7 puncto albido.

Nonnulla individua, prope *Warmbrunn*, *Hirschberg*, *Sickershausen*, nec non in *Austria* et *Podolia* capta, quaedam etiam *genuensia*, *pedemontana* et *etrusca* accepi. Duo vidi in museo *Comitis de Hoffmannsegg* *neapolitana*, segmenti 2 fascia et guttis segmenti 3 majoribus a reliquis diversa.

Synonyma:

Ichn. natatorius Fabr. Ent. Suppl. p. 219, n. 17 — 18. Piez. p. 57, n. 16; habitat Halae Saxonum.

Panzer ad Schaeff. Icon. tab. 88 fig. 6.

Jurine pag. 108.

Gravenh. Addit. n. 3.

Ichn. Votatorius Trentep. in Iside 1826, p. 74, n. 16.

Ichn. sugillatorius Brünniche Siaell. p. 17, n. 5 (?).

Olivier p. 164, n. 1 (exclusa varietate pedibus nigris, ad nostrum *Ichn. sugillatorium* n. 179, redigenda).

Dwigubsky p. 164, n. 569; in hortis.

Walckenaer p. 49, n. 1 var. abdominis punctis duobus albis (reliquae varietates ad diversas species spectant).

Fabr. Piez. p. 64, n. 1; in Europae nemoribus.

Panzer ad Schaeff. tab. 84 fig. 9. (Teste Panzero magnitudo variat usque ad longitudinem 9 linearum).

Latreille Gen. XIII, p. 187, n. 32.

Trentep. in Isidis 1826 p. 72, n. 15.

Ichn. Geoffr. H, p. 345, n. 54.

Ichn. constellatus Fourcroy p. 412, n. 55.

Ichn. quadripunctorius Müll. Prodr. n. 1773.

Ichn. bipunctatus Schrank Boica, n. 2089. (Auctor dicit, *Ichn. bipunctatum* ab *Ichn. quadripunctorio* Mülleri eo distingui, quod thorax etiam basi niger sit. Müller autem, loco citato, haud dixit, thoracem basi aliter coloratum esse, sed verba ejus, »thor. immac. basi abdominis segmentis duobus utrinque puncto albo,« ita interpretanda sunt »thorace immacu-

plato, segmentis duobus basalibus utro-
marginis utrinque puncto albo, quod
etiam e citata Schaeff. Icon. tab. 84
fig. 9 apparet).

Ichn. moratorius Thunb. Ichn. 75.

Ichn. mediatorius Panzer Faun. fasc. 80, tab. 2
(haud Fabr.)

Crypturus sugillatorius Lamarck p. 141, n. 2.

Nota:

De *Ichn. natatorio* Fabricii vero nullum restat dubium, cum *Germar* idem individuum, cui Fabricius ipse in collectione Hübneri nomen *natatorii* adscripserat, mecum communicaverit. — Panzero autem, qui in Revisione pag. 61 censet, *Ichn. notatorium* Panz. Faun. Fasc. 80, tab. 9, et *Ichn. variegatorium* ibidem, fasc. 73, tab. 11, cum *Ichn. natatorio* Fabr. conjungendos esse, haud adsentire possum, nam puncta alba, in *Ichn. natatorio* Fabr. ad basin segmentorum sita, in his Ichneumonibus Panzerianis apicem segmentorum occupant; praeterea etiam pictura segmenti primi et pedum differt. Caeterum cave ne *Ichn. notatorium* Panzeri, de quo conferas nostrum *Ichn. flavoguttatum*, n. 174, cum *Ichn. notatorio* Olivieri, p. 171, n. 37, et Villersii p. 159, n. 73 confundas. — *Ichn. natatorius* Thunb. Ichn. 22 differt abdominis basi rufa etc.

Ichn. sugillatorius Linnei huc non pertinet, propter pedes nigros, sed ad nostrum *Ichn. sugillatorium*, n. 172. — Retzii, in descriptione *sugilla-*

[illegible] tacet de colore pedum; praesumendum autem est, auctorem coloris pedum mentionem fecisse, si a colore corporis reliqui se distinxisset; indeque credo, *Ichn. sugillatorium* Rossii ad ejusdem nominis Ichneumonem Linnaeanum redigendum esse. — Etiam *Ichn. sugillatorius* Bechsteinii pag. 954, n. 1 ad nostrum n. 170 adhibendus esse videtur.

Ichn. mediatorius Fabr. de quo conferas notam ad nostrum *Ichn. equitatorium*, n. 158, haud cum *Ichn. mediatorio* Panzeri confundi debet.

171. I. GLAUCATORIUS.

Antennis medio rufis; segmentis ultimis latera versus albomarginatis; femoribus tibiisque fulvis, harum posticis apice nigro. m. f.

Longitudo maris 4¾ — 6, feminae 5 — 5⅓ linearum. *Caput* palpis fuscis, puncto laterali clypei plerumque etiam orbitis ocularibus facialibus albidis aut dilute ferrugineis. *Antennae* dimidii corporis longitudine, setaceae, *maris* porrectae, paulo longiores, articulis 1 et 2 nigris, sequentibus vel totis rufis, vel 3 — 5 — 8 supra nigris, subtus dilute rufis, 6 — 14 aut 9 — 14 totis dilute rufis, reliquis nigris subtus dilute rufis; *feminae* apice curvatae, fuscae, articulis 1 et 2 plerumque subtus ferrugineis, 3 — 13 vel totis vel subtus ferrugineis. *Thorax* gibbus, plerumque puncto seu lineola infra alas, rarius etiam puncto

flavis, 4 flavorufo vel margine nigro vel punctis duobus nigricantibus dorsalibus. — Caetera ut in pluribus maribus genuinis.

Duo individua, circa *Netley* capta, *Hope* ad me misit.

6. *Segmento 4 toto flavo.* — *Longitudo* 4—4½ linearum. *Thorax* plerumque puncto flavo ante alas, alteroque infra alas. *Segmentis* 2—4 totis, 1 margine, flavis. — Caetera sicut in maribus plurimis genuinis.

Tres mares cepi initio Septembris in *Sudetis Silesiae*, Vaccinium myrtillum frequentantes.

7. *Segmento 4 flavo; facie nigromaculata.* — *Longitudo* 5—7½ linearum. *Caput* ore rarius toto nigro aut toto flavo, plerumque flavo, macula clypei nigra, facie vel flava, lineola longitudinali aut macula nigra, vel nigra, orbitis oculorum, interdum etiam punctis duobus infra antennas, flavis. *Antennae* plerumque articulo 1 subtus flavo. *Abdomen* segmentis 2—4 flavis; 4 interdum fulvo aut rufo, margine nigro, rarius etiam basi summa nigra; 5 interdum lateribus rufis, aut margine summo flavicante. *Pedes* interdum coxis anticis subtus puncto flavo, distinctiore aut obsoletiore. Caetera sicut in mare genuino.

Quaedam individua cepi passim in *Silesia*, mensibus Augusto et Septembri, in umbellatis et fruticetis; duo ex *Austria* et *Italia* accepi.

♂. *Facie vel flava nigromaculata, vel nigra flavomaculata.* — Longitudo 4—7 linearum. *Caput* colore variat: 1) Facie flava, macula, vel etiam linea longitudinali, nigra, clypeo vel toto flavo vel macula nigra. 2) Facie nigra, punctis lineolisve duobus infra antennas et orbitis oculorum flavis; clypeo vel flavo macula nigra, vel nigro puncto laterali flavicante, vel toto nigro. 3) Facie nigra, orbitis oculorum flavis, clypeo nigro, punctis duobus flavis. *Antennae* articulo 1 plerumque subtus flavo, sequentibus interdum subtus ferrugineis. 4) Clypeo toto nigro, facie nigra, orbitis oculorum flavis, latioribus aut angustioribus, rarius fere evanescentibus. *Abdomen* segmentis 2 et 3 flavis aut fulvis; 4 interdum angulis baseos, rarius etiam macula dorsali aut fascia aut basi tota aut margine, rufescentibus.

Plurima cepi individua, vere et aestate, in umbellatis et fruticetis, in *Silesia*, nec non circa *Gottingam* et *Trajectum ad Viadrum*; quaedam etiam ex *Italia*, *Volhynia* et *Tauria* transmissa sunt.

♀. *Thorace toto nigro.* — *Caput* facie vel tota flava, vel nigra orbitis oculorum flavis. *Antennae* interdum subtus rufae. Caetera sicut in maribus genuinis.

Individuum unum cepi mense Septembri in Angelica sylvestri prope *Woelfelsgrund*; alterum, prope *Warmbrunn* captum, *Manger* transmisit; tertium, *pedemontanum*, *Bonelli* mecum communicavit.

9. *Segmento septimo macula flava, saepe media nigra.* — *Longitudo* 5 linearum. *Caput* nigrum: palpis, macula mandibularum, clypei marginibus, orbitis oculorum facialibus, flavis. *Abdomen* segmentis 2 et 3 flavis, 4 angulis baseos sordide flavis, 7 macula parva dorsali triangulari flava. — Caetera ut in plurimis maribus genuinis.

Unicum individuum *Hope* cepit circa *Netley*.

10. *Scutello et facie nigro maculatis.* — *Longitudo* 5½ linearum. *Caput* vel solis orbitis internis oculorum flavis, vel ore flavo, clypei puncto nigro, facie flava macula nigra. *Antennae* subtus rufae, articulo 1 flavo. *Thorax* vel totus niger, vel puncto parvo flavo ante alas. *Scutellum* nigrum, vel disco sordide flavo, vel punctis duobus baseos maculis disci apiceque stramineis. — Caetera sicut in mare genuino.

Duo individua prope *Warmbrunn* capta, *Manger* mecum communicavit.

11. *Scutello toto nigro.* — *Longitudo* 6 linearum. *Caput* solis orbitis oculorum internis tenuibus flavis. *Antennae*, *thorax*, *scutellum* tota nigra. Caetera sicut in maribus genuinis.

Individuum unicum *pedemontanum Bonelli* transmisit.

Synonyma maris.

Ichn. luctatorius Linn. Faun. suec. 1590. — Syst. nat. XII. p. 915. 13.

Lobh. *luctuosus* Fabr. Syst. pag. 399, n. 15. —
„ Fiess pag. 60, n. 29; in Europa et Nova Zelandia; Zelandicus puncto albo sub alis, et vix distinctus (pro *Schaeff.* 264 legendum est *Schaeff.* 244).
„ Fuessl. Helv. p. 49, n. 943; haud rarus in hortis variarum specierum.
„ Müll. Prodr. n. 1076 (delendum est citatum Schaeff. Icon. tab. 78, fig. 9, quod ad speciem longe diversam spectat).
„ Villers pag. 144, n. 31; in his regionibus frequens (excepta varietate scutello toto nigro? de qua conferas notam ad hanc speciem).
„ Gmel. ed. Linn. p. 2660, n. 13.
„ Rossi n. 1748; in pratis; capite, thorace, antennisque nigris (nulla picturae flavae faciei facta mentione; sed varietas capite toto nigro mihi nusquam occurrit).
„ Christ p. 342.
„ Olivier p. 170, n. 29; per totam Europam occurrit.
„ Walckenaer p. 68, n. 21.
„ Latreille Crust. XIII, p. 186, n. 26.
„ Panzer ad Schaeff. Icon. tab. 244, fig. 6 (Panzer huc refert etiam tab. 6, fig. 13, scutello toto nigro, de qua conferas notam ad hanc speciem).
„ Gravenh. Uebers. n. 3737.
„ Gravenh. Pedemont. n. 59.
„ Trentep. in Iside 1826, p. 219, n. 36.

teram, prope *Parmam* captam, a *Sanvitale*; vel tiam, *pedemontanam*, *Bonelli*.

Synonyma:

Ichn. sugillatorius Linn. Faun. n. 1578. — Syst. XII, p. 930, n. 1; apud nos frequens.
„ Fabr. Syst. p. 327, n. 1. — Ent. II, p. 132, n. 1; in Europae nemoribus.
„ Fuessl. Helv. p. 48, n. 964; haud raro.
„ Müll. Prodr. n. 1763.
„ Schrank. Austr. n. 695.
„ Villers p. 134, n. 1.
„ Gmel. ed. Linn. p. 2674, n. 1.
„ Rossi n. 740; habitat ruri, non frequens.
„ Christ p. 350.
„ Olivier p. 164, n. 1 (excepta varietate pedibus rufis, de qua conferas nostrum *Ichn. natatorium* n. 169).
„ Schrank Boic. n. 2081.
„ Walckenaer p. 49, n. 1, var. abdominis punctis sex albis.
„ Bechstein p. 954, n. 1, var. pedibus nigris.
„ Gravenh. Pedemont. n. 64.
„ Thunb. Ichn. n. 78.

Ichn. moratorius Fabr. Piez. p. 54, n. 2; in Europa boreali.

Synonyma ambigua:

Ichn. dubitatorius Sulzer Gesch. tab. 26, fig. 11 (solis segmentis 2 et 3 puncto laterali albo, tibiis posticis basi flavis); habitat in Helvetia.

Ichn. moratorius Trentep. in Iside 1826, p. 74, n. 17 (abdomine atro, segmentis 1 et 2 utrinque puncto albo.)

Nota.

De *Ichn. sugillatorio* confer synonyma et notam ad nostrum *Ichn. natatorium*, n. 169.

Ichn. moratorius Thunb. haud ad hunc Fabricii *moratorium*, sed ad *natatorium* redigendus est. Ab ambobus autem differt *Ichn. moratorius* Müll. Prodr., n. 1762, nulla punctorum alborum abdominis facta mentione. Quid autem hic Mülleri Ichneumon sit, plane nescio, nam Schaefferi Icon. tab. 20 fig. 8 et tab. 72 fig. 4, quas auctor ad suam speciem laudat, species duas exhibent longe diversas; tab. 20 fig. 8 nempe nostrum *fusorium* aut *pisorium*; tab. 72 fig. 4 autem nostrum *Cryptum cyanatorem* aut *Ichn. castigatorem.*

Geoffroy Ichneumon, n. 54, a quibusdam auctoribus ad hanc speciem adhibitus, ad *Ichn. natatorium* redigendus est.

Ichneumonem dubitatorium Sulzeri Christ in opus suum transtulit, tibias posticas autem totas flavas, segmentum secundum totum nigrum immaculatum exhibuit. — Cave, ne cum hac Sulzeri specie *Ichn. dubitatorium* Gmelini p. 2681, n. 98, confundas, quem Fabricius, in Syst. Piez. p. 77, n. 27 *Cryptum dubitorium* adpellavit. — *Ichn. dubitatorius* Thunb. Ichn., n. 507 ab ambobus longe differt.

173. I. DESIGNATORIUS.

Orbitis oculorum internis, lineis duabus ad alarum radicem, punctoque laterali segmentorum anteriorum albis; feminae antennis alboannulatis.

Statura et proportio partium maris sicut in specie praecedente, feminae sicut in *Ichneumone natatorio*.

Longitudo 7—8 linearum. *Caput maris* palpis pallidis, facie alba linea longitudinali lata atra, clypeo albo medio nigro, orbitis oculorum externis et verticalibus tenuibus albis; *feminae* solis orbitis oculorum frontalibus, interdum etiam facialibus, tenuibus, albis. *Antennae maris* porrectae, articulo 1 subtus albo; *feminae* apice curvatae, articulis 10—15 supra et lateribus albis, sequentibus subcompresso-dilatatis. *Thorax* linea suturali, interdum abbreviata, ante alas, linea infra alas, plerumque lineola transversali infra scutellum, mari rarius etiam punctis duobus metathoracis, albis. *Alae* fumatohyalinae, maris interdum obscuriores; stigmate radio radice et squamula fuscis aut nigris, stigmate interdum piceo; areola quinqueangulari aut subtriangulari, mari saepius triangulari. *Scutellum* album. *Pedes* anteriores subtus tibiis tarsis et femorum apice maris albis, feminae albidis aut ferrugineis; medii feminae interdum toti nigri, excepto apice femorum summo stramineo, ferrugineo; coxis anterio-

ribus maris interdum subtus macula alba. *Abdomen* nigrum aut subcoerulescens; segmentis 1—3—4, rarius etiam 5, puncto laterali apicali albo. *Aculeus* vix subexsertus.

Duos mares cepi mensibus Junio et Septembri, in fruticetis prope *Scheitnich*; mares et feminae, circa *Hirschberg* et in *Austria* capti, mihi transmisit; vidi in collectione *Klugii*.

Varietas:

1. *Mas, antennis alboannulatis.* — *Caput* vel sicut in mare genuino, vel solis palpis et orbitis oculorum internis albis. *Antennae* vel nigrae articulis 16 et 17 supra puncto albo; vel articulo 1 subtus, 12—17 supra, albis. *Thorax* vel solo puncto infra alas, vel insuper lineola ante alas punctisque duobus contiguis infra scutellum, albis. *Scutellum* album. *Alae* et *pedes* sicut in maribus genuinis; in altero individuo autem radice alarum coxisque omnibus puncto albo. *Abdomen* segmentis 1—4 biguttatis.

Individua duo, circa *Aboam* capta, *Sahlberg* transmisit.

Synonyma maris:

Ichn. designatorius Linn. Fauna n. 1595; Syst. XII, p. 932, n. 18, frequens apud nos.

Fabr. Syst. p. 361, n. 23. — Piez. p. 63, n. 44. — Mant. I, p. 262, n. 29; an-

tennis subalboannulatis (ad nostram me-rid varietatem spectet).

Ichn. designatorius Fuessli Helv. p. 49. n. 947.

- ratus

Villers p. 447. n. 86.

Gmel. ed. Linn. p. 2681. n. 18.

Christ p. 363.

Olivier p. 171. n. 43.

Thunberg Ichn. n. 536.

Ichn. edictorius Dwigubsky p. 156. n. 573.; habitat in hortis.

Nota:

De *Ichn. designatorio* Trentep. conferas speciem sequentem.

174. I. FLAVOGUTTATUS. n.

Orbitis oculorum internis, picturis thoracis et pedum, maculaque laterali apicali segmentorum anteriorum, flavis, m. f. (*mas* antennis subpallideannulatis, *fem.* antennarum annulo albo).

Statura et proportio partium feminae sicut in femina *Ichneum. infractorii* et *nycthemerii*; mas statura graciliore quam femina.

Longitudo maris 6, feminae 5—6 linearum. *Caput maris* ore, facie, genis, orbitisque oculorum frontalibus, flavis, linea longitudinali faciei punctoque clypei nigris; *feminae* ore, clypei lateribus, oculorum orbitis internis et verticalibus,

nec non parte exteriore flavoferrugineis. *Antennae maris* porrectae, corpore paulo breviores, paulo crassiores quam in feminae, articulis 11—19 supra puncto flavo, 1 subtus flavo; *feminae* subgraciles, corpore breviores, apice incurvae, articulis 10—18, aut 11—17, supra et lateribus flavoalbis, 1 subtus ferrugineoflavo. *Thorax* linea suturali ante alas, puncto aut lineola infra alas, margineque supero colli, maris flavis, feminae fulvis; feminae plerumque punctis duobus metathoracis fulvis; mari autem insuper prothoracis macula lunata punctoque parvo lateralibus, metathoracis maculis duabus dorsalibus punctoque laterali, flavis. *Scutellum* maris flavum, feminae fulvum. *Alae* fumatohyalinae, stigmate maris piceo, feminae fulvo, radio fusco, radice flava aut fulva, squamula nigra. *Pedes* coxis anterioribus flavis, mediis basi nigra, posticis nigris macula flava, feminae interdum minuta; trochanteribus nigris; femoribus maris anterioribus, feminae anticis solis, flavis, externe basin versus nigris; maris posticis, feminae posterioribus, nigris apice flavo; tibiis flavis, anterioribus basin versus fuscis, posticis basi nigris; tarsis maris omnibus flavis, feminae anterioribus ferrugineis aut fuscis, articulo ultimo fusco. *Abdomen maris* capite thoraceque longius, thorace paulo angustius, segmentis 2—5 latitudine aequali; *feminae* oblongoovatum, capitis thoracisque longitudine vel paulo longius; mari segmentis 1—3, feminae segmentis 1 et 2, macula flava in angulis apicalibus; maculis maris paulo

176. I. LEUCOSTIGMUS

Orbitis oculorum, antennis basin versus, linea ante alas, coxis et tibiis anterioribus, punctisque duobus apicalibus segmenti primi, albis. ♂.

Statura et proportio partium omnino *Ichn. albolineati*, n. 180; et forsan mera ejus varietas. *Longitudo* 6½—7 linearum. *Caput* ore, facie, orbitisque oculorum frontalibus et vestigio externarum, albis; mandibularum basi, nec non faciei linea lata longitudinali et clypei puncto medio, nigris. *Antennae* articulo 1 subtus albo; 2 toto nigro, 3 plerumque puncto albo, 4—14—20 latere altero albo. *Thorax* linea abbreviata ante alas, punctoque minuto, interdum obsoleto, infra alas, albis. *Scutellum* album. *Alae* fumato-hyalinae, stigmate radio et squamula nigris, radice exalbida. *Pedes* anteriores macula coxarum, femoribus subtus apicem versus, tibiisque intra, albis, tarsis fuscis subtus pallidioribus; postici tibiis latere interno vel fere toto, vel apice solo, exalbido aut substramineo, tarsis vel ut in pedibus anterioribus vel articulis 2—4 fere totis sordide albis. *Abdomen* subnitidulum, confertissime et subtiliter punctum; segmento 1 puncto albido in angulis apicalibus, segmentis reliquis interdum summo margine rufescente.

Mares duos, prope *Hirschberg* captos, cl. *Stillfried* mecum communicavit; tertium, pedemonta-

num, *Bonelli*, puncto albo infra alas deficiente et segmentorum 2—7 marginibus summis rufescentibus distinctum.

Synonyma:

Ichn. leucostigmus Gravenh. Pedem. n. 65.

177. I. NIVATUS.

Facie, annulo antennarum, genicalis, punctoque marginali segmenti primi, albis. m.

Statura et proportio partium *Ichn. subguttati*, n:o 179; antennis longioribus, abdomine paulo breviore.

Longitudo 6⅓ linearum. *Caput* ore facie et orbitis oculorum frontalibus albis. *Antennae* corpore paulo breviores, articulis 1 et 2 subtus, 11—13 supra et lateribus, albis. *Thorax* puncto ante alas, lineolaque infra scutellum, albis. *Scutellum* album. *Alae* fumato-hyalinae, stigmate et radio fuscis, radice piceo-albida, squamula alba; areola subquinqueangulari. *Pedes* coxis anterioribus macula alba; trochanteribus subtus exalbidis; femoribus geniculo albido, anticis inferne ferrugineo-fuscis; tibiis interne exalbidis, basi summa tota alba; tarsis fuscescentibus, posticis fuscis. *Abdomen* capite thoraceque longius, confertissime punctatum, subopacum, apicem versus nitidulum; segmento 1 macula parva marginali exalbida; seg-

mentis sequentibus margine summo rufescente, 4 et 5 dorso castaneo-nebuloso.

Unicum individuum *pedemontanum Bonelli* transmisit.

Synonyma:

Ichn. nivatus Gravenh. Pedem. n. 66.

178. I. CHALYBEATUS. n.

Stigmate fulvo, capite et thorace albolineatis, tibiis tarsisque alboannulatis; abdomine atrocoeruleo, segmentis 1 et 2 biguttatis; antennis alboannulatis. m.

Statura et proportio partium sicut in duobus praecedentibus.

Longitudo 6½ linearum. *Caput* lineola alba ad orbitas oculorum faciales. *Antennae* articulis 11—14 supra et lateribus albis. *Thorax* linea ante alas punctoque infra alas albis. *Scutellum* album. *Alae* fumatohyalinae, stigmate fulvo, radio radice et squamula fuscis. *Pedes* femoribus anterioribus apice albo; tibiis anticis albis, externe apice nigro, posterioribus annulo lato albo ante basin; tarsis anterioribus articulo 1, posticis articulo 1 et 2, albis apice fusco, reliquis totis fuscis. *Abdomen* atrocoeruleum, apicem versus nitidius; segmentis 1 et 2 puncto albo in angulis apicalibus.

Individuum unicum *Besser* e *Volhynia* transmisit.

179. I. SUBGUTTATUS, m.

Linea ante alas, punctis duobus segmenti primi, annuloque tibiarum, albis. m. f. (*mas* facie alba, *femina* annulo antennarum et orbitis oculorum externis albis).

Statura et proportio partium *Ichn. designatorii*, n. 178; abdomine paulo graciliore, antennis paululum brevioribus.

Longitudo maris 7, feminae 6¼ linearum. *Caput maris* ore facie et orbitis oculorum omnibus albis, his in occipite interruptis, macula faciei et clypei nigra; *feminae* mandibulis macula castanea, orbitis oculorum internis nec non vestigio externarum, albis. *Antennae* maris articulo 1 subtus albo, feminae articulis 9—14 supra albis, sequentibus subtus ferrugineofuscis. *Thorax* linea ante alas, feminae breviore quam maris, punctoque infra alas, albis. *Scutellum* macula apicali alba. *Alae* fumatohyalinae, stigmate radio et radice fusconigris, squamula maris alba feminae nigra; areola subtriangulari. *Pedes maris* coxis anticis subtus albis; femoribus anticis subtus totis, mediis apice solo, albidostramineis; tibiis anterioribus interne totis, externe semiannulo, albis; posticis annulo lato albo ante basin; tarsis posticis nigris, mediis fuscis, anticis fuscis subtus exalbidis; *feminae* femoribus anterioribus subtus apice summo stramineo; tibiis anterioribus semiannulo albo, anticis insuper interne totis albidostramineis, posticis annulo

lato albo ante basin. *Abdomen maris* thorace duplo longius, opacum, confertim punctum, subatrocoeruleum, segmento 1. puncto albo minuto angulorum apicalium; *feminae* capite thoraceque paulo longius, nitidum, punctum; segmento 1. nec non segmentorum 2 et 3 dorso, rugulosis opacis; atrocoeruleum, segmentis 1 et 2 puncto albo in angulis apicalibus.

Individua duo, in *Sudetis Silesiae* capta, accepi.

180. I. ALBOLINEATUS.

Orbitis oculorum internis, linea ante alas, margine seu punctis duobus segmenti primi, tibiisque interne, albis. n.

Statura et proportio partium maris *Ichneum. sugillatorii*, n. 172.

Longitudo 6 linearum. *Caput* palpis piceis, orbitis oculorum internis punctoque laterali clypei albis. *Thorax* colli margine supero, linea ante alas, puncto infra alas, interdum etiam punctis duobus seu lineola transversali infra scutellum, albis. *Scutellum* album. *Alae* fumatohyalinae, rarius solo apice fumatohyalino; stigmate, radio, radice et squamula fuscis, hac, interdum etiam radice, puncto albo. *Pedes* femoribus anticis subtus ferrugineis apice pallidiore, mediis subtus apice ferrugineo; tibiis subtus albis, posticis apice fusco; tarsis anterioribus albidis, supra plerumque obscurioribus, articulorum apice fusco, posticis

vel fere totis albis vel articulis 2—4 medio albis. *Abdomen* nigrum, rarius fuscum, semper autem segmento 1 margine, plerumque medio interrupto, seu punctis duobus marginalibus, albis.

Unum individuum, *norimbergense*, *Sturm* mecum communicavit, quaedam *silesiaca* *Manger*, *pedemontana* *Bonelli*.

Synonyma:

Ichn. albolineatus Gravenh. Pedem. n. 67.
Ichn. nigratorius Panzer ad Schaeff. Icon. tab. 20, fig. 11. 12.

Nota.

Ichneumonem Schaefferianum allegatum Panzer describit *abdominis segmento secundo basi albo*; sed lineola transversalis alba, quam icon exhibet, potius marginem segmenti primi quam basin secundi occupare videtur. — Caeterum *Ichn. nigratorius* Pontoppidani Mülleri et Fabricii nec ad hanc speciem quadrant nec inter se congruunt, sed ad species diversas redigendi sunt.

181. I. CRETATUS.

Facie, linea ante alas, scutelli margine laterali, maculaque apicali segmenti primi, albis; pedibus anterioribus tibiisque posticis subtus albis. m.

Statura et proportio partium omnino *Ichn. oratorii*, n. 155. m.

Longitudo 6 linearum. *Caput* ore facie et orbitis oculorum externis albis, macula faciei et clypei nigra. *Antennae* articulo 1 subtus albo. *Thorax* linea ante alas lineolaque infra alas albis. *Scutellum* margine laterali albo. *Alae* fumato-hyalinae, stigmate et radio fusconigris, radice et squamula fuscis puncto albo; areola subtriangulari. *Pedes* anteriores subtus albi; postici tibiis subtus albis apice toto nigro. *Abdomen* atrocoeruleum, confertim et subrugulose punctum, subopacum, apicem versus nitidulum et rarius punctum; segmento 1 macula apicali alba.

Individuum unicum *pedemontanum Bonelli* transmisit.

Synonyma:

Ichn. cretatus Gravenh. Pedem. n. 68.

182. I. JUGATUS. n.

Facie, linea ante alas, macula pectorali, puncto segmenti primi, pedibus anterioribus subtus, posticorum tibiis basi tarsis apice, albis. m.

Longitudo 4¼ linearum. *Caput* ore facie et orbitis oculorum omnibus albis. *Antennae* porrectae, corporis longitudine, subtus rufae articulo 1 albo. *Thorax* gibbus, linea suturali ante alas, lineola infra alas, colli margine, maculis duabus pectoralibus confluentibus, lineolaque infra scutellum, albis. *Scutellum* eborinum. *Alae* sub-

fumatohyalinae, stigmate et radio fuscis, radice et squamula albis, areola subtriangulari. *Pedes* mediocres; anteriores albi, latere externo femorum et tibiarum nec non articulo 1 tarsorum mediorum fuscis; postici nigri, macula coxarum, tibiis basin versus, tarsorumque articulis 3—5 totis, 2 apice solo, albis. *Abdomen* capite thoraceque paulo longius pauloque angustius, lanceolatum, nitidulum; segmento 1 puncto marginali stramineoalbido, 2 et 3 summo margine stramineo.

Unicum individuum *Manger* cepit prope *Warmbrunn.*

Nota:

Lineae suturales albae ante alas, apice junctae, jugi speciem exhibent; inde nomen speciei.

183. I. MULTICINCTUS. n.

Facie, linea ante alas, segmentorum margine dorsali, geniculisque, albis. m.

A reliquis hujus sectionis speciebus abdomine albopicto haec differt abdomine breviore.

Longitudo $4\frac{2}{3}$—6 linearum. *Caput* ore facie et orbitis oculorum albis. *Antennae* porrectae, corpore breviores, articulo 1 subtus albo. *Thorax* gibbulus; linea ante alas lineolaque infra alas albis. *Scutellum* apice, seu marginibus lateralibus apicem versus, albis. *Alae* fumatohyalinae aut subhyalinae; stigmate radio et squamula ni-

gris, radice fusca; areola subtriangulari. *Pedes* mediocres, subgraciles; anteriores subtus toti albi, femoribus basi fuscis; aut nigris, geniculis totis albis; postici geniculis et plerumque puncto apicali tibiarum albis. *Abdomen* capite thoraceque paulo longius, thoracis latitudine, oblongoovatum aut ovatum, (vita forsan minus contractum), subtilissime et confertissime punctum, nitidulum; segmentis 1—3 margine toto, 4 et 5 margine latera versus abbreviato, albo, 6 et 7 totis nigris.

Duo individua accepi in *Silesiae Sudetis* capta, tertium vidi in collectione *Klugii.*

184. I. SEXCINCTUS. n.

Capite thorace coxisque flavomaculatis, antennis et stigmate fulvis, tibiis tarsisque flavis, segmentis 1—6 flavomarginatis. m.

Primo adspectu hic Ichneumon ad quosdam mares *Ichn. infractorii* quadrare videtur, sed antennis tibiisque brevioribus et pictura differt.

Longitudo fere 6 linearum. *Caput* macula mandibularum, labro, facieque flavis, hac linea lata longitudinali nigra. *Antennae* corpore dimidio paululum longiores, setaceae, fulvae; articulis 1 et 2 nigris subtus flavis. *Thorax* colli margine supero, linea ante alas, lineola infra alas, maculisque duabus metathoracis dorsi declivi, pallideflavis. *Scutellum* pallideflavum. *Alae* sila-

cae hyalinae, stigmate medio et radice fulvis, squamula nigra. *Pedes* coxis posterioribus macula alba; femoribus anticis apice et latere inferno, mediis apice solo, flavis; tibiis tarsisque totis flavis. *Abdomen* segmentis 1—6 margine pallide-flavo.

Unicum individuum *de Heyden* prope *Meiningen* cepit.

SECTIO VIII.

Scutello pallido; abdomine vel toto rufo vel rufo et nigro.

Abdomen plerisque nigrum est, segmentis 2 et 3, vel etiam 4, rufis, interdum ano ipso fusco aut rufescente (e. g. *Ichn. culpatorii* et *vacillatorii* individuis quibusdam); saepius rufum apice nigro; rarius nigrum apice rufo (*Ichn. menstruali*), aut totum nigrocastaneum (varietati *Ichn. amputatorii*); fuscum, varietati *Ichn. fusorii*, tandemque totum nigrum in varietate *Ichn. antennatorii*, quo haec sectio ad *tertiam* transit. — Scutellum ut plurimum totum pallidum est, haud raro autem apice solo aut lateribus albet. *Ichn. microsticti* et *rufini* varietates, scutello toto nigro, ad *sectionem* 9 spectant.

E *sectione* 1 *Ichn. annulatoris* varietas, scutello rufo, abdomine rufo aut castaneo, propius ad hanc sectionem 8 accedit; e *sectione* 3 varietates *Ichn. fossorii*, *melanogastri*, *edictorii*, *marginelli* et *palliatorii*, abdomine bicolore, rufonigroque; e *sectione* 5 *Ichn. submarginellus*, segmentis 6 et 7 sub-albomarginatis, et varietas *Ichn. uniguttati*, abdominis apice interdum fere toto nigro; e *sectione* 9, *Ichn. haemorrhoidalis, sputatoris*, *facialis* et *castanei* varietates scutello albo- aut rufo-notato.

185. I. HORRIDATOR. n.

Facie flava, segmentis 2—4 rufis, tarsis tibiisque sordidestramineis, his apice nigro. m.

Statura et proportio partium *Trogi flavatorii*; scutello autem haud elevato, antennis brevioribus. *Longitudo* 9 linearum. *Caput* facie oreque flavis. *Antennae* porrectae, dimidio corpore paulo longiores, setaceae, articulo primo subtus flavo. *Thorax* punctis duobus flavis obsoletis ad radicem alarum. *Scutellum* flavum. *Alae* fumatohyalinae, stigmate fulvo, radio radice et squamula nigris, areola subquinqueangulari. *Pedes* femoribus anterioribus subtus stramineo-ferrugineis; tibiis flavis, anterioribus externe macula apicali nigra, posticis apice toto nigro; tarsis sordidestramineis, posticis articulis 3—5 nigricantibus. *Abdomen* segmentis 2—4 fulvorufis, 5 lateribus rufis.

Unicum individuum *austriacum Dahl* mecum communicavit sub nomine *I. horridatoris* Ziegleri.

186. I. FUSORIUS.

Orbitis oculorum internis, punctoque seu punctis duobus ad alarum radicem, albis; tarsis tibiis abdomineque rufis, segmento primo nigro. m. f. (femina antennarum annulo albo).

Statura et proportio partium speciei sequentis.

Longitudo maris 8—11, *feminae* 7—fere 11 linearum. *Caput feminae* orbitis oculorum frontalibus albis; *maris* orbitis oculorum internis, distinctioribus aut obsoletioribus, plerumque etiam externis vel totis vel pro parte, albis. *Antennae feminae* articulis 4—8 interdum subtus ferrugineis; 9—16, vel plurimis eorum, supra albis; sequentibus interdum subtus ferrugineis. *Thorax maris* puncto infra alas, plerumque altero ante alas, albis; *feminae* vel puncto uno infra alas, vel lineola infra alas alteraque ante alas, longioribus aut brevioribus, margineque supero colli, albis. *Scutellum* album. *Alae* fuscohyalinae, rarius subfumatohyalinae, stigmate fusco aut rufo, radio radice et squamula nigris. *Pedes* femoribus geniculis summis ferrugineis, posticis aut posterioribus rarius totis nigris, *feminae* anticis interdum subtus ferrugineis, *maris* anterioribus aut anticis subtus pallidestramineis, posticis rarissime latere altero toto badio; tibiis subsericeis, fulvis aut rufis, anterioribus saepe fuscis aut nigris interne pallide- aut sordide-stramineis; tarsis vel totis fulvis aut rufofulvis, vel supra aut apicem versus fuscis. *Abdomen* segmento 1 nigro; rarissime margine rufescente; segmentis reliquis fulvis aut rufis, *feminae* interdum linea longitudinali irregulari fuscescente, *maris* rarissime segmentorum 2—4 disco nigricante. *Aculeus* brevissimus.

Mares et feminas, vere aestate et autumno, passim in *Silesia*, in umbellatis et fruticetis, cepi; plures e diversis *Germaniae Galliae* et *Italiae*

regionibus, nec non e *Suecia*, *Volhynia* et *Tauria*, mecum communicati sunt.

Varietates:

1. *Tibiis posticis apice nigro.* f. — *Longitudo* 7—8 linearum. *Caput* orbitis oculorum frontalibus, nec non parte facialium, interdum etiam externarum, albis. *Pedes* femoribus anterioribus latere interno rarius fere toto, plerumque tantum apicem versus, rufo, rarissime mediis fere totis nigris, seu posticis etiam apicem versus rufis; tibiis anterioribus sordide stramineis aut flavicantibus, latere externo rarius toto, plerumque tantum medio, nigro, posticis rufis apice nigro. — Caetera sicut in plurimis feminis genuinis.

Plures feminas cepi mense Augusto in umbellatis circa *Cudovam*; unam *parmensem* a *Sanvitale* mihi transmisit.

2. *Capite toto nigro.* m. — Caetera sicut in pluribus maribus genuinis.

Individuum unicum, prope *Sickershausen* captum, *Nees ab Esenbeck* mecum communicavit.

3. *Thorace toto nigro, immaculato.* f. — *Pedes* femoribus anticis interdum apice stramineo-rufo; tibiis anticis fuscis subtus stramineis, mediis fuscis subtus ferrugineis, posticis rufis interdum externe apicem versus subnigricantibus. — Caetera sicut in specie genuina.

Unam feminam e *Gallia Desmarest*, alteram e *Volhynia Besser*, tertiam prope *Trajectum ad Moenum* captam, *de Heyden* mecum communicaverunt.

4. *Capite thoraceque totis nigris.* f. — *Longitudo* 9⅓ linearum. *Pedes* femoribus totis nigris; tibiis anterioribus fuscis subtus sordide stramineis, posticis rufis; tarsis fuscis, posticis rufescentibus. — Caetera sicut in feminis genuinis.

Unicum individuum austriacum *Dahl* transmisit.

5. *Segmentis 2—7 fuscescentibus.* m. — *Alae* fuscae, stigmate fulvo. *Abdomen* segmentis 2—7 nigrofuscis, basin versus obscuro-ferrugineis. — Caetera sicut in pluribus maribus genuinis.

Unicum individuum cepit *Schilling* prope *Vratislaviam.*

Synonyma, maris et feminae:

Ichn. fusorius Gravenh. Pedem. n. 71.

Maris:

Ichn. fusorius Linn. Faun. n. 1598.
„ Fabr. Syst. p. 332, n. 26. — Piez. p. 64, n. 47; in Europae sylvis.
„ Villers p. 148, n. 40; in Gallia australi.
„ Gmel. ed. Linn. p. 2682, n. 21.
„ Christ tab. 34, fig. 1.

Ichn. fusorius Olivier p. 174, n. 48; longitudine 12 linearum.
„ Borowsky, p. 33, n. 4.
„ Walckenaer p. 54, n. 28.
„ Thunb. Ichn. n. 495.
Ichn. fuscus Linn. Syst. XII, p. 933, n. 21.
„ Villers p. 148, n. 89.
Ichn. similatorius Fabr. Ent. Supl. p. 221, n. 55.
— Piez. p. 64, n. 48; in Gallia.
„ Coquebert II, p. 48, tab. XI, fig. 8.
„ Walckenaer pag. 54, n. 29 (ubi autem pro *corcelet jaunatre* legendum est *corcelet taché*).
„ Thunb. Ichn. n. 497.

Feminae:

Ichn. exspectorius Fabr. Ent. Supl. p. 219, n. 30.
„ Panzer ad Schaeff. Icon. tab. 6, fig. 12 et tab. 70, fig. 6 (Panzer ad hanc speciem etiam adhibet Schaeff. Icon. t. 20, fig. 8, quae autem tibiis omnibus nigris differt).
Ichn. exspectatorius Fabr. Piez. p. 19, n. 26.
„ Thunb. Ichn. n. 17.
„ Trentep. in Iside 1826, p. 335, n. 43.
Ichn. lentorius Panzer Faun. fasc. 71, tab. 11; mense Julio in montosis in Tilia europaea captus.
Ichn. fugatorius Panzer ad Schaeff. Icon. tab. 114, fig. 1; tempore verno in dumetis captus.
Ichn. Schaeff. Elem. tab. 72, fig. 1.
Ichn. pisorius Linn. Faun. n. 1589?

Nota.

Ichn. fusorius Schrank Boica nr. 2076, »facie flava etc.,« haud ad nostram speciem adhiberi potest, sed potius ad *Trogum lutorium* spectare videtur. — De *fusorio* F. conferatur n. 84 nostrorum supplementorum.

Ichn. fuscum Linn. Schrank in Fauna Boica cum *Ichn. cirrogastro* conjunxit, qui autem potius ad *Trogum lutorium* referri debet.

De *Ichn. pisorio* Linnei, quem quidem Fabricius in Systemate Entomologiae, cum *fusorio* jam conjunxerat, dubius adhuc haereo, num huc referri possit. Forsan *Ichneum. pisorii* varietates capite toto nigro, quarum auctores nonnulli mentionem faciunt, huc etiam spectant. — Müller icones Schaefferianas, ad *Ichn. exspectorium* Panzeri laudatas, ad *Ichn. pisorium* adhibuit; Ichn. Schaefferi Elem. tab. 72, fig. 1, a nonnullis auctoribus etiam ad *Ichn. pisorium* citatur. Ad haec conferas speciem nostram sequentem.

187. I. PISORIUS.

Lineis ad alarum radicem flavis; abdomine dilute rufo, petiolo obscuriore. m. f. (*mas* facie flava, pedibus flavicantibus nigromaculatis; *femina* orbitis oculorum frontalibus et annulo antennarum albis, pedibus nigris, tibiarum medio flavo).

Longitudo maris 8 — 11, feminae 9 linearum. *Caput* maris facie, ore, plerumque orbitis oculo-

rum externis et internis, flavis aut flavo-ferrugineis; *feminae* plerumque solis orbitis superis oculorum, rarissime omnibus, in vertice attamen interruptis, maculaque genarum et basi mandibularum, albido-flavis. *Antennae maris* porrectae, corpore dimidio paulo longiores, articulis 1 et 2 subtus flavis aut flavo-ferrugineis; *feminae* vix dimidii corporis longitudine, apice involutae, articulis 8—16 aut 9—16 albis subtus puncto fusco. *Thorax* linea suturali ante alas, usque ad collum elongata, lineolaque infra alas, interdum etiam punctis duobus in margine supero colli, aut puncto ad latera pectoris, lineolave transversali infra scutellum, flavis, in feminis praeterea rarissime lineolis duabus dorsalibus longitudinalibus parallelis prothoracis sordide stramineis. *Scutellum* flavum. *Alae* amplae, silaceo- aut fumato-hyalinae; stigmate et radio rufis aut fuscis, rarius in mare fulvis; radice et squamula feminae fuscis, maris stramineis aut flavicantibus, squamula plerumque macula fusca. *Pedes* mediocres; *maris* anteriores flavi aut flavo-straminei, interdum macula coxarum et latere supero trochanterum nigris, femoribus superne vel totis, vel apice solo, vel tantum puncto basali, nigris; postici coxis nigris, plerumque subtus macula lineolave ferruginea aut flava, trochanteribus vel totis flavis vel basi nigra, femoribus vel nigris basi summa stramineo-rufa, vel pallide stramineis apice nigro, tibiis flavis apice nigro, tarsis ferrugineis aut flavis, interdum apicibus articulorum nigris; *feminae* coxis et trochanteribus nigris,

rarius macula albida, femoribus nigris, anticis subtus vel totis vel apicem versus stramineis aut ferrugineis, mediis interdum apice ferrugineo aut flavoferrugineo, rarissime latere inferno toto ferrugineo stramineo, posticis rarissime subtus basin versus stramineis; tibiis flavis, anticis plerumque supra nigris, mediis apice nigro rarius ferrugineo, plerumque basi nigra, posticis basi apiceque nigris; tarsis fuscis, rarius rufis, posticorum apice fusco. *Abdomen maris* capite thoraceque duplo fere longius, thorace paulo angustius, fulvum aut ferrugineum; petiolo, rarius segmento 1 toto, nigro, segmentis ultimis interdum obscurioribus; *feminae* oblongolanceolatum, capite thoraceque aliquanto longius, thoracis latitudine, apice acuto, rufum aut ferrugineum, petiolo nigro.

Marem semel cepi mense Julio prope *Oedelem* in frutetis; mares et feminas e *Silesia, Franconia, Italia* et *Volhynia* accepi. — Femina, a *Bonellio* transmissa, a reliquis omnibus differt coxis trochanteribus genisque albomaculatis, lineolis duabus dorsalibus thoracis stramineis, pedibus magis colore flavo imbutis.

Varietas.

1. *Abdominis apice nigro.* — *Longitudo* 10 linearum. *Alae* fumato-hyalinae, stigmate fulvo, radio et squamula nigris, radice nigra puncto flavo. *Pedes* anteriores flavi, coxis et femoribus supra nigris, tibiis macula apicali nigra; postici nigri, trochanteribus totis, femoribus tibiisque a medio

usque ad basin flavis; tarsis apice subfusescente. *Abdomen* segmento 1 nigro, margine rufescente; 5 maculis duabus dorsalibus fusconigris contiguis; 6 et 7 totis nigris.

Unicum habeo individuum, cujus patria autem mihi ignota est.

Synonyma maris et feminae:

Ichn. pisorius Villers, p. 158, n. 12, (exceptis varietatibus capite toto nigro, abdomine toto antennis femoribusque ferrugineis).
„ Gravenh. Pedemont., n. 72.
„ Latreille Crust. XIII, p. 186, n. 27.

Maris:

Ichn. pisorius Rossi, n. 754—5; apud nos rarior.

Feminae:

Ichn. pisorius Linn. Faun., n. 1589. — Syst. XII, p. 931, n. 12 (exceptis varietatibus abdomine toto antennis femoribusque ferrugineis).
„ Fuessl. Helv. p. 49, n. 942.
„ Müll. Prodr., n. 1755.
„ Fabr. Mant. I, p. 260, n. 15. — Piez. p. 59, n. 25.
„ Gmel. ed. Linn. p. 2677, n. 12; in Germaniae et Europae magis borealis larva phalaenae pisi.
„ Christ p. 345 (exclusis iisdem varietatibus, supra apud Villersium jam indicatis).

[illegible]
rium exhibet. Iohn. [illegible] p. 157. n. 483, propter pedes totos [illegible]
[illegible] Bechstein [illegible]
Trentepohl l. c. adfert, Iohn. [illegible]
[illegible]
tissime pisorium Fabr. exhibere. Fusorius Trentepohlii l. c. p. 335, n. 54 autem ad hanc speciem [illegible] Trogo lutorio [illegible] Systemate Entomologiae et in Speciebus Insect. pisorium et fusorium conjunxerat, postea autem diversitatem amborum [illegible] Olivier etiam, loco supra allegato, suspicatus est, pisorium forsan varietatem fusorii esse. Plerumque ad pisorium laudatur Schaefferi Iconum tab. 6. fig. 12, ubi autem mas fusorii exhibitus est. Quidam auctores ad pisorium etiam adhibent Schaefferi Icon. tab. 20 fig. 8; [illegible]

[illegible]

Ichn. pisorium redegit, exactissime *Trogum lutorium* exhibet. *Ichn. pisorius* Cederhielm p. 157, n. 483, propter pedes totos flavos, ad *Trogum lutorium* aut *luteiventrem* referri potest.

Trentepohl l. c. adfert, *Ichn. lutorium* Panzeri (quem ad speciem antecedentem adhibui) accuratissime *pisorium* Fabr. exhibere. *Fusorius* Trentepohlii l. c. p. 335, n. 54 autem nec ad hanc speciem, nec ad antecedentem, omnibus numeris quadrat, parvitate et alis albis differt.

183. I. REPENTINUS.

Abdomine rufo, basi nigro; tibiis medio albidis. m. (f.?) antennis albo annulatis, tibiis posticis medio rufis.

Mas.

Longitudo 8—12 linearum. *Antennae* porrectae, setaceae, corporis dimidii longitudine, vel paulo longiores. *Thorax* gibbus, punctis duobus albis ad radicem alarum, interdum subobsoletis. *Scutellum* album. *Alae* mediocres, fumato-hyalinae, stigmate fusco aut fuscoferrugineo, radio radice et squamula nigris; areola quinqueangulari. *Pedes* mediocres, antici femoribus subtus vel totis vel apice albidis, tibiis albidis supra vel totis vel apice fuscis, tarsis sordide albidis aut ferrugineis; medii femoribus subtus apicem versus albidis aut albido-ferrugineis, tibiis vel albidis apice fusco vel infuscatis basi supra fuscis, tarsis fuscis; postici

tibiis ante basin vel sordide albis, vel colore sensim mutato, rufis. *Abdomen* thorace fere duplo longius, ejusque latitudine vel paulo angustius, elongato-ovatum; segmento 1 nigro, 2 vel toto rufo vel basi nigra, sequentibus rufis.

Quidam mares *austriaci*, unusque *Hirschbergensis*, mihi transmissi sunt.

Femina.

Statura et proportio partium sicut in mare; abdomine paulo breviore, apice obtusiore.

Longitudo 5½ linearum. *Antennae* curvatae, dimidio corpore paulo longiores, articulis 11—13 aut 10—14 supra et lateribus albis. *Thorax* interdum puncto albo infra alas. *Scutellum* album. *Alae* subfumatohyalinae, stigmate rufo aut piceo, radio radice et squamula nigris. *Pedes* femoribus anticis subtus ferrugineis, apicem versus sensim stramineis, mediis subtus apicem versus obscuro-ferrugineis; tibiis anterioribus fuscis aut ferrugineis, subtus exalbidis, posticis rufis apice et summa basi nigris; tarsis anticis ferrugineis, mediis fuscescentibus, posticis fuscis. *Abdomen*, apice obtuso subcompressiusculo, rufum, segmento 1 nigro.

Unam feminam, prope *Warmbrunn* captam, *Manger*; alteram *pedemontanam Bonelli* mecum communicaverunt.

Varietas.

1. *Tibiis omnibus rufis.* f. — *Longitudo* 5—fere 6 linearum. *Antennae* articulo 1 interdum

subtus ferrugineo, 4 aut 10—14 supra et lateribus albis. *Thorax* puncto infra alas, interdum quoque altero ante alas, albis. *Pedes* rufi; coxis et trochanteribus, interdum etiam latere externo femorum, nigris; posticis tarsis et tibiarum apice nigricantibus. Caetera sicut in feminis jam descripta.

Individua duo ex *Austria*, unum e *Bavaria*, quartum e *Volhynia*, accepi.

Synonyma feminae.

Ichn. repentinus Gravenh. Pedemont. n. 78.

189. I. MESOCASTANUS.

Abdominis medio castaneo; tibiarum semiannulo albo. m.

Statura et proportio partium maris praecedentis.

Longitudo 5—6 linearum. *Thorax* interdum puncto albo infra alas, rarius altero ante alas. *Scutellum* album. *Alae* fumato-hyalinae, stigmate radio radice et squamula nigris. *Pedes* antici subtus femoribus tibiis tarsisque albis aut sordide stramineis; medii femoribus plerumque subtus vel apicem versus ferrugineis vel apice summo albido, tibiis externe basi albida; postici tibiis externe ante basin albis. *Abdomen* segmentis 2 et 3 castaneis, 4 castaneo, interdum apice nigro, 5 rarius basi et lateribus castaneis.

Unum individuum cepi prope Cudowam mense Augusto, in umbellatis; quaedam alia prope Sickershausen, Aboam, Taurinum et Genuam capta, mihi transmissa sunt; italica et suecica segmento 5 toto et 4 apice nigro, a germanicis differunt.

Synonyma.

Ichn. mesocastanus Gravenh. Ped., n. 94.

190. II. DIVISORIUS.

Segmentis 2 et 3 rufis; (tibiis albis, apice nigro; m. — tibiis fere totis nigris, antennis albo annulatis: f.).

Mas.

Statura et proportio partium *Ichn. repentini* maris.

Longitudo 6 — fere 8 linearum. *Caput* mandibulis basi rufis; plerumque orbitis oculorum facialibus, distinctioribus obsoletioribusve, albis. *Antennae* rarissime articulo 1 subtus puncto apicali albo. *Thorax* rarius totus niger, plerumque lineola aut puncto infra alas alteroque ante alas albis, uno alterove interdum deficiente. *Scutellum* album, rarius nigrum solo apice albo. *Alae* subflaceo- aut subfumato-hyalinae; stigmate vel fulvo vel piceo vel nigro; radio et radice fuscis; squamula nigra plerumque puncto albo; areola quinqueangulari. *Pedes* femoribus anticis subtus

totis, medio subtus apice, albidis aut albidoferrugineis; tibiis anterioribus subtus et basi tota albis, posticis albis, apice et summa basi nigris (colore albo interdum in stramineum commutato); tarsis anticis vel totis pallidis vel ferrugineis apice fusco, posterioribus fuscis. *Abdomen* segmentis 2 et 3 fulvis aut rufis, summo margine obscuro; 4 interdum angulis baseos rufescentibus.

Nonnullos mares e pluribus *Germaniae* et *Italiae* regionibus, nec non e *Volhynia* et *Tauria* accepi; duos ipse cepi prope *Warmbrunn*, alterum mense Junio in umbellatis, alterum (omnium maximum, antennarum articulo 1 subtus apice albo et tibiis pallide stramineis a reliquis diversum) in fruticetis mense Augusto. *Nees ab Esenbeck* unum cepit mense Junio in Euphorbia gerardiana. Individua italica plerumque capite toto nigro a germanicis differunt; unicum, capite thoraceque totis nigris, scutelli apice albo, *a Spinola* prope *Genuam* cepit. Quaedam vidi in museo *Comitis de Hoffmannsegg* sub nomine indicato.

Femina.

Statura brevior quam in mare. Ab *Ichneum. alticola* (n. 195), cui haec femina affinis est, abdomine breviore et latiore differt.

Longitudo 5½—6 linearum. *Antennae* setaceae, vix dimidii corporis longitudine, apice involutae, articulis 10—14 supra et lateribus albis. *Thorax* interdum lineola alba infra alas. *Scutellum* album. *Alae* sicut in mare. *Pedes* aliquanto

breviores quam in mare; antici femoribus subtus apice ferrugineo, tarsis et tibiis fuscis, his subtus sordidealbis; posteriores tarsis fuscis, tibiis posticis subtus ante basin macula sordidealba. *Abdomen* capitis thoracisque longitudine et latitudine, oblongoovatum, apice obtuso, segmentis 2 et 3 rufofulvis.

Duas feminas *ab Uechtritz* cepit circa *Cudovam* et *Teplitz* mense Junio in dumetis; tertiam *Nees ab Esenbeck* prope *Sickershausen*; quartam *de Heyden* prope *Trajectum ad Moenum*.

Varietates.

1. *Segmenti quarti basi rufa.* m. — *Longitudo* 6½ linearum. *Caput* interdum totum nigrum. *Thorax* vel lineola alba, obsoleta, infra alas, vel lineolis duabus ad radicem alarum albis. *Pedes* femoribus nigrofuscis, anterioribus subtus albis, posticis interdum summo apice sordidealbo; tibiis albis, posticis summo apice fusco; tarsis anterioribus albis, mediis apice fusco, posticis fuscis interdum articulo 1 albo apice fusco. *Abdomen* segmentis 2 et 3 nec non basi quarti rufis.

Unum individuum *Manger* prope *Wurmbrunn* cepit, alterum *Sahlberg* prope *Aboam*.

2. *Tibiis sordidestramineis apice fusco.* m. — *Longitudo* 7—8 linearum. *Caput* mandibularum medio, orbitis oculorum internis, punctisque duobus infra antennas, flavis. *Antennae* articulo primo subtus flavo. *Thorax* lineola ante alas

lineolisque infra alas flavis. *Scutellum* flavum. *Alae* fumato-hyalinae, stigmate fulvo, radio et radice rufis, hac interdum flava; squamula nigra puncto flavo; areola quinquangulari pyramidata. *Pedes* femoribus anterioribus subtus sordide fulvis; tibiis stramineis, anterioribus interdum externe apicem versus fuscis, posticis apice nigro; tarsis dilute-rufescentibus, posticis apicem versus nigris. *Abdominis* segmentis 2 et 3 fulvorufis, 4 angulis basalibus rufis.

Unum individuum cepi mense Augusto in gramine prope *Warmbrunn*, alterum, prope *Aboam* captum, misit *Sahlberg*.

Synonyma maris:

Ichn. divisorius Gravenh. Pedem., n. 75.

Nota.

Conferas notam ad *Ichn. messorium*, n. 219.

191. I. PICEATORIUS.

Facie, antennarum articulo primo subtus, punctisque duobus ad alarum radicem, albis; segmento secundo supra piceostramineo; tibiis stramineis, posticis apice nigro. m.

Statura et proportio partium sicut in maribus gracilioribus *Ichn. divisorii*. Inter hunc et marem *Ichn. eupatorii* medium tenet, sed color abdominis ab ambobus differt.

Longitudo 6 linearum. [illegible]
[illegible] *Tho-*
rax [illegible]
[illegible] *Alae* [illegible]
[illegible]
[illegible] *Pedes* [illegible] anterioribus
[illegible]
flavostramineis, tibiis anterioribus [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
fuscescente, posticis fuscis. *Abdomen* subtilissime punctum, subnitidum, segmento 2 piceoferrugineo, lateribus [illegible] macula transversali [illegible] nigris [illegible] macula laterali obsoleta [illegible]

Unicum individuum *pedemontanum* *Bonelli* misit.

Synonymia: *Ichn.* [illegible] Gravenh. Pedem. n. 76.

19[illegible]. I. GOEDARTII.

Segmentis 2 et 3 rufis. f.

Statura latiore quam femina *Ichn. divisorii*, n. 190.

Longitudo 5—5½ linearum. *Antennae* setaceae, corporis dimidii longitudine, involutae, articulis 11—13 subtus fuscescentibus. *Thorax*

gibbum, metathorace tuberculis duobus nigris scu- [illegible] *Scutellum* [illegible]. *Alae* fumato-hyalinae, stigmate ferrugineo, radice et squamula ni- gris; areola quinqueangulari. *Pedes* [illegible], anticis tarsis tibiisque subtus ferrugineis. *Abdo- men* capitis thoracisque longitudine et latitudine, ovatum; segmento 1 [illegible]; macula marginali rubicosa; segmentis 2 et 3 [illegible].

Unum individuum [illegible] Septembris prope [illegible] in Angelica sylvestri; alterum [illegible]

Synonyma.

Ichn. Goedart, cura Maji, p. 137. tab. LVIII. [illegible] Ichneumon ex eruca (viridi, capite segmentisque 3, 4 et 9 rubro-maculatis) foliis ulmi nutrita, quae nona Septembris transmutari coepit, vigesima quarta Maji sequentis anni. (Auctor narrat, se vidisse, hos Ichneumones araneas arripere, lethali vulnere afficere, tandemque cum mortuis avolare; aperte autem hanc Ichneumonum speciem cum *Sphege sabuloso* confudit).

193. I. NIGRIPES. f.

Segmentis 2 et 3 rufis; punctis albis ad alarum radicem.

Statura et proportio partium omnino *feminae Ichn. divisorii*; sed antennis haud involutis et genitalibus masculis differt.

Longitudo fere 8 linearum. *Antennae* setaceae, apice curvatae. *Thorax* punctis duobus albis ad radicem alarum. *Scutellum* album. *Alae* silaceo-fumatohyalinae, stigmate fulvo, radio nigro, radice et squamula albis. *Pedes* antici subtus tarsis tibiis et femorum apice stramineoferrugineis. *Abdomen* capite thoraceque paulo longius, thoracis latitudine, oblongoovatum, segmentis 2 et 3 rufis.

Unicum individuum, prope *Parisios* captum, *Desmarest* transmisit.

Synonyma.

Ichn. eupatorius Müll. Prodr. n. 1775 (haud cum *Ichn. eupatorio* auctorum reliquorum [v. n. 215] confundi debet).

194. I. NITENS.

Segmentis 2—4 castaneis, areola quinquangulari; annulo antennarum albo. f.

Statura et proportio partium *Ichn. amputatorii*, n. 217.

Longitudo 4—5 linearum. *Antennae* setaceae, apice curvatae, corpore dimidio vix paulo longiores; articulis 9—14 vel 10—13 supra et lateribus albis. *Thorax* subcylindricus. *Scutellum* vel fere totum album, vel macula aut puncto apicali albo. *Alae* mediocres, subfumatohyalinae, stigmate radio radice et squamula nigris. *Pedes* tibiis anticis subtus sordidestramineis. *Abdomen* oblongoovatum, capitis thoracisque longitudine, thorace vix paulo angustius, apice obtuso compressiusculo; segmentis 2 et 3 confertim punctis, nitidulis, castaneis; 4 nitido, castaneo, margine nigro; sequentibus laevissimis nitidissimis nigris.

Quaedam individua, prope *Sickershausen* et in *Hercynia* capta, mecum communicata sunt.

Varietas:

1. *Segmento quarto fere toto nigro.* f. — *Longitudo* 3¾ linearum. *Antennae* articulis 8—13 supra et lateribus albis. *Scutellum* totum album. *Alae* fumatohyalinae. *Pedes* antici tarsis nec non latere interno tibiarum et apicis femorum ferrugineis. *Abdomen* segmentis 2 et 3, nec non angulis basalibus et summa dorsi basi quarti, castaneis.

Individuum unicum prope *Aboam* captum, *Sahlberg* mihi transmisit.

Synonyma:

Ichn. nitens Christ tab. 35, fig. 9.

Individuum puncto minuto albo scutellari *Neesio ab Esenbeck* prorupit, una cum *Ichn. culpatorio*, e larvis Bombycis crataegi.

193. I. ALTICOLA.

Segmentis 2—4 rufis, 4 margine nigro; areola triangulari; annulo antennarum albo. f.

Statura et proportione partium plurimis individuis sicut in specie praecedente; quaedam autem statura tota breviore et crassiore antennisque brevioribus differunt.

Longitudo 6—6½ linearum. *Antennae* corpore dimidio longiores, rarius corporis dimidii longitudine; articulis 6—12—13, vel plurimis eorum, supra albis. *Thorax* interdum metathorace subbidentato. *Scutellum* album. *Alae* fumato-hyalinae aut subfumatohyalinae; stigmate rufo aut piceo aut fusco, radio radice et squamula fuscis aut nigris; areola triangulari. *Pedes* femoribus anticis geniculis plerumque ferrugineis aut stramineoferrugineis; tibiis vel omnibus vel anterioribus solis subtus ferrugineis aut fuscoferrugineis, anticis tibiis subtus substramineis, supra rufis. *Abdomen* plerumque capite thoraceque paullo longius, rarius tantum eorum longitudine, thoracis latitudine aut paullum angustius; segmentis 2—4 rufis, 4 margine, rarius fere usque ad medium, nigro.

Feminam cepi prope *Cudovam*, mense Augusto; quaedam aliae, prope *Hirschberg*, *Niesky* et *Parisios* captae, mihi transmissae sunt.

Varietas:

1. *Segmento 4 toto nigro.* f. — *Longitudo* 5—6 linearum. *Thorace* interdum puncto aut lineola alba infra alas. *Alae* stigmate fusco. *Abdomen* segmentis 2 et 3, interdum etiam summa basi quarti, rufis. — Caetera sicut in specie genuina.

Individua quaedam prope *Warmbrunn*, *Niesky* et *Taunium* capta accepi.

Synonyma:

Ichn. alticola Gravenh. Ichn. Pedem. n. 77.

Nota.

Conferas feminam *Ichn.* [illegible].

196. I. LEUCOLOMIUS. n.

Segmentis 2—5 castaneis; punctis duobus ante scutellum, scutelli margine laterali, antennarumque annulo, albis. f.

Statura et proportione partium feminis *Ichn.* [illegible], [illegible]que affinis; sed antennis tenuioribus, cellula cubitali intermedia quinqueangulari, abdominis dorso subrugulaso, differt. An femina *Ichn. sexcingati*? — *Longitudo* 4½ linearum. *Antennae* graciliores quam plurimis hujus sectionis speciebus, [illegible]

filiformes, porrectae, apice curvatae, dimidio corpore longiores; articulis 12—16 albis, subtus ferrugineis. *Thorax* gibbocylindricus; punctulis duobus ad radicem alarum, duobusque ante scutellum, albis. *Scutellum* marginibus lateralibus summis albis. *Alae* subfumatohyalinae, stigmate et squamula nigris, radio radiceque fuscis. *Pedes* mediocres, subgraciles; antici subtus tarsis et femorum apice sordidestramineis. *Abdomen* elongatum, capite thoraceque paulo longius, thoracis latitudine, apice acuto, incisuris segmentorum profundioribus quam in reliquis hujus sectionis speciebus; segmentis 2 et 3 dorso aciculato-ruguloso, sequentibus subtilius punctis, 2—5 rubricoso-rufis.

Unicam feminam *austriacam Dahl* transmisit.

197. I. MICROSTICTUS. n.

Abdomine castaneo basi nigra, femoribus tibiisque rufis; punctis duobus ad alarum radicem, duobus ante scutellum, scutelli margine laterali, antennarumque annulo, albis. f.

Haec species primo aspectu *Ichneumoni melanocastano* affinis esse videtur, cujus femina autem abdomine obtuso differt. — A specie praecedente haec statura antennis pedibusque crassioribus discrepat.

Longitudo 5½—6 linearum. *Caput* ore rufescente; orbitis oculorum internis, externarumque

parte, albis tenuibus. *Antennae* vix corporis dimidii longitudine, apice involutae, articulis 11—16 supra et lateribus albis. *Thorax* cylindricus; punctis duobus ad radicem alarum, punctoque ante singulum scutelli angulum, albis. *Scutellum* margine laterali tenui albo, interdum fere obsoleto. *Alae* fumatohyalinae, stigmate radio et squamula nigris, radice fusca. *Pedes* mediocres rufi; coxis et trochanteribus nec non tarsis posticis nigris. *Abdomen* oblongoovatum, thoracis latitudine, capite thoraceque paulo longius, incisuris segmentorum profundis (sicut in specie praecedente), obscurorubricosum; segmento 1, interdum quoque basi secundi, nigris; 2 et 3 dorso planiusculo aciculato-ruguloso opaco.

Feminas duas *Manger* cepit prope *Warmbrunn*.

198. I. RUFINUS.

Abdomine rufo; femoribus tibiisque rufis, posticis apice nigris; oculorum orbitis, punctis duobus ad radicem alarum, duobus ante scutellum, scutelli margine laterali, annuloque antennarum, albis. f.

Statura et proportio partium *Ichn. castanei;* corpore antennisque paulo crassioribus. Haec species medium tenet inter varietatem ejus primam et speciem sequentem.

Longitudo 4¾ linearum. *Caput* palpis ferrugineis; orbitis oculorum omnibus tenuibus flavis, nullibi interruptis. *Antennae* articulis 10—14 supra et lateribus albis, subtus castaneo. *Thorax* punctis duobus ad alarum radicem, lineolaque ante singulos scutelli angulos basales, flavis. *Scutellum* marginibus lateralibus flavis. *Alae* fumatohyalinae, stigmate radio radice et squamula fuscis, areola triangulari. *Pedes* rufi, coxis et trochanteribus nigris, posticis insuper tarsis nec non femorum tibiarumque apicibus nigris. *Abdomen* rufum, petiolo nigro.

Unicam feminam cepi mense Junio in fruticetis prope *Scheidnich*.

Varietates:

1. *Scutello toto nigro, punctis albis ad radicem alarum nullis.* f. — A specie genuina etiam corpore antennisque paulo gracilioribus differt, magisque cum *Ichn. castaneo* congruit, cujus varietas forsan esse posset. — *Longitudo* 4 linearum. *Caput* palpis fuscis, vestigio obsoleto orbitarum oculorum pallidarum. *Antennae* articulis 10—14 aut 11—13 supra et lateribus albis. *Thorax* colli margine supero lineolisque duabus ante scutellum albidis. — Caetera sicut in specie genuina.

Unam feminam *austriacam* misit *Dahl*; alteram, femoribus posticis totis rufis, *Besser* e *Volhynia*.

2. *Scutello toto nigro, punctis albis ad radicem alarum nullis; segmentis 2—4 basi nigris.* f. — *Statura* et proportio partium varietatis 1. *Longitudo* 5½ linearum. *Caput* vestigio orbitarum frontalium et occipitalium pallidarum. *Thorax* lineolis duabus brevibus albidis ante scutellum. *Alae* areola subquinqueangulari. *Femora* rufa, anteriora externe fuscescentia. *Abdomen* segmento 1 toto, 2—4 basi, nigris.

Individuum *pedemontanum* unicum *Bonelli* transmisit.

3. *Scutello nigro, segmentis 1—3 nigris.* f. — *Statura* et proportione partium haec varietas medium tenet inter *Ichn. rufinum* genuinum et *microstictum*, n. 197. *Caput*, orbitis oculorum, in occipite interruptis, albis. *Antennae* articulis 11—15 supra et lateribus albis. *Thorax* colli margine supero, puncto ante alas, alteroque ante angulos scutelli, albis. *Alae* fumato-hyalinae, stigmate radio radice et squamula nigris, areola quinqueangulari. *Pedes* femoribus castaneo-rufis, anticis basi fuscis; tibiis rufis, sericeis, externe fuscis, posticis fere totis fuscis. *Abdomen* segmento 1 nigro; 2 et 3 subtiliter punctis, nigris, margine rufo, dorso ad basin aciculato-cicatricoso; sequentibus rufis.

Unicum individuum *Richter* prope *Vratislaviam* cepit.

Synonyma:

Ichn. rufinus Gravenh. Pedem. n. 78.

Ichn. judex Müll. Prodr. n. 1800? scutello toto nigro, (forsan ad varietatem 1 adhiberi potest, sed lineolarum albarum ante scutellum nulla mentio facta est).

199. I. SERENUS.

Abdomine pedibusque rufis, basi nigris; punctis duobus apicalibus scutelli, duobus ante scutellum, uno duobusve ad alarum radicem, albis. m. f. (*fem.* antennarum annulo albo).

Statura et proportio partium feminae sicut in *Ichn. microsticto.* Mas statura antennis pedibusque gracilioribus a femina differt, et cum *Ichn. repentino* congruit, cui affinis est.

Longitudo maris $7\frac{1}{4}$, feminae 7 linearum. *Caput maris* palpis albidis; mandibularum medio, macula laterali clypei, orbitisque oculorum facialibus et parte externarum, albis; *feminae* orbitis oculorum frontalibus et parte externarum albis tenuissimis. *Antennae maris* porrectae, corpore breviores, *feminae* corporis dimidii longitudine, apice involutae, articulis 10—17 supra albis. *Thorax* puncto albo ante alas, altero infra alas, hoc feminae obsoleto, tertio ante singulum scutelli angulum. *Scutellum* punctis duobus apicalibus albis minutis. *Alae* fumatohyalinae, stigmate radio radice et squamula fuscis. *Pedes* femoribus

rufis, externe nigris; posticis feminae totis rufis; tibiis rufis, maris externe nigricantibus, feminae anticis externe fuscescentibus, posterioribus apice nigricante; tarsis fuscis. *Abdomen* confertissime punctum, incisuris profundioribus (sicut in *Ichn. leucolomio* et *microstitto*); *maris* capite thoraceque longius et angustius, segmentis 2—5 fere aequilatis, rubricosorufum; segmento 1 toto, 2 basi summa, nec non incisura secunda et tertia, nigris; *feminae* rufum, segmento 1 nigro apice obscuro-ferrugineo.

Par *pedemontanum Bonelli* mecum communicavit.

Varietas:

1. *Segmentis 4—6 dorso nigris* m. — *Longitudo* 7 ⅓ linearum. *Caput thorax et scutellum* sicut in mare genuino, sed orbitis oculorum externis et punctis duobus ante scutellum albis deficientibus. *Alae* fumatohyalinae, stigmate sordide-stramineo, radio radice et squamula fuscis; areola triangulari (in specie genuina quinqueangulari). *Pedes* femoribus anticis subtus flavostramineis, mediis subtus rufis, posticis basi rufis; tibiis anterioribus flavis, externe fuscis, posticis obscuro-rufis externe et apice toto nigris; tarsis fuscis. *Abdomen* rubricosum; segmento 1 toto, 4—6 dorso, nigris.

Unicum individuum *pedemontanum Bonelli* mihi transmisit.

Synonyma:

Ichn. serenus Gravenh. Pedem. n. 79.

Ichn. restaurator Fabr. Ent. II. p. 165, n. 133. — Piez. p. 67, n. 74; habitat *Kiliae* (conf. notam ad *restauratorem*).

„ Trentep. in Iside 1826 p. 237, n. 57 (exclusa varietate *d*, quam ad nostrum melanocastanum adhibui).

200. I. FUSCOCASTANEUS. n.

Segmentis 2—7 fuscocastaneis; femoribus tibiisque anterioribus subtus rufis; annulo antennarum albo. m.

Statura et proportio partium speciei sequentis; pedibus attamen paulo gracilioribus.

Longitudo 5½ linearum. *Antennae* supra nigrae, articulis 16—20 albis, infra articulis 1 et 2 nigris, sequentibus ferrugineis; 16—20 dilutioribus. *Scutellum* album. *Alae* fumatohyalinae, stigmate radio et squamula fuscis; radice ferruginea, areola triangulari subirregulari. *Pedes* anteriores femoribus infra rufis; tibiis rufis; mediis externe fuscis, tarsis fuscescentibus. *Abdomen* segmentis 2—7 badiis; margine summo dilutiore.

Marem unicum, prope *Friburgum* in *Brisgovia* captum, *Menzinger* transmisit.

201. I. SEXLINEATUS, n.

Abdominis medio castaneo; orbitis oculorum, linea ante alas, lineola infra alas, tibiisque anticis subtus, albis. ♂.

Statura et proportio partium Ichn. repentini; abdomine paulo angustiore.

Longitudo 5 linearum vel paulo minor. *Caput* palpis piceis; puncto laterali clypei, orbitisque oculorum internis et genalibus, albis. *Thorax* linea ante alas, lineolaque infra alas, albis. *Scutellum* apice albo. *Alae* apice fumatohyalino; stigmate radio et squamula nigris, hac interdum puncto albo, radice fusca puncto albo; areola subquinqueangulari aut subtriangulari. *Pedes* antici subtus femoribus fulvis apice flavo, tibiis tarsisque albidis; medii subtus femorum apice sordide stramineo, tibiis albidis. *Abdomen* elongatum, capite thoraceque longius et angustius; segmentis 2 et 3 castaneorubricosis, interdum nube dorsali obscuriore, 4 castaneorubro disco nigricante, 5 lateribus rubrocastaneis.

Marem unum, *austriacum*, *Dahl* mecum communicavit; alterum, *sareptanum*, *de Block*, eumque squamula alarum puncto albo, segmentis 2 et 3 haud nubeculosis.

202. I. SEMIRUFUS.

Segmentis 1—4 tibiisque anticis rufis. m. f. (*mas* orbitis oculorum internis albis; *femina* antennarum annulo albo).

Longitudo 3—4 linearum. *Caput* maris orbitis oculorum internis, interdum quoque puncto laterali clypei, albis aut alboflavis. *Antennae maris* porrectae, dimidio corpore paulo longiores, vel totae fuscae, vel subtus ferrugineae basin versus fuscae; *feminae* corpore dimidio vix paulo longiores, apice involutae, articulis 10—16 supra albis. *Thorax* gibbus, mari puncto seu punctulo infra alas, interdum altero ante alas, albidis. *Scutellum* album; mari interdum solo apice, seu punctulis duobus apicalibus subobsoletis, albidis. *Alae* fumatohyalinae, maris interdum subhyalinae, stigmate fusco aut piceostramineo, radio et squamula fuscis aut nigris, radice picea; areola subtriangulari. *Pedes* mediocres, feminae crassiores quam mari; femoribus anticis subtus vel totis vel tantum apicem versus rufis aut sordideflavis, mediis subtus apicem versus rufis aut sordidestramineis; tibiis *feminae* rufis, posticis apice nigro, *maris* anterioribus rufis aut fulvis, externe interdum fuscis, anticis interne pallide flavis, mediis rarissime totis nigris, posticis nigris, plerumque basi vel obscuroferruginea vel rufa aut fulva; tarsis anterioribus rufis, interdum supra fuscis. *Abdomen maris* capite thoraceque paulo longius et paulo an-

gustius, elongatoovatum, interdum gracilius segmentis 2—5 aequilatis; segmento 1 nigro, apice plerumque rufo; 2—4 rufis, 4 interdum disco aut margine nigricante; 5 nigro, plerumque lateribus rufis aut subrufescentibus; sequentibus nigris; *feminae* oblongoovatum, capitis thoracisque longitudine et latitudine, apice acuto; segmento 1 rufo, petiolo nigro; 2—4 rufis, 4 lateribus fuscis; 5—7 nigris. *Aculeus* exsertus brevissimus.

Marem cepi mense Julio in gramine prope *Scheidnich;* nonnullos alios e *Silesia Bavaria* et *Genua* accepi; feminam unicam *pedemontanam Bonelli* mecum communicavit. — Mas genuensis differt a maribus germanicis, tibiis posterioribus segmentisque 1 et 5 totis nigris, segmenti quarti disco nigro.

Varietas:

? 1. Femina. *Antennis tricoloribus, segmento quarto fere toto nigro.* — *Longitudo* 3½ linearum. *Caput* orbitis oculorum frontalibus rufis. *Antennae* articulis 3—9 rufis, 10—13 albis subtus rufis. *Alae* fumatohyalinae, stigmate fulvo, radio fusco, radice et squamula rufis, areola quinqueangulari. *Pedes* femoribus anterioribus apice rufo, tibiis tarsisque rufis, tibiis posticis apice nigro. *Abdomen* segmento 1 rufo, petiolo nigro; 2 et 3 rufis; 4 nigro, basi et summo margine badiis; 5—7 nigris.

Feminam unicam *Richter* in *Silesiae Sudetis* cepit.

Synonyma.

Ichn. semirufus Gravenh. Pedem. n. 80.

Nota.

Mares descripti prope accedunt ad varietates quasdam *Ichn. seduli* et *culpatorii*.

Feminae varietas descripta multis notis a femina genuina differt; forsan ad speciem peculiarem redigenda.

203. I. ORBITALIS. n.

Abdomine rufo, apice nigro; tibiis rufis, posticis apice nigro; annulo antennarum et orbitis oculorum internis albis. m.

Longitudo 3 — 4 linearum. *Caput* macula mandibularum, orbitis oculorum internis, plerumque etiam vestigio orbitarum externarum, flavo-albidis. *Antennae* setaceae, porrectae, corporis longitudine vel paululum breviores; articulis 13 — 16 aut 12 — 17 supra et lateribus albidis. *Thorax* gibbus, punctulo albido sub alis. *Scutellum* albidum. *Alae* mediocres, hyalinae; stigmate radio radice et squamula fuscis; areola subtriangulari. *Pedes* mediocres; anteriores femoribus infra ferrugineis, tibiis vel totis rufis vel ochraceis extus fuscis, tarsis rufescentibus aut fuscescentibus; postici femoribus plerumque nigris basi rufa, rarius rufis apice nigro, tibiis rufis apice nigro. *Abdomen* capite thoraceque paulo longius et angustius; segmento 1 castaneorufo, petiolo ni-

gro; 2—4 castaneorufis, 4 plerumque margine nigro; sequentibus nigris, margine summo tenuissimo pallescente.

Quaedam individua, prope *Warmbrunn* capta, *Menger* mecum communicavit; unum, *gottingense*, *Spangenberg*, idque magnitudine insigniore, tibiis anterioribus externe fuscis; femoribus posticis rufis apice nigro.

203ᵇ. I. PERSECUTOR. n.

Annulo antennarum orbitisque oculorum internis albis, segmentis 2—4 rufis. m.

Hic mas ab individuis minoribus gracilioribus *Ichn. orbitalis* antecedentis differt antennis pedibusque paulo brevioribus.

Longitudo 6 linearum. *Caput* orbitis oculorum facialibus albis tenuibus. *Antennae* corpore paululum breviores, porrectae, articulis 13—16 supra albis. *Thorax* totus niger. *Scutellum* album. *Alae* fumato-hyalinae, tenuissime punctatae (punctis solo oculo bene armato conspicuis), stigmate radio et squamula nigris, radice piceo-ferruginea; areola quinqueangulari. *Pedes* mediocres; antici latere infero tibiarum et apicis femorum albido-fulvo; medii latere infero tibiarum versus basin geniculisque femorum dilute-fulvo. *Abdomen* segmentis 2—4 rufis, 7 margine tenui albo.

Marem unicum, circa *Netley* captum, *Hope* ad me misit.

204. I. SEDULUS.

Abdomine rufo, apice nigro; femoribus rufis, nigromaculatis; tibiis rufis, posticis apice nigro; orbitis oculorum lineaque ante alas albis (*mas* antennis subtus rufis; *femina* antennarum annulo albo).

Mas:

Longitudo 3—4½ linearum. *Caput* palpis albidis aut piceis aut dilute ochraceis; clypei puncto laterali, orbitisque oculorum, in occipite interruptis, albis. *Antennae* porrectae, setaceae, corpore dimidio longiores; articulis 1—3, rarius solo primo, totis nigris, sequentibus subtus fulvis aut rufis aut ferrugineis. *Thorax* cylindricogibbulus, margine superiore colli, linea ante alas, longiore aut breviore, lineolaque infra alas, albis. *Scutellum* album, plerumque basi nigra, rarius nigrum apice albo. *Alae* subfumatohyalinae, stigmate piceo aut ferrugineo aut fusco, radio et squamula nigris, radice exalbida aut picea aut fuscescente, areola subtriangulari. *Pedes* mediocres; femoribus vel omnibus subtus rufis, vel anticis subtus fere totis rufo-stramineis, mediis subtus apicem versus sordidestramineis, posticis vel summa basi rufa vel rufis apice nigro vel interne castaneis; tibiis vel rufis, posticis apice nigro, vel anterioribus piceo- aut albido-stramineis supra fuscescentibus, posticis interdum medio ferrugineis rarissime totis nigris; tarsis anticis ferrugineis infra

pallidioribus, mediis ferrugineis aut fuscis, posticis fuscis aut nigris. *Abdomen* capite thoraceque paulo longius et angustius, interdum thoracis latitudine, segmentis 2—5 plerumque aequilatis; segmento 1 angustiore quam in plurimis hujus sectionis speciebus, vel rufo petiolo nigro, vel nigro apice rufo; 2—4 rufis, 4 interdum puncto discoidali nigro; 5 rarissime toto nigro aut toto rufo, plerumque nigro summa basi summoque margine rufis; 6 interdum rufomarginato, rarissime toto rufo; 7 nigro.

Quosdam mares cepi, mensibus Junio—Septembri, in fruticetis et in gramine prope *Scheidnich* et *Trajectum ad Viadrum;* nonnullos, prope *Warmbrunn* captos, *Manger* mecum communicavit.

Femina:

Longitudo 3½—4½ linearum. *Caput* palpis mandibulisque ferrugineis, orbitis oculorum internis sordidealbidis. *Antennae* filiformes, apice subsetaceae incurvae, corpore dimidio paulo longiores, rarius paulo breviores; articulis 8—14, vel eorum plurimis, flavoalbis, subtus plerumque obscurioribus. *Thorax* cylindricogibbulus; colli margine supero, linea suturali longa ante alas, lineola infra alas, alteraque infra scutellum, flavoalbidis. *Scutellum* flavescens, basi rufa. *Alae* hyalinae, interdum subfumatae; stigmate fusco aut ferrugineo aut stramineo; radio fusco; radice et squamula piceo-stramineis aut stramineis; areola

subtriangulari. *Pedes* mediocres, coxis nigris, anterioribus interdum badiis macula nigra; trochanteribus nigris, anterioribus interdum subtus rufis; femoribus anterioribus rufis aut rufescentibus, interdum supra fuscescentibus, posticis vel totis rufis vel nigris basi rufa aut obscuroferruginea; tibiis et tarsis rufescentibus, posticis interdum fuscescentibus. *Abdomen* capite thoraceque vix paulo longius et angustius, rufum aut rubricosum; segmentis 6 et 7 nigris, 5 interdum margine nigro, 3 interdum dorso nigro. *Aculeus* brevis, longius attamen exsertus quam in reliquis cospeciebus.

Unum individuum cepi prope *Oedelem* mense Julio; alterum prope *Niesky*, tertium in *Sudetis Silesiae* captum est; vidi etiam hanc feminam in museo *Comitis de Hoffmannsegg*, sub nomine *Ichn. defraudatoris* Knochii.

Varietates maris:

1. *Femoribus rufis, posterioribus subnigromaculatis.* — *Longitudo* 4 linearum, paulo minor. *Scutellum* totum album. *Alae* stigmate et radio fuscis; radice et squamula vel totis albis, vel fuscis puncto albo. *Pedes* femoribus rufis, mediis superne basin versus nigricantibus, posticis geniculo nigro; tibiis rufis, anterioribus subtus flavicantibus, posticis apice nigricante. *Abdomen* segmento primo vel rufo petiolo nigro, vel nigro margine rufo; 2 et 3 rufis, 4 nigro lateribus rufis, sequentibus nigris. — Caetera sicut in mare genuino.

Marem *genuensem* a *Spinola* mecum communicavit, *tauricum* a *Steven*.

2. *Pedibus posticis totis, anterioribus maximam partem, nigris.* — *Longitudo* 3—$3\frac{2}{3}$ linearum. *Thorax* interdum etiam lineola infra scutellum alba. *Scutellum* totum album. *Alae* stigmate radio et squamula fuscopiceis, radice albida interdum puncto fusco. *Pedes* femoribus anticis subtus vel totis vel apicem versus sordidestramineis, mediis vel totis nigris vel subtus sordidestramineis; tibiis anterioribus subtus sordidestramineis; tarsis anterioribus sordidestramineis, mediis supra fuscis. *Abdomen* segmento 1 vel nigro margine rufescente, vel rufo petiolo nigro; 2—4 rufis; 5 vel toto rufo vel nigro basi rufa; 6 vel toto nigro vel rufo disco nigro; 7 nigro. — Caetera sicut in mare genuino.

Individuum prope *Trajectum ad Moenum* captum *de Heyden* transmisit, alterum *pedemontanum* *Bonelli*.

3. *Antennis subtus fuscis.* — *Longitudo* $3\frac{1}{2}$ — paulo ultra 4 lineas. *Caput* orbitis oculorum interdum externis nullis internis obsoletis. *Antennae* vel totae nigrae vel subtus fuscae basin versus nigrae. *Thorax* sicut in mare genuino, lineola ante alas interdum omnino obsoleta. *Scutellum* vel totum vel solo apice album, rarius tantum punctis duobus albis apicalibus confluentibus. *Alae* fumatohyalinae aut subfumatohyalinae, stigmate radio et squamula nigris, radice rarius tota

nigra, plerumque puncto aut margine albido. *Pedes* femoribus anterioribus subtus vel totis vel tantum apicem versus rufis aut rufostramineis, posticis rarius totis nigris, plerumque rufis, geniculo, vel etiam basi, nigris; tibiis anterioribus rarius totis rufis, plerumque extra fuscis, interdum infra substramineis, posticis rarius totis nigris, plerumque basin versus ferrugineis aut rufis; tarsis fuscescentibus, anterioribus subtus rufis aut sordidestramineis. *Abdomen* segmento 1 nigro; 2 et 3 rufis aut castaneis; 4 et 5 vel rufis aut castaneis, vel nigris, vel nigris lateribus rufis; 6 et 7 nigris.

Individua accepi prope *Gottingam*, *Norimbergam*, *Vindobonam*, *Niesky*, *Warmbrunn* et *Genuam* capta.

4. *Abdomine nigro, segmentis 2 et 3 rufis.* — *Caput* palpis, mandibularum medio, orbitisque oculorum, albis. *Alae* stigmate, radio, radice et squamula fuscis. *Pedes* coxis anterioribus interdum puncto albo; femoribus anterioribus subtus rufis, mediis interdum nigris geniculo piceostramineo; tibiis anterioribus rufis, mediis interdum externe fuscescentibus, posticis nigris, ante basin badiis. *Abdomen* segmentis 2 et 3, et apice primi, interdum etiam quarti basi, rufis. — Caetera sicut in maribus genuinis.

Individua duo, alterum *pedemontanum*, alterum *genuense*, *Bonelli* et *a Spinola* transmiserunt.

5. *Coxis anticis albis.* — *Longitudo* 3— fere 4 linearum. *Caput* mandibularum medio albo aut

rufo; palpis, orbitisque oculorum, interdum etiam labro, albis. *Antennae* subtus articulis 1—3 vel nigris, vel 1 albido, 2 et 3 subtus rufis aut ferrugineofuscis, sequentibus vel rufis vel ferrugineofuscis. *Thorax* colli margine supero, linea ante alas, lineolaque infra alas, plerumque lineola infra scutellum, rarissime autem punctis duobus dorsi declivi metathoracis, albis. *Scutellum* album, plerumque basi nigra. *Alae* stigmate et radio piceis aut nigris, radice et squamula vel albidis vel fuscis puncto albo. *Pedes* coxis anticis, plerumque etiam mediis, subtus albis; femoribus anterioribus nigris subtus rufis aut piceostramineis, posticis vel rufis supra aut geniculo nigris, vel nigris basi ferruginea; tibiis anterioribus sordideflavis, externe plerumque fuscescentibus, posticis rufis aut ferrugineis apice nigro; tarsis fuscis, anterioribus subtus substramineis. *Abdomen* segmento primo nigro, margine rufo aut stramineo; 2 et 3 rufis, 4 rufo, interdum disco nigro; 5 vel toto rufo, vel nigro margine aut lateribus rufis; 6 rufo, interdum dorso nigro, interdum toto nigro; 7 nigro.

Unum marem ipse cepi prope *Pepelwitz*, mense Junio, in frutetis, eumque majorem, segmentis 2—6 totis rufis, antennis subtus rufis articulo 1 albo, distinctum; tres alii, nempe *austriacus*, *genuensis* et *pedemontanus*, mihi transmissi sunt.

Varietates feminae:

1. *Coxis anterioribus albis macula fusca.*

2. *Orbitis oculorum internis, lineisque thoracis* (in femina genuina albis) *ferrugineis; scutello rufo.*

Ambae varietates, caeteris cum femina genuina congruentes, prope *Niesky* captae sunt.

Synonyma:

Ichn. sedulus Gravenh. Pedem., n. 81.
Ichn. similatorius Trentep. in Iside 1826 p. 336, n. 56. (Secundum auctorem descriptio hujus speciei in Fabr. Ent. Syst. suppl. laevis et manca est).

Nota:

Statura et proportione partium varietates plurimae cum specie genuina quidem congruunt; sunt vero etiam singula individua, antennis pedibus abdomineve subgracilioribus aut subcrassioribus, a genuinis diversa. Sed hae differentiae nimis sunt laeves sensimque in proportiones genuinas transeunt, nec sufficiunt, ad hanc speciem in plures species dissolvendam. Idem etiam de mutabilitate colorum et picturarum valet, quod e collatione varietatum descriptarum patebit. Immo, ad *Ichn. semirufum* et *culpatorium* mares *Ichn. seduli* transire videntur, forsanque mares harum trium specierum in unam speciem conjungi possent.

Feminae Ichn. seduli, secundum habitum totum, staturam et proportionem partium, imprimis autem propter aculeum longius exsertum, ad *Cryptos familiae primae* referri possent, non nisi pedibus paulo crassioribus ab eis discedentes.

204b. I. LANIUS. n.

Abdomine rufo basi nigra; facie et linea ante alas albis; pedibus anterioribus fulvis, coxis albis. m.

Statura et proportio partium *Ichn. seduli* antecedentis, pro cujus varietate hunc antea habueram.

Longitudo 3—4 $\frac{1}{3}$ linearum. *Caput* facie ore genis, plerumque orbitis oculorum frontalibus tenuibus, eborinis. *Antennae* porrectae; subtus fulvae, articulo 1 albo. *Thorax* linea ante alas, lineola infra alas, plerumque margine laterali colli et maculis duabus magnis pectoralibus albis. *Scutellum* apice, rarius solo margine apicali, albo. *Alae* subhyalinae irideae, stigmate et radio nigrofuscis, squamula et radice albis. *Pedes* anteriores fulvi aut diluterufi, coxis et trochanteribus albidis; postici nigri, tibiis basin versus plus minus rufis aut ferrugineis. *Abdomen* segmentis 1 et 2 nigris, 2 tamen apice nigro; reliquis rufis, 3 interdum basi nigra.

Mares quatuor accepi, circa *Trajectum ad Moenum Aboam* et *Netley* captos.

205. I. VACILLATORIUS. n.

Abdominis medio rufo; femoribus rufis, macula nigra; tibiis rufis, posticis apice nigro; puncto albo infra alas. m. f. (*mas* macula faciali flava, lineaque alba ante alas; *femina* antennatum annulo albo).

Statura et proportio partium maris sicut in mare *Ichn. seduli* et *albicincti.* Femina mare crassior est.

Longitudo 2½—3 linearum. *Caput maris* ore, orbitis oculorum facialibus, maculaque magna faciei, flavis; *feminae* interdum orbitis internis oculorum albicantibus, tenuissimis. *Antennae maris* subtus fulvae, articulo 1 albo, *feminae* moniliformes, dimidio corpore breviores, apice involutae; articulis 10—13, vel eorum plurimis, supra et lateribus albis. *Thorax* lineola seu puncto infra alas, mari praeterea linea ante alas, albis; metathorace maris interdum punctis duobus magnis flavis. *Scutellum* apice album. *Alae* subfumato-hyalinae; stigmate radio et squamula fuscis aut nigris, hac mari interdum puncto albo; radice albida aut straminea; areola subquinqueangulari. *Pedes* feminae breviusculi validiusculi; coxis nigris, anticis mari interdum macula flava; trochanteribus nigris, mari anticis, plerumque etiam mediis, subtus flavis; femoribus rufis aut ferrugineis, vel omnibus vel anterioribus superne totis aut basin versus nigris, anterioribus maris subtus flavi-

cantibus; tibiis rufis aut ferrugineis, posticis, feminae interdum etiam mediis, apice nigro, anterioribus maris subtus flavis; tarsis rufis, posticis fuscis aut nigris. *Abdomen* feminae oblongum aut oblongoovatum, capitis thoracisque longitudine et latitudine, vel paulo angustius; segmento 1 nigro, interdum margine rufo; 2—4 rufis; 5 rufo, plerumque margine aut lateribus nigris, rarius toto nigro; 6 rarius toto nigro vel rufo, plerumque nigro margine rufo; 7 nigro, rarius margine summo subpallescente.

Mares tres, prope *Warmbrunn* captos, *Manger* mecum communicavit. Feminae maribus frequentiores sunt; earumque plures, circa *Warmbrunn, Hirschberg, Vratislaviam, Sickershausen, Oedelem, Gottingam, Trajectum ad Moenum, Vindobonam* et *Parisios* captas, accepi.

Varietas:

1. *Femina; femoribus rufis, posticis apice nigro.* — Caetera sicut in plurimis feminis genuinis.

Capta prope *Warmbrunn.*

206. I. ARRIDENS. n.

Abdomine rufo, basi nigra; pedibus rufis, coxis anterioribus flavis posticis supra nigris; facie lineaque ante alas flavis. m.

Statura et proportio partium maris *Ichn. seduli;* sed thorace cylindrico, abdomineque breviore.

Longitudo 2 linearum. *Caput* facie oreque pallide flavis. *Antennae* subtus articulo 1 flavo, 2—18 dilute ferrugineis (sequentibus deficientibus). *Thorax* cylindricus; linea ante alas punctoque infra alas flavis; metathorace scabro. *Scutellum* flavum. *Alae* subfumatohyalinae, stigmate piceo, radio fusco, radice et squamula stramineis, areola subquinqueangulari. *Pedes* dilute rufi; anteriores coxis et trochanteribus pallide flavis; postici coxis supra nigris, tarsis fuscescentibus. *Abdomen* capitis thoracisque longitudine, thorace paulo angustius; segmento 1 nigro; 2 nigro, margine rufo; 3 rufo, macula dorsali nigricante; sequentibus rufis, ultimo attamen nigricante.

Marem unicum *genuensem* transmisit *a Spinola.*

207. I. XANTHOPS. n.

Segmentis 1—4 castaneomarginatis; pedibus rufis; coxis anterioribus albidis, posticis supra nigris; facie, linea ante alas, apiceque scutelli, albis. m.

Statura et proportio partium maris *Ichneum. vacillatorii*, n. 205; sed antennis brevioribus, areola quinqueangulari.

Longitudo 2½ linearum. *Caput* ore facieque flavis. *Antennae* vix corpore dimidio paulo longiores, subtus fulvae articulo 1 albido. *Thorax* linea ante alas lineolaque infra alas albis. *Scutellum* punctis duobus apicalibus confluentibus al-

bis. *Alae* hyalinae, irideae, radio et stigmate fuscopiceis, radice et squamula flavoalbis, areola quinqueangulari. *Pedes* rufi; anteriores coxis et trochanteribus pallideflavis; postici coxis supra nigris, tarsis fuscis. *Abdomen* segmento primo castaneo, petiolo nigro; 2 et 3 castaneis, macula dorsali nigra, sequentibus nigris, 4 margine castaneo.

Unicum individuum *Manger* prope *Warmbrunn* cepit.

208. I. DECIMATOR. n.

Abdomine rufo, segmentorum basi nigra; pedibus anterioribus stramineis, posticis stramineo-rufo-nigroque maculatis; facie scutelloque rufomaculatis, antennis alboannulatis. f.

Longitudo 2⅔ linearum. *Caput* ore et macula faciali diluterufis. *Antennae* vix corporis dimidii longitudine, apice incurvae; articulo 1 subtus diluterufo, 3—7 subtus fuscoferrugineis, 8—13 albis subtus puncto fusco. *Thorax* gibbulocylindricus. *Scutellum* apice diluterufo. *Alae* subhyalinae, stigmate et radice stramineis, radio fuscescente, squamula diluterufa, areola quinqueangulari. *Pedes* crassiusculi; anteriores straminei femoribus fulvis; postici coxis nigris apice sordidestramineo, trochanteribus flavostramineis, femoribus rufis apicem versus nigris, tibiis stramineoflavis, basi et apicem versus rufescentibus, apice

ipso nigro, tarsis rufostramineis. *Abdomen* thorace paulo longius et angustius, nitidissimum laevissimum; segmento 1 nigro, latitudine longitudinis, duplo latiore quam petiolus, hujusque dimidii longitudine; 2 subquadrato, nigro, summa basi summoque margine rufis; 3 et 4 transversalibus, latitudine secundi, nigris, apicem versus rufis; sequentibus gradatim angustioribus et brevioribus, rufis, 5 basi nigra, 6 margine, 7 dorso toto, sordidestramineis. *Aculeus* subexsertus, niger.

Feminam unicam *Besser* e *Volhynia* misit.

209. I. MESOSTICTUS. n.

Segmentis 2 et 3 rufis, fascia nigra; femoribus rufis nigromaculatis, tibiis rufis, posticis apice nigro; puncto faciei et orbitis oculorum internis albis. m.

Longitudo 3 linearum. *Caput* orbitis oculorum internis tenuibus punctuloque faciali albidis. *Antennae* graciles, porrectae, subsetaceae, fere corporis longitudine, fuscae, subtus rufae, articulo primo toto nigro. *Thorax* gibbulus, metathorace subbispino. *Scutellum* album. *Alae* mediocres, subhyalinae, stigmate et radio fuscis, radice flava, squamula nigra, areola quinqueangulari. *Pedes* subgraciles, anteriores rufi, coxis et trochanteribus nigris, femoribus superne fuscescentibus; postici nigri, femorum tibiarumque basi rufa. *Abdomen* capite thoraceque paulo longius et an-

gustius, oblongum, depressiusculum, subtiliter punctum; segmento 1 nigro, apice rufo, subquadrato, subtransversali, breviore at duplo latiore quam petiolus; 2 et 3 rufis, fascia nigricante ante marginem; 4 nigro, summa basi rufa; sequentibus nigris.

Marem unicum *austriacum Dahl* mihi transmisit.

Varietas:

1. *Femoribus nigris, tibiis mediis externe fuscis.* m. — *Longitudo* $2\frac{3}{4}$ linearum. *Pedes* nigri; femoribus anterioribus geniculo sordidestramineo; tibiis anterioribus sordidestramineis, mediis externe fuscis, posticis nigris basi ferruginea; tarsis anterioribus piceostramineis, mediis supra fuscis. *Abdomen* segmento 1 toto nigro; 2 et 3 nigris, basi et summo margine castaneis; sequentibus nigris totis. — Caetera sicut in mare genuino.

Unicum individuum *genuense a Spinola* transmisit.

210. I. TRICINGULATUS.

Segmentis 1—3 castaneomarginatis; femoribus tibiisque rufis, posticis apice nigris; lineola infra alas facieque albis, hac puncto centrali nigro. m.

Longitudo $2\frac{2}{3}$ linearum. *Caput* ore facie et orbitarum oculorum externarum parte pallideflavis,

puncto faciali nigro. *Antennae* porrectae, filiformes, corpore paulo breviores, articulo 1 subtus pallide flavo *Thorax* gibbulus, lineola alba infra alas. *Scutellum* album. *Alae* subhyalinae, irideae, radio et stigmate fuscopiceis, radice et squamula exalbidis puncto nigro, areola subtriangulari. *Pedes* mediocres, rufi; coxis et trochanteribus nigris, anterioribus subtus puncto albo; postici tarsis nec non femorum tibiarumque apice nigris. *Abdomen* lanceolatum, capitis thoracisque longitudine et latitudine; vel [1]) nigrum, segmento 1 margine castaneo, 2 basi lateribus et summo margine castaneis, 3 summo margine castaneo; vel [2]) segmento 1 margine rufescente, 2 rufocastaneo macula dorsali subnigricante, 3 basi et summo margine rufocastaneis.

Individuum *pedemontanum*, segmentorum marginibus castaneis, *Bonelli* mecum communicavit; alterum *tauricum*, segmentorum marginibus rufescentibus, *a Steven.*

Synonyma:

Ichn. tricingulatus Gravenh. Pedemont., n. 82.

211. I. ALBINOTATUS. n.

Segmentis 2—5 rufis, 2 et 5 macula dorsali nigra, femoribus tibiisque anterioribus piceo-stramineis, coxis anterioribus albis; facie albo-maculata; linea alba ante alas. m.

Statura et proportio partium fere sicut in *Ichn. xanthope*, n. 207; sed antennis abdomineque longioribus, cellula cubitali intermedia triangulari.

Longitudo 2½ linearum. *Caput* ore flavoalbido, mandibulis apice fuscis; facie subprotuberante, alba, fascia fusca supra clypeum. *Antennae* porrectae, subsetaceae, corpore breviores, subtus sordidestramineae, articulo 1 albo. *Thorax* cylindricogibbulus, linea ante alas, lineolaque infra alas, albis. *Scutellum* album. *Alae* hyalinae, irideae, stigmate et radio nigrofuscis, radice et squamula albidis. *Pedes* anteriores coxis et trochanteribus albis, femoribus sordidestramineis subfusconebulosis, tibiis tarsisque stramineis; postici nigri, spinis apicalibus tibiarum albis. *Abdomen* segmentis 2—5 aequilatis, rufocastaneis, 2 et 5 macula nigra dorsali.

Unicum marem cepi mense Julio prope *Scheidnich* in frutetis.

Varietas: ?

1. *Coxis anterioribus nigris.* m. — Differt a mare genuino etiam antennis brevioribus, areola

quinqueangulari etc.—*Longitudo* fere 3 linearum. *Caput* orbitis oculorum internis, macula faciali, clypeo oreque, flavis, apice mandibularum ferrugineo. *Antennae* corpore dimidio paulo longiores, subtus fulvae articulo 1 albo. *Thorax scutellum* et *alae* sicut in mare genuino, sed squamula alarum nigra, areola quinqueangulari. *Pedes* anteriores straminei, coxis nec non femorum et trochanterum latere superiore nigris, tibiis mediis externe subfuscescentibus. *Abdomen* segmentis 2—4 rufis, 5 et 6 margine et lateribus rufis.

Hoc individuum, prope *Sickershausen* captum, *Nees ab Esenbeck* mecum communicavit.

212. I. INIMICUS.

Segmentis 2—5 femoribus tibiisque rufis, tibiis posticis apice nigro. Facie flavomaculata, lineola alba infra alas. m.

Longitudo 2—2½ linearum. *Caput* orbitis internis oculorum, macula faciali, plerumque etiam clypeo, flavis. *Antennae* porrectae, subsetaceae, corporis longitudine vel paulo breviores, subtus fulvae aut sordidestramineae, articulo primo flavo. *Thorax* gibbulus, lineola aut puncto albo infra alas; metathorace scabro, subbispino. *Scutellum* album. *Alae* subamplae, hyalinae aut subhyalinae, irideae, stigmate et radio piceis, radice flava, squamula vel tota nigra, vel puncto flavo, vel tota flava; areola quinqueangulari, nervo exteriore

interdum tenui. *Pedes* mediocres, rufi aut rufofulvi; coxis et trochanteribus nigris, anticis subtus interdum rufescentibus; postici tarsis et tibiarum apice nigris aut fuscis. *Abdomen* capitis thoracisque longitudine, thorace paulo angustius, oblongoovatum aut segmentis 2—5 aequilatis; segmento 1 transversali, multo breviore et duplo latiore quam petiolus, nigro, margine rufo; 2—4 rufis aut rufofulvis; 5 vel toto rufo, vel fascia aut disco nigricante; 6 et 7 nigris, plerumque margine obsolete pallescente. (Individuo, segmento 5 toto rufo, segmenta 6 et 7 desunt).

Individua quaedam *etrusca genuensia* et *pedemontana* mihi transmissa sunt.

Synonyma:

Ichn. inimicus Gravenh. Pedem., n. 83.

213. I. ALBICINCTUS. n.

Abdomine rufo, segmento 1 nigro; femoribus rufis, posticis geniculo nigro; tibiis anterioribus rufis, posticis nigris annulo albo. m. f. (*mas* facie lineaque ante alas albis; *femina* annulo antennarum albo).

Longitudo maris $2\frac{1}{3}$—$3\frac{1}{2}$, feminae $2\frac{1}{4}$—3 linearum. *Caput maris* facie subprotuberante, ore, genis, orbitisque oculorum internis et supernis, flavoalbis; *feminae* ore rufo aut fusco; orbitis oculorum internis aut frontalibus albis, in-

terdum tenuissimis. *Antennae maris* porrectae, corpore aliquanto breviores; subtus substramineae aut ferrugineae, articulo 1 albicante; *feminae* corporis dimidii longitudine, involutae, moniliformes; articulo 1 interdum subtus rufo, 9—13 albis, subtus interdum ferrugineis. *Thorax maris* gibbus; linea suturali ante alas, margine colli, lineola transversali infra scutellum, plerumque puncto infra alas et punctis geminis, interdum minutis, metathoracis, albidis; *feminae* cylindricus aut cylindricogibbulus, totus niger. *Scutellum* maris totum album, feminae solo apice albo. *Alae* mediocres, subhyalinae aut fumatohyalinae; stigmate nigro, rarius piceo; radio fusco; radice et squamula maris albidis, feminae stramineis, squamula interdum picea, areola subtriangulari. *Pedes* mediocres; anteriores rufi, coxis et trochanteribus maris flavicantibus feminae nigris, femoribus maris interdum superne macula fusca, tibiis mediis interdum basi flavicante aut albida; postici nigri, femoribus vel rufis apice nigro vel, in nonnullis feminis, nigris basi rufa, tibiis basi alba. *Abdomen maris* capitis thoracisque longitudine, thorace paulo angustius; *feminae* ovatum, thorace paulo longius, ejus autem latitudine; rufum, segmento 1 nigro, plerumque margine rufo aut pallidiore. Segmentum 7, interdum etiam 6, rarissime quoque 5, mari colore fusco imbuta sunt. *Aculeus* exsertus.

Par hujus speciei mense Julii cepi in umbellatis prope *Barterodam*; quosdam mares, mensi-

bus Maji Julii et Septembris in frutetis prope *Trajectum ad Viadrum* et *Scheidnich*. Feminae nonnullae, prope *Vindobonam*, *Hannoveram* et, cum maribus, prope *Warmbrunn* captae, mecum communicatae sunt.

Nota:

Femina, aculeo longius exserto, propius accedit ad *Cryptorum* familiam tertiam.

214. I. ANTENNATORIUS.

Abdomine rufo, segmentis intermediis basi nigris; femoribus tibiisque rufis; antennis tricoloribus. f.

Longitudo $4\frac{1}{2}$—6 linearum. *Caput* orbitis oculorum palpis et mandibulis plerumque castaneis. *Antennae* corporis dimidii longitudine, apice setaceae involutae; articulis 1—7—9 rufis aut ferrugineis, 1 et 2 interdum nigris; 8—15, vel eorum plurimis, flavis aut albidis, subtus ferrugineis. *Thorax* gibbocylindricus. *Scutellum* pallideflavum. *Alae* mediocres, fumatohyalinae; stigmate fulvo aut rufo, rarius fuscescente; radio fusco, radice rufa, squamula fusca aut ferruginea; areola quinqueangulari. *Pedes* crassiusculi, rufi; coxis et trochanteribus, interdum etiam tibiarum posticarum apice, nigris. *Abdomen* capitis thoracisque longitudine et latitudine, oblongoovatum, apice obtuso; segmentis 1 et 2 rufis, petiolo ob-

scuriore; 3 et 4 vel rufis basi nigra, vel nigris margine summo rufescente; sequentibus vel totis rufis, vel sicut 3 et 4 coloratis, ultimo attamen plerumque toto rufo.

Individua nonnulla accepi, circa *Hirschberg*, *Warmbrunn*, *Niesky*, *Sickershausen*, *Vindobonam*, *Genuam* et *Barmam*, capta. Ipse legi quasdam feminas sub cortice Pini sylvestris demortui, medio Octobris, prope *Grunwitz*. *Dahl* nonnullas cepit in monte alto in Pino abiete.

Varietates:

1. *Antennis bicoloribus*, nigris, articulis 7—15, vel eorum plurimis, albis, subtus ferrugineis. Caetera sicut in feminis genuinis.

Haec individua occurrunt cum genuinis, in Germania et Italia.

2. *Abdomine nigro, medio rufo.* — *Magnitudo* media. *Abdomen* segmento 1 nigro, puncto rufo marginali; 2 rufo, interdum punctis duobus nigris; 3 vel toto rufo, vel nigro, margine et puncto ante marginem rufis; 4 nigro, interdum margine rufo; sequentibus nigris. Caetera cum feminis genuinis congruunt.

Nonnulla individua a *Steven* ex *Iberia* transmisit.

3. *Antennis bicoloribus; abdomine nigro, segmentorum marginibus subrufescentibus.* — *Longitudo* 5 ½ linearum. *Caput* mandibulis ferrugineis.

Antennae articulis 10—14 albis, subtus fuscis. *Abdomen* segmento 1 nigro, puncto apicali rufo; 2 rufo; 3 nigro, lateribus et macula transversali apicali rufis; sequentibus nigris, summis marginibus obsoletissime badiis; 4 margine laterali rufo. Caetera sicut in feminis genuinis.

Unicum individuum, prope *Hirschberg* captum, a *Stillfried* mecum communicavit.

4. *Abdomine nigro.* — *Longitudo* 5½ linearum. *Caput* mandibulis et orbitis oculorum internis castaneis. *Antennae* articulo 1 rufo, 2 nigro, 3—15 rufis, 10—14 supra albidis. *Thorax* puncto flavoalbo infra alas. *Abdomen* nigrum, segmento 2 angulis summis apicalibus castaneis. Caetera sicut in individuis genuinis.

Unicam feminam a *Steven* ex *Iberia* mecum communicavit.

Synonyma:

Ichn. antennatorius Panzer Faun. fasc. 78, tab. 13; in sylvaticis.

215. I. CULPATORIUS.

Segmentis 2 et 3 rufis; tibiis sordideflavis aut rufescentibus, posticis apice nigro. m. f. (*mas* facie et punctis ad alarum radicem albis; *femina* antennarum annulo albo, incisura secunda abdominis fusca).

Mas statura graciliore pedibusque longioribus et tenuioribus a reliquis hujus sectionis maribus, excepto sequente, differt. Femina crassior est.

Mas.

Longitudo 4½ — 5 linearum. *Caput* facie oreque albidis. *Antennae* porrectae, setaceae, corpore dimidio longiores, fuscae, subtus fulvae, articulo 1 flavo. *Thorax* gibbocylindricus, punctis duobus flavoalbis ad radicem alarum. *Scutellum* flavoalbum. *Alae* fumatohyalinae, stigmate fulvo, radio et squamula fuscis, hac puncto substramineo, radice subflavicante, areola quinqueangulari. *Pedes* graciles, elongati; anteriores flavi aut fulvi, coxis et trochanteribus nec non femorum latere externo nigris, femoribus anticis interdum totis fulvis; postici nigri, femoribus summa basi rufa aut fulva, tarsis tibiisque fulvis flavisve, his apice nigro. *Abdomen* capite thoraceque longius et angustius, segmentis 2 — 5 latitudine aequali, 2 et 3 rufis.

Femina.

Longitudo 4½ — fere 6 linearum. *Caput* plerumque orbitis internis oculorum et partibus oris ferrugineis. *Antennae* corporis dimidii longitudine, apice convolutae; articulis 1 — 5 vel omnibus nigris, vel 4 — 6 ferrugineis, 1 subtus rufescente; 7 — 15 vel eorum plurimis flavoalbidis subtus paulo obscurioribus. *Scutellum* flavum. *Alae* silaceo-fuscescenti-hyalinae, radio, stigmate radice et squamula fulvis aut ferrugineis. *Pedes* coxis et trochanteribus nigris; femoribus posticis nigris, anterioribus vel rufis, externe macula basali nigra, vel nigris apice ferrugineo; tibiis

flavicantibus aut rufescentibus, posticis apice ferrugineo aut nigro; tarsis rufis aut flavicantibus. *Abdomen* ovato-oblongum, capitis thoracisque latitudine et longitudine vel paullo longius, segmentis 2 et 3 ferrugineis aut rufis, margine et basi tenuissime fuscescentibus aut nigris, 4 interdum angulis baseos ferrugineis, 7 dorso fusco-ferrugineo distinctiore aut obsoletiore, rarius toto nigro.

Maris individua duo, prope *Parisios* et *Genuam* capta, mecum communicata sunt. Feminas nonnullas cepi mense Julio *Vratislaviae*, in plantis herbaceis, aphidibus et syrphorum larvis occupatis; nec non mense Augusto in umbellatis prope *Cudovam*; aliae quaedam, circa *Hirschberg*, *Niesky*, *Norimbergam*, *Nuzley* et *Taunnum* captae, mihi transmissae sunt.

Varietates maris:

1. *Thorace toto nigro; femoribus anticis totis rufis.* Longitudo 3⅔ — 4 ½ linearum. *Pedes* femoribus anticis totis, mediis interne, rufis; posticis basi summa obscurorufa; tibiis rufis, posticis apice nigro, tarsis rufis, posticis supra fuscis. *Abdomen* segmentis 2 et 3 rufis, 4 angulis baseos rufescentibus. Caetera sicut in mare genuino.

Individuum majus e *Suecia* minus ex *Austria* transmissa sunt.

2. *Macula faciali nigra.* — Longitudo 4½ linearum. *Pedes* sicut in varietate prima, femoribus mediis autem fere totis rufis, externe macula

basali nigra. *Thorax* puncto albo infra alas. *Abdomen* segmentis 2 et 3 fulvis, 4 basi summa fasciaque dorsali rufis. Caetera cum mare genuino congruunt.

Individuum unicum *austriacum* Dahl transmisit.

8. *Facie nigromaculata; antennis nigris, articulo 1 subtus interdum albo.* Longitudo $3\frac{1}{3}$—$5\frac{1}{3}$ linearum. *Caput* palpis sordide stramineis aut fuscis, clypeo vel flavo vel nigro puncto laterali flavo; facie vel flava punctis duobus nigris vel nigra orbitis oculorum flavis. *Thorax* interdum puncto aut lineola alba infra alas. *Alae* subfumato-hyalinae, stigmate substramineo aut rufo aut fusco, radice et squamula fuscis, hac interdum puncto albo; radice ferruginea aut substraminea aut fusca puncto albo. *Pedes* femoribus anticis subtus fulvis aut flavicantibus, rarius fere totis fulvis, mediis subtus vel totis vel apice solo flavicantibus aut fulvis, posticis interdum basi summa rufa; tibiis anterioribus fulvis aut flavis, mediis interdum externe fuscis, posticis vel dilute fulvis aut rufis apice nigro, vel nigris basi ferruginea; tarsis anterioribus fulvis aut rufis, mediis interdum fuscis, posticis nigris. *Abdomen* segmento 1 interdum margine rufescente, 2 et 3 rufis, 4 interdum angulis baseos rufescentibus.

Unum individuum cepi mense Septembris prope *Woelfelsgrund* in Angelica sylvestri; quaedam *pedemontana*, aliaque prope *Sickershausen* Germaniam et in *Volhynia* capta, mihi transmissa sunt.

4. *Facie nigra, orbitis oculorum flavis.* — *Longitudo* 3 — fere 6 linearum. *Caput* palpis piceis, labro plerumque flavicante, interdum etiam puncto laterali clypei flavo, orbitis oculorum facialibus flavoalbis. *Antennae* subtus vel fulvae articulo 1 flavo, vel rufae aut ferrugineae articulo 1 aut 1—3 nigris. *Thorax* puncto ante alas lineolaque infra alas, uno alterave interdum deficiente, albis. *Scutellum* vel totum vel solo apice album. *Alae* subfumatohyalinae; stigmate stramineo aut rufo; radice straminea aut rufa aut fusca, radio et squamula fuscis. *Pedes* femoribus anterioribus vel fere totis rufis aut fulvis, vel externe nigris; mediis rarius nigris geniculo solo fulvo, posticis basi summa rufis; tibiis tarsisque anterioribus rufis aut substramineis, posticis nigris, tibiis posticis basin versus rufis rarius flavicantibus. *Abdomen* segmento 1 interdum apice rufo, 2 et 3 rufis interdum flavorufis; 4 plerumque angulis baseos, interdum etiam margine, rufis, rarissime basi rufa apice nigro.

Nonnulla individua cepi mense Augusto prope *Cadouam* in umbellatis et in gramine; alia quaedam, circa *Hannoveram*, *Taurinum*, *Genuam* et *Parmum* capta, mihi transmissa sunt.

5. *Thorace toto nigro, facie nigra orbitis oculorum flavis.* — *Longitudo* 4—6 linearum. *Caput* palpis piceis aut fuscis; orbitis oculorum facialibus, interdum etiam labro clypeoque vel puncto laterali clypei, rarissime quoque punctis

duobus faciei flavis. *Antennae* subtus articulo 1 plerumque flavicante, sequentibus vel nigris vel rufis aut fulvis. *Scutellum* vel totum album vel apice solo albo. *Alae* fumatohyalinae aut subhyalinae, stigmate fulvo aut piceo, radice straminea aut fusca, radio et squamula fuscis. *Pedes* femoribus posticis summa basi rufa, mediis vel nigris apice fulvo vel interne totis rufis, anticis plerumque interne rufis, rarius totis rufis; tibiis rufis aut fulvis, posticis apice nigro, tarsis rufis aut fulvis, posticis vel totis vel apice fuscis. *Abdomen* segmentis 2 et 3 rufis; 4 interdum angulis baseos, rarius etiam margine, rufis.

Quaedam individua cepi mense Septembri in Angelica sylvestri prope *Woelfelsgrund* et *Reinerz*; alia, circa *Warmbrunn*, *Sickershausen*, nec non in *Kolhynia* et in *regione pedemontana*, capta, mecum communicata sunt.

6. *Capite thoraceque totis nigris.* — *Longitudo* 5⅓ linearum. *Antennae* paulo longiores quam in reliquis varietatibus, articulis 1—3 totis nigris, sequentibus subtus ferrugineis. *Scutellum* album. *Alae* fumatohyalinae, stigmate substramineo, radio radice et squamula fuscis. *Pedes* femoribus anterioribus subtus rufis, posticis summa basi rufa; tibiis rufis, apice nigro. *Abdomen* segmentis 2 et 3 rufis, 3 puncto dorsali marginali nigro.

Hanc varietatem semel cepi mense Julio, prope *Helmstadium* in petroselini floribus.

Varietates feminae.

7. *Abdomine rufo, segmentis 4 et 5 nigris.* — *Longitudo* 6 linearum. *Antennae* articulis 4—8 ferrugineis, 9—14 sordideflavis. *Alae* subsilaceohyalinae, stigmate radio et radice rufis, squamula fusca. *Pedes* femoribus apice ferrugineis, tibiis fulvis, apice ferrugineo; tarsis ferrugineis. *Scutellum* flavum. *Abdomen* rufum; petiolo, segmento 3 basi, 4 et 5 dorso, nigris.

De individuo unico meae collectionis *germanico* locum natalem haud indicare possum.

8. *Abdomine sordidestramineo; (segmentis 6 et 7 deficientibus).* — *Longitudo* 5 ½ linearum. *Caput* ore et orbitis oculorum verticalibus occipitalibusque rufis. *Antennae* articulis 1—3 fuscis, subtus substramineis; 4—14 pallidestramineis sensim pallidioribus, sequentibus subtus fuscoferrugineis. *Thorax* puncto ante alas, lineolaque infra alas, rufis. *Scutellum* flavum. *Alae* silaceohyalinae, stigmate fulvo, radio radice et squamula rufis. *Pedes* femoribus anticis inferne, posterioribus apice, rufis; tibiis sordidestramineis, apice rufoferrugineo; tarsis rufis. *Abdomen* stramineum, petiolo nigro, (segmentis ultimis deficientibus).

Individuum unicum *parmense a Sanvitale* mecum communicavit.

Synonyma feminae:

Ichn. culpatorius Fabr. Syst. p. 323, n. 6. — Piez. p. 55.

Ichn. culpatorius, Villers, p. 136, n. 6; habitat in Gallia australi.

" Rossi, II, n. 743, non frequens.

" Olivier, p. 165, n. 6.

" Walckenaer, p. 49, n. 13.

" Gravenh. Pedemont. n. 84; mas et femina.

" Trentep. in Iside 1826, p. 217, n. 83.

Nota.

Marium varietates descriptae a genuinis maribus quidem antennis, abdomineque paulo brevioribus et crassioribus differre solent, ita tamen, ut, individuis intermediis, hae partes sensim sensimque mutentur, atque in proportiones genuinas transeant. Quaedam illarum varietatum individua ad alias quoque species propius accedunt, v. c. varietatis quartae individuum parmense magnitudinis mediae, clypeo toto nigro, segmento 4 basi rufo apice nigro, ad *Ichn. semirufum*, n. 202. Ejusdem varietatis individuum segmentis 2 et 3 flavorufis, tibiis subflavicantibus, medium tenet inter hunc Ichneumonem et *divisorium*, n. 190, nec non individuis quibusdam *Ichn. luctatorii* peraffine est. Hic conferre velis notas ad *Ichneum. luctatorium*, n. 162, et ad *Ichn. sedulum*, n. 204.

Quod ad synonymiam hujus speciei, confiteri me oportet, descriptiones, quas auctores de hoc ichneumone ediderunt, nimis constrictas esse. Pedum fere nemo mentionem fecit; solus Olivier pedes ei adscripsit nigros, quod autem de tibiis tarsisque haud intelligi debet. An *Ichn. culpatorius* Linnei,

Gmelini, Christi, huc referri possit, dubius haereo, nam secundum verba Linnaei *culpatorio* thorax maculatus est. Conferas synonyma ad feminam *Ichn. luctatorii*, n. 162. Schaefferi Icon. tab. 103, fig. 4, quam Panzer ad *Ichn. culpatorium* adhibuit, huc haud referri potest, tum ob totum habitum, tum ob singularum partium formam et proportionem, nec non ob pedum colorem. Multo minus autem *Ichn. culpatorius* Schrank Boic. n. 2083 ad speciem nostram quadrat, magnitudine et colore nimis differt, potiusque ad *Ichneum. flavatorium* (nostrum *Trogum flavatorium*) spectat. *Ichn. culpatorius* Thunb. Ichn. n. 69, abdomine rufo apice nigro, pedibus rufis, a nostri Ichneumonis femina differre videtur. *Ichn. culpatorius* Müll. prodr. n. 1775, quem jam ad *Ichn. nigripedem*, n. 193, adhibui, forsan ad nostri *Ichn. culpatorii* maris varietatem 3. referri posset. *Ichn. extensorius* Ström in Trond. Selsk. Skr. III, p. 418, n. 42 (translat. germanica pag. 376) in diagnosi quidem »segmentis ultimis apice albidis« designatur, in descriptione satis effusa autem hujus coloris nulla fit mentio; inde dubius sum, num hunc Strömii Ichneumonem ad *extensorium* num ad *culpatorium* adhibeam.

216. I. EXULANS.

Segmentis 2—4 rufis; [illegible] albidis; coxis et trochante-
ribus anticis subtus albis, femoribus anterio-
ribus rufis; tibiis rufis, posticis apice nigro. m.

Statura et proportio partium *Ichn. culpatorii*, sed pedibus paulo gracilioribus, abdomine longiore graciliore.

Longitudo 4½—5 linearum. *Caput* facie pallideferruginea aut flavoalbida, ore albido. *Antennae* setaceae, porrectae, corpore breviores; articulo primo subtus albido. *Thorax* gibbulus; margine supero colli, linea [illegible] radice alarum collum tenus ducta, interdum abbreviata, lineolaque infra alas, albidis. *Scutellum* albidum. *Alae* hyalinae; stigmate et radice stramineis, radio fusco, squamula vel tota alba vel fusca puncto albo, areola subquinqueangulari aut subtriangulari. *Pedes* subgraciles, longiusculi, anteriores rufi, coxis et trochanteribus supra nigris infra albidis, coxis mediis interdum totis nigris, rarius latere convexo femorum mediorum nigro; postici coxis et femoribus nigris, trochanteribus rarius totis nigris plerumque vel totis obscuroferrugineis vel basi nigris, tibiis dilute rufis apice nigro spinis apicalibus pallidis, tarsis nigricantibus articulo primo rufo apice nigricante. *Abdomen* capite thoraceque longius, interdum thorace duplo longius, et paulo angustius; segmentis 2—4 rufis, 4 interdum dorso nigro.

Individuum unum, idque femorum mediorum latere convexo nigro, cepi mense Julio in gramine prope Kreuzlautam; alterum, idque segmenti quarti dorso nigro, medio Maji prope Gottingam; tertium, idque maximum, brisgoviense, Menzinger mecum communicavit.

Synonyma:

Ichn. junci Villers p. 155, n. 61, var.?

Ichn. Geoffroi p. 346, n. 57? (exceptis varietatibus femoribus posticis rufis).

217. I. AMPUTATORIUS.

Segmentis 2 et 3, femoribus tibiisque, rufis.
m. f. (*mas* punctis duobus ad radicem alarum, *femina* puncto infra alas et antennarum columna albis).

Longitudo maris fere 6 — 6½, feminae 5 — 7½ linearum. *Antennae* setaceae, porrectae, dimidii corporis longitudine vel aliquanto longiores, apice magis minusve incurvo, interdum articulo 1 subtus ferrugineo; feminae articulis 8 — 14, vel plurimis eorum, tribus lateribus albis. *Thorax* subgibbulus; metathorace interdum subbispinoso; maris lineola ante alas alteraque infra alas albis, feminae puncto albo infra alas distinctiore aut obsoletiore. *Scutellum* album. *Alae* fumato-hyalinae; stigmate fulvo aut ferrugineo; radio radice et squamula fuscis, his in mare macula alba. *Pedes* mediocres,

maris fulvi, feminae rufis; coxis et trochanteribus nigris, coxis posticis maris interdum puncto 1 aut punctis 2 albis; tibiis maris plerumque pallide flavis apice fulvo, tarsis posticis nigris, mediis interdum fuscis. *Abdomen* capite thoraceque paulo longius, at vix paulo angustius, oblongoovatum, feminae apice obtuso subcompressiusculo; segmento 1 feminae interdum antice plus minus ferrugineo; segmentis 2 et 3 rufis, 3 feminae interdum macula discoidali nigra; 4 vel toto nigro, vel angulis baseos aut dorso aut marginibus omnibus rufis.

Mares et feminas cepi passim in *Silesia*, mensibus Augusti et Septembris in umbellatis; sed etiam mense Julio, et in gramine, circumvolitant, testibus aliis entomologis silesiacis. Feminas tres accepi e *Volhynia Genua* et *Fennia*.

Varietates:

1. *Orbitis oculorum facialibus albis.* m. — *Longitudo* 6—6¾ linearum. *Antennae* subtus fuscoferrugineae. *Thorax* lineola infra alas, altera seu linea longiore ante alas, tertia transversali infra scutellum, interdum obsoleta, albis. *Alae* radice et squamula macula alba. *Abdomen* segmentis 2 et 3 rufis, 4 macula laterali castanea. — Caetera sicut in mare genuino.

Individua duo, alterum *genuense*, alterum *parmense*, hoc minus, lineola ante alas breviore, tertia infra scutellum obsoleta, mihi transmissa sunt.

2. *Thoracis puncto uno alterove deficiente.* m. — *Longitudo* 7 linearum. *Thorax* vel puncto ante alas, vel lineola infra alas, albo. *Alae* interdum puncto squamulae albo. *Abdomen* segmentis 2 et 3 totis rufis, 4 interdum angulis baseos, aut basi tota, rufis. — Caetera sicut in mare genuino.

Unum individuum *Sturm* mecum communicavit; duo alia, quorum alterum squamula alarum et segmento 4 totis nigris ab illis differt, nescio ubi in *Germania* capta, ex longo tempore in museo nostro asservantur.

3. *Puncto albo infra alas deficiente; segmentis* 2—4 *rufis.* — *Statura* paulo gracilior quam in maribus genuinis. *Longitudo* 6 linearum. *Antennae* articulo 1 subtus obsolete ferrugineo. *Alae* radice et squamula macula alba. — Caetera sicut in mare genuino.

Individuum unicum *parmense a Sanvitale* mecum communicavit.

4. *Thorace toto nigro.* m. et f. — *Longitudo* maris 7 — fere 8, feminae fere 6 linearum. *Caput* maris rarissime vestigio obsoleto orbitarum facialium ferruginearum. *Abdomen* segmento 1 feminae antice nigroferrugineo, 2 et 3 rufis, 4 vel basi, vel puncto aut macula laterali; in femina autem vel lateribus vel fascia dorsali, rufis. — Caetera sicut in specie genuina.

Mares et feminas passim, sed raro, in *Silesia* reperta sunt; ipse unum marem cepi die primo

Septembris in Angelica sylvestri prope Nenndorf; unam feminam initio Junii in *Hercynia*.

5. *Thorace toto nigro, segmentis 2—4 rufis.* m. — *Longitudo* 8 linearum. *Caput* vestigio distincto orbitarum facialium sordidealbarum. — Caetera sicut in mare genuino.

Unicum individuum, prope *Warmbrunn* captum, *Manger* transmisit.

6. *Femoribus plus minus nigromaculatis; pictura capitis et thoracis variabili.* m. f. — *Statura* caeteris paribus gracilior est quam in specie genuina, potiusque cum varietate 8 convenit. *Longitudo* fere 6—6½ linearum. *Caput* maris rarius totum nigrum, plerumque palporum apice et mandibularum medio vel ferrugineis vel stramineopiceis, orbitis oculorum facialibus albis aut flavis, punctis duobus infra antennas rufis aut ferrugineis. *Thorax* feminae totus niger, maris puncto seu lineola infra alas, interdum etiam puncto ante alas, albis. (*Alae* feminae stigmate radio radice et squamula fuscis; maris stigmate sordidestramineo, radio radice et squamula vel totis fuscoferrugineis, vel fuscis, radice et squamula interdum puncto albo.) *Pedes feminae* femoribus rufis, anticis latere altero basin versus, mediis latere altero toto, posticis praeterea apice toto, nigris; tibiis posterioribus apice nigro; tarsis fuscis, anticis fuscoferrugineis; *maris* vel 1) femoribus rufis, mediis latere altero basin versus, posticis latere altero toto, nigris; tibiis posticis (summo apice nigricante) rufis; tarsis fus-

diis fuscis, posticis nigris; vel 3) femoribus nigris, anterioribus apice et latere altero toto fulvis, posticis apice rufo aut fulvo interdum basi summa castanea; tibiis tarsisque fulvis. Coxae et trochanteres omnibus nigri sunt. *Abdomen* maris interdum thorace fere duplo longius, segmentis 2—5 fere aequilatis; segmento 1 feminae antice fusco-ferrugineo; 2 et 3 fulvis aut rufis; 4 feminae lateribus et margine rufis; sequentibus feminae subnigrocastaneis.

Quosdam mares *pedemontanae regionis* Bonelli transmisit, unum ipse prope *Cudowam* cepi. Feminam unicam *parmensem* a *Sanvitale* mecum communicavit.

Synonyma maris et feminae:

Ichn. amputatorius Gravenh. Pedem. n. 85.

Maris:

Ichn. erectorius Fabr. Ent. Suppl. p. 221, n. 68. — Piez. p. 65, n. 56; habitat in Europae borealis hortis (ad nostram varietatem 4 spectat).

Trentep. in Iside 1826 p. 218, n. 65 (excepta varietate 4: pedibus totis nigris).

Feminae:

Ichn. amputatorius Panzer ad Schaeff. tab. 73, fig. 3.

Ichn. sulcator Panzer ad Schaeff. tab. 103, fig. 4.

Nota:

Dubius haereo, an varietas 6 species peculiaris sit, cum individua ejus, non solum pictura femorum nigra, sed etiam statura tota graciliore, a reliquis individuis, excepta varietate 3, differant. Mares hujus varietatis 6 quodammodo colore medium tenent inter *amputatorium* et *messorium*, sed etiam ab hoc statura graciliore differunt; femina autem, quam antea pro varietate *Ichn. antennatorii* habueram, medium tenet inter *amputatorium* et *culpatorium*.

Ichn. erectorius Thunb. Ichn. n. 513, segmentis 1 et 2 rufis, haud ad nostram speciem quadrat. — Laudatum Ichneumonem Schaefferi Ic. t. 103, fig. 4, quem Panzer pro *Ichneum. culpatore* Fabr. habet, a quo autem differt, Müller in Prodromo adhibet ad *Ichn. variatorem*, antennis cutelloque totis nigris satis discedentem.

218. I. SIBILANS. n.

Punctis duobus albis ad radicem alarum, segmento secundo sordidestramineo, femoribus tibiisque rufis. m.

Statura et proportio partium varietatis tertiae speciei antecedentis, eique affinis; femoribus paulo validioribus.

Longitudo 6¼ linearum. *Caput* puncto laterali clypei flavicante. *Thorax* punctis duobus albis ad radicem alarum. *Scutellum* album. *Alae*

fumatohyalinae, stigmate rufo, radio fusco, radice et squamula albis, areola quinqueangulari. *Pedes* rufi, coxis et trochanteribus omnibus tarsisque posticis nigris; femoribus anterioribus interdum latere altero basi nigris. *Abdomen* segmento 2 piceostramineo, macula dorsali nigra ante marginem; 3 interdum angulis baseos piceis.

Duo specimina cepi mensibus Augusto et Septembri, in umbellatis, prope *Reinerz* et *Cudovam*.

219. I. MESSORIUS.

Puncto albo infra alas; segmentis 2 et 3 tibiisque rufis; harum posticis apice nigro. m. f. (*mas* linea alba ante alas; *femina* antennis alboannulatis).

Statura maris cum *Ichneum. amputatorio* et *uniguttato* convenit; statura feminae cum *Ichn. alticola*, cujus varietas huic speciei valde affinis est, quae autem cellula cubitali intermedia quinqueangulari differt.

Longitudo maris 5 ½—6 ½, feminae 5 ⅓— fere 6 linearum. *Antennae* feminae articulis 8—15, vel eorum plurimis, albis subtus fuscis aut fuscoferrugineis. *Thorax* puncto aut lineola infra alas albo; in mare praeterea lineola alba ante alas, puncto infra alas rarissime deficiente. *Scutellum* album. *Alae* fumatohyalinae; stigmate rufo aut stramineo, feminae interdum piceo; radio radice et squamula fuscis aut nigris, his in mare plerum-



que puncto albo. *Pedes* coxis et trochanteribus nigris; *femoribus anticis* maris rarius totis rufis, plerumque basi aut latere altero toto nigris, feminae nigris apice aut latere interno toto rufis, apice interdum pallidestramineo, *mediis* maris rufis, basi et latere altero vel toto vel solo apice nigris, feminae nigris geniculo rufo aut testaceo, *posticis* totis nigris; *tibiis* rufis aut stramineorufis, anterioribus interdum intra flavicantibus, mediis interdum extra fuscis, posticis apice nigro; *tarsis* fuscis, anticis interdum rufis, posticis interdum nigris. *Abdomen* segmentis 2 et 3 rufis, rarius macula nigricante dorsali; 1 feminae interdum margine rufo; 3 maris interdum margine summo subflavicante; 4 plerumque angulis baseos, rarius etiam macula dorsali, rufis aut castaneis.

Quaedam individua, masculina et feminina, cepi mense Augusto in umbellatis circa *Cudovam*, mense Septembri circa *Reinerz* in Angelica sylvestri; unum masculinum a reliquis omnibus, parvitate puncto albo infra alas deficiente, squamula alarum tota nigra, differt. Marem *pedemontanum*, alterumque *fennicum*, *Bonelli* et *Sahlberg* transmiserunt. Feminam, prope *Hirschberg* captam, *a Stillfried* mecum communicavit.

Varietates:

1. *Pedibus posticis totis nigris*. m. — *Longitudo* 6¼ linearum. *Pedes* nigri; antici tarsis tibiis et femorum apice rufostramineis; medii summo femorum apice et latere interno, tibiarum

rufostramineis; posticis tibiis interne macula media substraminea obsoleta. *Abdomen* segmentis 2 et 3 rufis. — Caetera sicut in mare genuino.

Unicum marem, circa *Trajectum ad Moenum* captum, *de Heyden* misit.

2. *Solo segmento secundo rufo, pedibus posticis totis nigris.* m. — *Longitudo* 5½—6 linearum. *Pedes* colore variant: 1) nigri; antici latere altero tibiarum et tarsorum rufescente. 2) Nigri; antici tarsis tibiis et femorum latere altero rufis; medii latere altero tibiarum rufo. 3) Anteriores rufi, coxis et trochanteribus nigris, femoribus anticis basi, mediis basi et latere altero toto, nigris; postici toti nigri. *Abdomen:* 1) segmento 2 toto, 3 basi, castaneis. 2) 2 castaneo-piceo, apice nigro, 3 toto nigro. 3) 2 toto rufo, 3 angulis baseos castaneis. — Caetera sicut in mare genuino.

Individua tria cepi mense Augusto in umbellatis circa *Cudovam.*

Synonyma:

Ichn. messorius Gravenh. Pedem. n. 86.

Nota:

Feminae hujus speciei et *Ichn. divisorii* vix distingui possunt. Antea feminas *messorii* pro varietate dubia *Ichn. alticolae,* medium tenente inter *alticolam* et *divisorium*, habueram. — Mares autem ad *Ichn. uniguttatum* propius accedunt, facileque pro ejus varietate haberi possent.

220. I. MENSTRUALIS.

Abdominis apice rufo; femoribus fulvis, anterioribus basi nigris; tibiis fulvis, basin versus albicantibus, m.

Statura et proportio partium omnino *Ichn. repentini.*

Longitudo 6 linearum. *Thorax* punctulo albo ante alas. *Scutellum* album. *Alae* fumatohyalinae, stigmate radio radice et squamula fuscis, hac puncto albo. *Pedes* coxis et trochanteribus nigris; femoribus anticis flavorufescentibus, latere altero nigro, mediis rufis extra nigris, posticis rufis extra fuscis; tibiis pallideflavis, apice et latere altero rufis, posticis summo apice nigro; tarsis anterioribus rufis, mediis supra fuscescentibus, posticis nigris. *Abdomen* nigrum; segmento 4 margine et summa basi, 5 margine lato et lateribus, 6 et 7 totis, rufis.

Marem unicum *norimbergensem Sturm* transmisit.

Varietas:

1. *Pedibus anterioribus subtus stramineis.* m. — *Statura* et proportio partium sicut in mare genuino. *Longitudo* 6 linearum. *Scutellum* album. *Alae* fumatohyalinae, stigmate ferrugineo, radio fusco, radice et squamula nigris. *Pedes* antici latere altero femorum tibiarum et tarsorum pallidestramineis; medii femorum latere altero apicem

versus, tibiarum latere altero toto, stramineis; postici tibiarum latere altero in medio pallidestramineo. *Abdomen* opacum, confertissime punctum; segmentis 1 et 2 dorso subtiliter rugulosis, 3 basi subtilissime rugulosa, 4 et 5 marginibus rufescentibus, 6 rufo basi nigra, 7 toto rufo.

Marem unicum *pedemontanum Bonelli* mecum communicavit.

Synonyma:

Ichn. menstrualis Gravenh. Pedem. n. 87.

221. I. ALACER. n.

Facie et scutelli apice testaceis; segmentis 2 et 3 testaceorufis, dorso nigricante; femoribus tibiisque anterioribus fulvis, supra nigricantibus; tibiis posticis fulvis apice nigro. m.

Longitudo 5 linearum. *Caput* facie et ore testaceis, mandibulis apice nigro. *Antennae* porrectae setaceae, fere corporis longitudine; articulo 1 subtus testaceo. *Thorax* gibbus. *Scutellum* apice testaceo. *Alae* fumatohyalinae, stigmate radio et squamula fuscis, radice testacea; areola subtriangulari. *Pedes* crassiusculi, praecipue femoribus posticis crassioribus quam in plurimis cospeciebus; anteriores testacei, coxis trochanteribus et femorum latere convexo nigris; postici nigri, tibiis testaceis apice nigro. *Abdomen* capite thoraceque longius et duplo fere an-

gustius, nitidissimum; segmento 1 laevi nigro; 2 nigro, margine testaceo; 3 testaceorufescente, dorso nigro; 4 nigro, angulis baseos testaceis; sequentibus nigris.

Individuum unicum *austriacum Dahl* mihi transmisit.

Nota:

Hic Ichneumon, segmento 1 apicem versus sensim dilatato, laevissimo, areola subtriangulari, ad *familiam primam Tryphonum* prope accedit.

SECTIO IX.

Scutello nigro; abdomine vel toto rufo vel rufo et nigro.

Colore abdominis haec sectio cum antecedente convenit; interdum abdomen nigrum est apice rufo (*Ichn. haemorrhoidali*), aut marginibus segmentorum rufocastaneis (*Ichn. pusillatori*). Varietas *Ichn. sputatoris*, abdomine toto nigro, hanc sectionem cum *sectione prima* conjungit. Varietates *Ichn. haemorrhoidalis*, *sputatoris*, *facialis* et *castanei*, scutello albo- aut castaneo-notato, in *sectionem* 8 transeunt. *Ichn. fumigatoris* varietas et *Ichn. bellus*, segmento 7 puncto albo, ad *sectionem* 10 spectant.

E *sectione* 1 varietates *Ichn. comitatoris*, *nigritarii*, *lineatoris*, *corruscatoris*, *rubelli* et *spinigeri*, segmentorum marginibus rufescentibus aut castaneis, propius accedunt ad hanc sectionem; e *sectione* 7 *Ichn. luctatorii* et *glaucatorii* varietates scutello nigro; e *sectione* 8 varietates nigroscutellati *Ichn. rufini* et *microsticti*.

---

222. I. ARROGATOR.

Alis nigrofuscis, stigmate fulvo; segmentis 2 et 3 fulvis. m.

Statura et proportio partium omnino speciei insequentis.

Longitudo 8—9 linearum. *Alae* nigrofuscae, subdiaphanae, stigmate fulvo, radio radice et squamula nigris, areola triangulari; alis posticis interdum apice subhyalino. *Pedes* antici tibiis tarsisque subtus fuscoferrugineis. *Abdomen* segmentis 2 et 3 fulvis.

Quaedam specimina, circa *Parmam, Genuam, Taurinum* capta, accepi. *Dahl* individuum unum cepit mense Julio, in quercetis volitans, prope *Vindobonam*.

Synonyma:

Ichn. arrogator Fabr. Spec. p. 429, n. 54. — Piez. p. 66, n. 65; habitat in Italia.
„ Villers p. 175, n. 120; in Gallia australi.
„ Rossi n. 762; habitat ruri.
„ Olivier p. 183, n. 100.
„ Gmel. ed. Linn. p. 2689, n. 135.
„ Panzer ad Schaeff. tab. 111, fig. 1.
„ Trentep. in Iside 1826, p. 222, n. 38 (longitudine ultra 10 lineas).
„ Thunb. Ichn., n. 358.
„ Gravenh. Pedem., n. 88.

Ichn. melanopterus Gmel. ed. Linn. p. 2698, n. 266 (haud p. 2721, n. 400, generi Braconum adnumerandus).

Nota:

Villers, loco citato, hujus speciei *feminarum* mentionem facit, macula alarum (stigmate) fusca; quaeritur an revera feminae hujus Ichneumonis fuerint?

Hanc speciem Schrank male ad *Ichn. semiannulatum* adhibuit, de quo conferas nostrum *sputatorem*, n. 226.

223. I. FUMIGATOR.

Segmentis 2 et 3 rufis. m. f.

Longitudo maris 6—7, feminae 5—7 linearum. *Antennae* maris porrectae, setaceae, corpore breviores; feminae involutae, dimidii corporis longitudine vel paulo breviores, articulis mediis plerumque subtus subfuscescentibus. *Thorax* gibbocylindricus, maris paulo gibbosior; metathorace tuberculis duobus parvis subacutiusculis, in mare obsoletioribus. *Alae* fumatohyalinae, stigmate vel testaceo vel ferrugineo vel fusco, radio radice et squamula nigris, areola quinqueangulari. *Pedes maris* mediocres, nigri; tarsis mediis fuscis, anticis pallidioribus; tibiis anticis interne stramineis, mediis vel totis nigris vel fuscis interne pallidioribus; femoribus anticis apice in-

terne stramineis, mediis interdum apice ferrugineo; *feminae* crassiusculi, nigri, tarsis subtus fuscis; tibiis anticis interne ferrugineo-rufis, posterioribus rarius fuscescentibus. *Abdomen maris* thorace duplo longius vel paululum brevius, ejus autem latitudine, *feminae* capitis thoracisque longitudine et latitudine, ovatum vel oblongo-ovatum, apice obtusiusculo; segmento 1 nigro, lineis duabus elevatis, subtiliter ruguloso, 2 et 3 rufis aut fulvis aut badiis; sequentibus nigris.

Mares et feminas, circa *Halam Saxonum, Norimbergam, Sickershausen* et in *Sudetis Silesiae* captos, accepi; ipse quaedam individua mense Augusto in umbellatis circa *Helmstadium* et *Gottingam* cepi; quaedam feminae *parmenses* et *pedemontanae* mihi communicatae sunt; individuum maximum femininum, e *Gallia meridionali*, abdomine crassiore et metathorace submutico a reliquis individuis distinctum, vidi in museo *Comitis de Hoffmannsegg* sub nomine *Ichneum. arrogatoris* Fabr.

Varietates:

1. *Segmento 3, vel etiam 2, colore nigro imbutis.* m. f. — *Tibiae* anticae subtus plerumque ferrugineae, rarius in femina albidostramineae. *Abdomen* colore variat: 1) Segmentis 2 et 3 rufis, disco nigricante. — Hic mas *pedemontanus* statura paulo graciliore a reliquis differt. — 2) Segmentis 2 et 3 badiis, 3 disco nigro. — Hunc marem, statura paulo crassiore a reliquis distinctum, *Fehler*

prope *Gottingam* cepit. — 3) Segmentis 2 et 3 rufis, margine nigro; vel segmento 2 toto rufo, 3 nigro angulis baseos rufocastaneis macula discoidali nigrobadia obsoleta. — Feminas duas *pedemontanas* *Bonellio* debeo.

2. *Segmento 7 puncto albo.* f. — *Longitudo* 5 linearum. — Caeteris feminae genuinae respondet.

Unicum individuum *Richter* prope *Vratislaviam* cepit.

Synonyma:

Ichn. fumigator Gravenh. Pedem., n. 89.

Nota:

Ichn. agilis Christii pag. 369 tab. 39 fig. 4, quem in Monographia Ichn. Pedemont. interrogative ad hanc speciem adhibui, vix huc referri potest, cum segmenta 2—4 rufa describantur, in icone autem totum abdomen rufum exhibitum sit.

224. I. HAEMORRHOIDALIS.

Abdomine rufo, segmento 1 nec non macula dorsali segmentorum 3—6 nigris. m.

Longitudo 5—7 linearum. *Caput* palpis, orbitis oculorum internis, puncto laterali clypei, interdum etiam punctis duobus parvis infra antennas, albis. *Antennae* porrectae, setaceae, corpore breviores, interdum subtus fuscoferrugineae.

Thorax gibbulus, puncto albo ante alas. *Alae* subfumatohyalinae, stigmate fusco aut piceo, radio radice et squamula nigris, hac interdum puncto albido; areola fere triangulari. *Pedes* mediocres; anteriores vel rufi, coxis et trochanteribus nec non femorum mediorum basi nigris; vel nigri, femoribus tibiisque subtus stramineis, illis interdum apice solo stramineo aut ferrugineo, supra apicibus summis femorum tibiarum et articulorum fuscescentium tarsorum ferrugineis, tibiis interdum supra totis fuscoferrugineis, apice et basi quibusdam individuis pallidioribus, femoribus mediis raro fere totis nigris; postici nigri, tibiis vel totis nigris, vel basin versus ferrugineis, vel ferrugineis apice nigro, tarsis fuscoferrugineis aut fuscis, femoribus interdum intra castaneis. *Abdomen* oblongoovatum, depressiusculum, thorace duplo fere longius et paulo angustius, subtilissime et confertissime punctum; segmento 1 lineis duabus elevatis, subtiliter ruguloso, nigro, rarius puncto dorsali sanguineo; 2 basin versus subtilissime ruguloso, rufo aut rubricoso; 3—6 nigris, lateribus et margine apicali, latiore vel angustiore, rufis aut rubricosis; 7 toto rufo aut rubricoso.

Quaedam individua, in *Hercynia*, prope *Gottingam* et in *Austria* capta, accepi.

Varietates:

1. *Abdomine nigro; segmento 7 nec non lateribus segmentorum 4 et 5 obscurorubricosis.* —

Caput et *thorax* toti nigri. — Caetera sicut in mare genuino.

Specimen unicum cepit *Reusmann* prope *Hannoveram.*

2. *Abdomine nigro; segmentis 2 et 3 lateribus et margine, 4—6 lateribus, 7 toto, castaneis.* — *Longitudo* 5 linearum. — Caetera sicut in mare genuino.

Unum individuum *Fehler* prope *Gottingam* cepit.

3. *Scutello punctis duobus obsoletis albis; abdomine badio, segmento 1 nigro, segmentis 2—5 macula dorsali basali nigricante.* — *Longitudo* 6 linearum. *Thorax* puncto ante alas, alteroque infra alas, albis. *Pedes* nigri, anteriores femoribus tibiisque subtus stramineis, postici tibiis basin versus ferrugineis.

Individuum *pedemontanum* *Bonellio* debeo.

Synonyma:

Ichn. haemorrhoidalis Gravenh. Pedem., n. 90 (nostra varietas tertia est).

225. I. LUGUBRATOR.

Alis fuscis; abdomine rufo, segmento 1 nigro; tibiis subtus luteis. m.

Statura et proportio partium speciei antecedentis.

Longitudo fere 7 linearum. *Caput* palpis, mandibularum medio, orbitis oculorum facialibus, lineaque transversali clypei, medio interrupta, testaceorufis. *Alae* fuscae, stigmate radio et squamula nigris. *Pedes* femoribus anterioribus subtus apicem versus pallide testaceis; tibiis subtus pallide testaceis, posticis apicem versus nigris; tarsis anterioribus subtus testaceis. *Abdomen* rufum, segmento 1 nigro.

Individuum unicum a *Reusmanno* accepi, patria ejus autem ignota est.

Synonyma:

Ichn. lugubrator Gravenh. Uebers., n. 3729.

226. I. SPUTATOR.

Coxis posticis muticis; segmentis 2 et 3 tibiisque rufis; antennarum annulo albo. m. f.

Statura et proportio partium *Ichn, fumigatoris*, n. 223; femina autem antennis pedibusque longioribus et gracilioribus.

Longitudo 5 ½ — 7 linearum. *Antennae* dimidio corpore longiores, porrectae, feminae apice curvatae; articulis 8—14, vel plurimis eorum, tribus lateribus albis, mari rarius solis 11 et 12 supra puncto albo. *Thorax* gibbus. *Alae* fumato-hyalinae, stigmate rufo aut fulvo, radio radice et squamula nigris, areola quinqueangulari. *Pedes* nigri; femoribus anticis apice rufis; tibiis anterio-

ribus rufis, mediis interdum mari apice nigro, posticis rufis apice plerumque nigro. *Abdomen* feminae paulo latius quam mari, apice obtusiusculo; segmentis 2 et 3 rufis aut badiis, 2 interdum summa basi 3 summo margine nigro; 1 interdum macula apicali rufa.

Plures mares et feminas passim in *Silesia*, praesertim in montibus, umbellatas frequentantes, cepi mense Augusto et initio Septembris; plures circa *Norimbergam*, *Sickershausen*, *Meiningen*, in *Austria*, nec non circa *Parmam*, *Genuam* et in *Regione pedemontana* capti, mecum communicati sunt.

Varietates:

1. *Antennis tricoloribus*. f. — *Antennae* articulis 3—9 rufis, 11—14 tribus lateribus albis. *Coxae* posticae supra badiae. — Caetera sicut in femina genuina.

Unicum individuum cepi die 11 Septembris in umbellatis prope *Pirschen*.

2. *Tibiis anterioribus aut posterioribus nigris*. m. — Individuum unum, tibiis anterioribus fuscis, anticis subtus flavicantibus, mediis subtus ferrugineis, *Bonelli* mihi transmisit; alterum, *longitudine* 7½ linearum, *antennarum* articulis 13—15 albonotatis, *tibiis* anticis rufis subtus pallidetestaceis, mediis fuscis subtus rufis, posticis nigris subtus ferrugineis, ipse cepi die 25 Septembris prope *Trajectum ad Viadrum*, in loco aprico in frutetis.

3. *Tibiis omnibus nigris.* f. — *Longitudo* 5⅓—6 linearum. *Alae* stigmate fusco aut fusco-piceo. *Pedes* nigri, tibiis anticis subtus albidis aut albidostramineis. *Abdomen* segmentis 2 et 3 rufis, 4 interdum lateribus badiis. — Caetera sicut in femina genuina.

Duo specimina, circa *Parmam* et *Toscanam* capta, a *Sanvitale* mecum communicavit.

4. *Segmento 2 rufo, 3 fusco; thorace et scutello obsolete castaneo-maculatis.* m. — *Longitudo* paulo ultra 6 lineas. *Antennae* articulis 3—6 subtus ferrugineis, 7—10 albis subtus ferrugineis, 11—14 totis albis, 15—17 fuscis puncto albo, sequentibus fuscis, subtus ferrugineis sensim obscurioribus. *Thorax* suturis lateralibus obsoletissime castaneis. *Scutellum* apice obsolete castaneo. *Alae* subtestaceohyalinae, stigmate stramineo, radio radice et squamula fuscis, areola subtriangulari. *Pedes* coxis posterioribus macula castanea; femoribus anterioribus nigrofuscis, anticis toto latere altero mediis geniculo solo stramineis; tibiis rufis, posticis apice fusco; tarsis mediis et posticis fuscis. *Abdomen* segmento 1 apice castaneo; 2 toto castaneo, 3 fusco puncto laterali castaneo.

Individuum *pedemontanum Bonelli* transmisit.

5. *Segmentis 2 et 3 rufis nigromaculatis.* m. — *Abdomen* segmento 2 vel rufo, basi et punctis duobus dorsalibus nigris, vel nigro margine rufo

aut castaneo, interdum etiam macula laterali badia; 3 vel rufo, margine aut punctis duobus dorsalibus nigris, vel badio apice aut summa basi punctisque duobus dorsalibus nigris. — Caetera sicut in mare genuino.

Quosdam cepi mense Augusto et initio Septembris, prope *Cudovam Woelfelsgrund* et *Gottingam*, in umbellatis.

6. *Abdomine nigro, segmento 3 macula laterali badia obsoleta.* m. — Caetera sicut in mare genuino.

Duo individua cum varietate antecedente prope *Cudovam* cepi.

7. *Abdomine toto nigro.* m. — *Longitudo* 6—7⅓ linearum. *Antennae* et *alae* sicut in specie genuina. *Pedes* femoribus anticis vel totis nigris vel apice, interdum etiam toto latere interno, ferrugineis, mediis interdum apice ferrugineo; tibiis anticis rubro- aut fulvo-ferrugineis, mediis vel sicut anticae vel apice nigro vel nigris basi badia, posticis vel totis nigris vel basin versus obscuro-ferrugineis, rarius fere totis ferrugineis apice solo nigro. *Abdomen* nigrum, interdum subcoerulescens; segmentis 1 et 2 rarius fusconigricantibus aut incisuris ferrugineis.

Copiam horum marium legi, saepe cum maribus genuinis eodem loco et tempore, mense Augusto passim in montibus *Silesiae*, in umbella-

tis, rarius in fruticetis; nonnullos etiam prope *Helmstadium* cepi; quidam, circa *Sickershausen*, *Norimbergam*, *Trajectum ad Moenum*, *Genuam* et in *Regione pedemontana* capti, mihi transmissi sunt.

Synonyma:

Speciei genuinae:

Ichn. sputator Fabr. Ent. II, p. 153, n. 81. — Piez. p. 66, n. 61.
" Panzer Fauna XIX, tab. 20; raro prope Norimbergam.
" Cederhielm p. 159, n. 491.
" Thunb. Ichn. 106.
" Gravenh. Pedemont., n. 91.
" Trentep. in Iside 1826, p. 216.
Crypturus sputator Lamarck p. 141.

Varietatum:

2) *Ichn. semiannulatus* Schrank Austr., n. 713.
4) *Ichn. sputator* Gravenh. Pedemont., n. 91. var. 1.
7) *Ichn. ferruginosus* Gmel. ed. Linn. p. 2688, n. 254 (haud confundatur cum *Ichneum. ferrug.* p. 2709, n. 356).
Ichn. molitorius Schrank Boica, n. 2072 var. d.? (Conferas quae sub nostro *Ichneumone molitorio*, n. 87, de hoc Schrankii Ichneumone monui).

Nota:

Sub nomine *Ichn. semiannulati* aut *semiannulatoris* auctores species plures diversas descripserunt et confuderunt. — Quem Schrank sub nomine *semiannulati* in Fauna Boica exhibuit, ego ad varietatem secundam *sputatoris* retuli; sed *Ichn. semiannulatus* Schrankii in Beitraeg. 89 §. 53 descriptus, magnitudine et statura *Ichn.* (*Pimplae*) *manifestatoris*, ab illo longe differt. *Ichn. arrogator* Fabr. quem Schrank in Fuessl. Magaz. I, pag. 293, n. 713 ad *semiannulatum* adhibuit, species est peculiaris (v. supra n. 222). Denique Schrank citat Ichneumonem Geoffroii 47 p. 341, quem Fourcroy pag. 409, n. 48 *Ichn. ani* appellavit, cujus descriptio autem haud ad *semiannulatum* quadrat. — Villers pag. 162, n. 85 ad *semiannulatum* citavit Schrankii et Geoffroyi Ichneumones laudatos; e descriptione Villersiana autem patet, auctorem plures species minores confudisse. — Olivier p. 179, n. 76 ad *Ichn. semiannulatorem* laudavit loca e Geoffroyo Schrankio et Villersio allegata, sed hic Olivieri Ichneumon, abdomine nigro, apice rufo, satis differt, potiusque ad feminam nostri *Ichn. melanocastani*, n. 231 adhiberi posset. Walckenaer pag. 57, n. 42 ad *Ichn. semiannulatorem* diagnosin Geoffroyanam excerpsit, citatis Geoffroyi et Olivieri Ichneumonibus, n. 47 et 76.

Antequam nostri *Ichneumonis sputatoris* varietates 4, 5 et 6, quibus species genuina sensim in varietatem 7, abdomine toto nigro, transit, videram,

varietatem 7 ipsam pro mare *Ichneumonis comitatoris* habueram, licet haec conjunctio mihi semper suspecta esset, cum feminae (Ichn. comitator) nunquam in nostris regionibus reperirentur, mares (Ichn. sputator) autem frequentes essent. E sententia Trentepohlii (Revisi p. 10) *Ichn. sputator* et *Ichn. culpatorius* in museo Fabriciano in unam speciem jungendi sunt.

227. I. CULPATOR.

Coxis posticis calcaratis, segmentis 2 et 3 tibiisque castaneis aut rufis, annulo antennarum albo. f.

Statura et proportio partium feminae antecedentis, sed abdomine apice acutiore, coxis posticis calcaratis, differt.

Longitudo 5—7 linearum. *Antennae* dimidio corpore longiores, apice curvatae; articulis 9—14 aut 10—14 tribus lateribus albis. *Thorax* gibbus. *Alae* fumatohyalinae, stigmate rufo aut fulvo, radio fusco, radice et squamula nigris. *Pedes* nigri; coxis posticis subtus dente valido obtusiusculo armatis; femoribus anterioribus apice testaceo aut rufescente; tibiis rufis aut castaneis, interdum fuscocastaneis, anterioribus subtus fulvis, posticis interdum summo apice nigro; tarsis fuscis, anterioribus subtus pallidioribus. *Abdomen* capite thoraceque longius, thoracis latitudine, apice subobtusiusculo; segmentis 2 et 3 castaneis, rarius rufis. *Aculeus* absconditus aut subexsertus.

Nonnulla individua circa *Vratislaviam* versus finem Maji lecta sunt; alia quaedam, circa *Hannoveram Niesky* et *Parisios*, nec non in *Volhynia* et *Tauria*, capta, accepi.

Varietates:

1. *Segmentis 2 et 3 testaceis, 3 margine nigro.* — *Tibiae* anteriores extra fuscae, posticae totae fuscae. — Caetera sicut in specie genuina.

Unicam feminam *Fehler* prope *Gottingam* cepit.

2. *Segmento 2 solo castaneo.* — *Tibiae* vel rufae, anteriores intra fulvae, vel fuscae intra rufae. *Abdomen* nigrum, segmento 2 castaneo aut badio. — Caetera sicut in femina genuina.

Unum individuum cepit *Reusmann* prope *Hannoveram*; alterum *pedemontanum*, idque minimum, longitudine 3 linearum, tibiis rufis, anterioribus intra fulvis, *Bonelli* mihi transmisit.

3. *Antennis tricoloribus.* — *Antennae* articulis 1 et 2 nigris, 3—7 rufis, 8—13 tribus lateribus albis, sequentibus nigris. — Caetera cum femina genuina conveniunt.

Hoc individuum prope *Helmstadium* cepi.

Synonyma:

Ichn. culpator Schrank Boica, n. 2077; circa Gern Steingaden et Ingolstadt, mense Augusti.

Ichn. culpator Gravenh. Pedem. n. 92 (varietas nostra secunda est).

Ichn. sputator Gravenh. Uebers. n. 3788; ubi autem citata Fabricii et Panzeri delenda sunt (ad varietatem 3 pertinet).

Nota:

Ichn. culpator Thunb. Ichn. n. 189, alis fasciatis etc. species est longe diversa.

Schrank l. c. mentionem facit varietatis antennis totis nigris; num haec forsan mas sit, aut mera varietas feminae, num ad speciem alteram redigenda, nescio.

228. I. PROCERUS. n.

Segmentis 2 et 3 nec non lateribus quarti rufis. m.

Statura et proportio partium *Ichn. fumigatoris* maris, n. 223, sed parvitate et segmento primo laeviore et angustiore differt. Ab *Ichneum. mutabili*, cui affinis est, hic differt segmento primo convexiore et angustiore.

Longitudo vix 4 linearum. *Caput* interdum palpis fuscis et orbitis oculorum internis albidis tenuissimis. *Antennae* interdum subtus apicem versus ferrugineae. *Alae* subfumatohyalinae, stigmate radio et squamula fuscis, radice piceofusca; areola subquinqueangulari, subirregulari. *Pedes* nigri; antici femoribus subtus ferrugineis, tibiis

vel totis ferrugineis, vel latere uno fusco altero subtestaceo; medii summo femorum apice ferrugineo, tibiis subtus vel ferrugineis vel substramineis. *Abdomen* segmentis 2 et 3 totis, 4 lateribus, rufis; 1 parte antica sublaevi, longitudine latitudinis, vix duplo latiore quam petiolus.

Individuum *genuense a Spinola* mecum communicavit, alterum *gallicum Desmarest*, idque orbitis oculorum internis albis, antennis apicem versus fuscoferrugineis, areola latiore et irregulariore quam in individuo genuensi.

Varietas:

1. *Segmentis 2—4 rufis.* — Hic mas a genuino differt capite latiore, cellula cubitali intermedia regulari pentagona, segmenti primi parte antica latiore. — An specie diversus? — *Longitudo* 4 linearum. *Antennae* subtus fuscescentes apicem et basin versus totae nigrae. *Alae* fumato-hyalinae, stigmate piceo, radice radio et squamula nigris. *Pedes* antici tibiarum latere altero et femorum geniculis testaceis. *Abdomen* segmentis 2—5 subquadratis, latitudine aequali; 1 apice castaneo, 2—4 rufocastaneis, 4 margine nigricante.

Mas unicus prope *Toscanum* captus est.

229. I. FUGITIVUS n.

Abdomine castaneo, basi nigra; pedum anteriorum tibiis femoribusque fulvis, his supra nigris; facie flavomaculata. m.

Longitudo 5 linearum. *Caput* orbitis oculorum internis et externis, punctis duobus infra antennas, oreque, flavis; clypei macula media nec non mandibularum basi et apice nigris. *Antennae* porrectae, subsetaceae, corporis longitudine, nigrae, subtus articulo 1 flavo sequentibus interdum fuscoferrugineis. *Thorax* gibbus. *Alae* hyalinae, apice subfumatohyalino, stigmate radio radice et squamula fuscis, areola subtriangulari. *Pedes* mediocres, subelongati, femoribus crassiusculis; anteriores dilute rufi, coxis et trochanteribus nec non latere convexo femorum superoque tarsorum nigris; postici nigri, tibiis basin versus ferrugineis. *Abdomen* capite thoraceque angustius et longius, nitidulum; segmento 1 nigro, parte antica parva vix duplo latiore quam petiolus; 2 nigro apice castaneo; sequentibus badiis, apicem versus sensim paulo dilutioribus.

Individuum unum *austriacum*, idque antennis subtus ferrugineis, *Dahl* mihi transmisit; alterum, circa *Netley* captum, *Hope*.

230. I. APRICUS.

Segmento secundo nec non angulis baseos tertii castaneis; orbitis oculorum internis punctoque infra alas albidis. m.

Statura et proportio partium omnino antecedentis, at cellula cubitali intermedia angustiore.

Longitudo 4¼ linearum. *Caput* orbitis oculorum facialibus, linea transversali clypei, punctoque infra antennas, albis. *Thorax* puncto infra alas, alteroque obsoletiore ante alas, albis. *Alae* subfumatohyalinae, stigmate radio radice et squamula fuscis, areola subtriangulari. *Pedes* femoribus anticis latere altero toto, mediis solo apice, albidis; tibiis anterioribus latere altero albido, posticis basin versus fuscis. *Abdomen* segmento 2 badio, 6 angulis baseos badiis.

Individuum unicum *Bonelli* cepit die 16 Maji in colle prope *Taurinum*.

Synonyma:

Ichn. apricus Gravenh. Pedem. n. 93.

231. I. MELANOCASTANUS.

Abdomine castaneo basi nigra; femoribus anterioribus rufis macula nigra, tibiis anterioribus rufis. m. f. (*Femina* antennarum annulo albo).

Statura antennae et *pedes* maris longiores sunt et graciliores quam feminae.

Longitudo 5—6 linearum. *Antennae* setaceae; *maris* porrectae corpore paulo breviores; *feminae* corpore dimidio longiores, apice vel subcurvatae vel involutocurvatae, articulis 8—14, vel plurimis eorum, albis subtus ferrugineis aut fuscis. *Thorax* subgibbus. *Alae* subhyalinae aut fumatohyalinae; stigmate maris piceotestaceo aut fusco, feminae rufo aut ferrugineo; radio radice et squamula fuscis, radice maris interdum picea; areola quinqueangulari, maris interdum irregulari subtriangulari. *Pedes* mediocres; *mari* femoribus anticis rufis, mediis vel rufis latere altero aut basi nigris vel totis nigris, posticis nigris interdum infra castaneis; tibiis anterioribus fulvotestaceis externe interdum rufis, mediis apice nigro, posticis nigris ante basin ferrugineis; tarsis anticis subtestaceis, mediis fuscescentibus, posticis fuscis; *feminae* femoribus anticis nigris latere altero vel toto rufotestaceo vel apicem versus ferrugineo, mediis apicem versus obscuroferrugineis; tibiis tarsisque anterioribus, vel solis anticis, ferrugineis aut ferrugineostramineis extra fuscescentibus, tarsis interdum totis fuscis. *Abdomen maris* capite thoraceque longius, thorace paululum angustius vel ejus latitudine; segmento 2 interdum margine castaneo, 3 vel fusco apice rufescente vel rarius toto rufo, 4—6 vel totis rufocastaneis vel maculis duabus disci fuscis, 7 toto rufocastaneo; *feminae* capitis thoracisque longitudine et latitudine, vel paulo longius et angustius, oblongoovatum, apice obtuso subcompressiusculo; obscurocastaneum seu ba-

dium, segmento primo, plerumque etiam basi secundi, nigris. *Aculeus* absconditus.

Mares et feminam e *Regione pedemontana Bonelli* mecum communicavit; feminam *austriacam Dahl* transmisit; ipse marem vere prope *Scheidnich*, feminam prope *Grohnde* mense Julio in frutetis cepi. Mas silesiacus segmento 2 castaneomarginato, sequentibus totis rufis, femoribus posticis infra castaneis, a pedemontanis differt.

Varietas:

1. *Femoribus omnibus castaneis nigromaculatis.* m. f. — *Pedes* femoribus castaneis, posticis latere convexo et geniculo nigris, mediis latere convexo basin versus nigris, anticis dilutioribus, mari totis rufo-castaneis, feminae latere convexo basin versus nigris; tibiis anterioribus castaneis, in altera femina externe nigricantibus, posticis nigris, plerumque ante basin castaneis. *Abdomen* castaneum, mari segmentis 1 et 2, basique tertii, feminae segmento 1 et basi secundi, nigris. — Caetera ut in specie genuina.

Marem et duas feminas *Hope* legit circa *Netley*.

Synonyma:

Ichn. melanocastanus Gravenh. Ped. n. 94.

Ichn. semiannulator Olivier p. 179, n. 76, ad feminam referri potest. — Conferas notam ad nostrum *sputatorem*, n. 226.

Ichn. restaurator var. *a* Trentepohl in Iside 1826, p. 237. (*Ichn. restaurator* genuinus est noster *serenus*, n. 199).

232. I. QUADRIANNULATUS. n.

Segmentis 2—5 castaneis, orbitis oculorum internis et antennarum annulo albis. f.

Statura et proportio partium fere sicut in femina speciei sequentis, habitu toto attamen paulo crassiore.

Longitudo 4 linearum. *Caput* mandibulis ferrugineis, orbitis oculorum frontalibus albidis. *Antennae* corpore dimidio vix paulo breviores, apice incurvae, articulis 10—14 supra albis. *Thorax* gibbulocylindricus. *Alae* subhyalinae, stigmate radio radice et squamula fuscis, areola subquinqueangulari. *Pedes* subcrassiusculi, antici tibiis et femorum apice rufoferrugineis. *Abdomen* capitis thoracisque longitudine et latitudine, oblongo-ovatum, apice acuto, segmento 1 lineis duabus elevatis, aciculato, nigro, apice castaneo, 2—5 castaneis, 2 basi aciculata, 5 maculis duabus nigris. *Aculeus* exsertus brevissimus.

Individuum unicum nescio unde e *Germania* accepi.

233. I. CASTANIVENTRIS. n.

Abdomine rufo, segmento primo nigro; tibiis rufis, posticis apice nigro; antennarum annulo albo. f.

Longitudo 5—6 linearum. *Caput* palpis fuscis, mandibulis interdum badiis. *Antennae* capitis

thoracisque longitudine, apice involutae, articulis 8—14 aut 10—14 supra albis. *Thorax* cylindricus aut gibbocylindricus. *Alae* hyalinae aut flavescenti- vel fumato-hyalinae, stigmate ferrugineo, radio radice et squamula nigris, areola triangulari. *Pedes* mediocres aut crassiusculi; anteriores nigri, femorum apice nec non tibiis tarsisque, vel totis vel infra, ferrugineis aut testaceis; postici vel nigri, tibiis ferrugineis aut rufocastaneis apice nigro, apice femorum interdum ferrugineo, vel rufi, coxis et trochanteribus nec non apice femorum et tibiarum nigris, tarsis fuscis. *Abdomen* oblongoovatum capitis thoracisque longitudine vel paulo longius, vix autem paulo angustius, apice acuto, rufum aut rufocastaneum, segmento 7 dilutiore, 1 nigro, interdum apice, rarius parte antica tota, castaneo aut rufo, subtilissime aciculato; 2 basi subtilissime aciculata. *Aculeus* exsertus, brevissimus, niger.

Feminam *fennicam* misit *Sahlberg*, *austriacam Dahl*; tertiam cepi mense Julio in frutetis prope *Grohnde*, quartam, eamque minorem, statura pedibusque gracilioribus, femoribus posticis rufis apice nigro, mense Augusto in frutetis prope *Cosel*.

234. I. CASTANEUS.

Abdomine pedibusque rufis, coxis et trochanteribus nigris; antennarum annulo albo. f.

Statura et proportio partium sicut in antecedente, sed antennis pedibusque longioribus et graciilioribus.

Longitudo 5½ linearum. *Caput* orbitis oculorum frontalibus tenuibus testaceis. *Antennae* corpore dimidio longiores, pauloque longiores quam in varietatibus 1 et 2, apice incurvae; articulo 1 subtus rufo; 8—14, vel eorum plurimis, albis subtus plerumque puncto ferrugineo aut fusco. *Thorax* subgibbus. *Alae* hyalinae, stigmate testaceo, radio et radice ferrugineis seu fuscescentibus, squamula fusca, areola subquinqueangulari. *Pedes* mediocres, rufi, coxis et trochanteribus nigris. *Abdomen* rufocastaneum, capite thoraceque longius, thoracis latitudine, apice acuto; segmentis 2—4 aequilatis, 1 lineis duabus elevatis obsoletis. *Aculeus* exsertus brevissimus niger.

Feminam unicam cepi, cum duabus varietatis primae, die 31 Maji in vallo *gottingensi*.

Varietates:

1. *Scutello rufescente*. f. — *Longitudo* fere 5 linearum. *Thorax* interdum linea rufa infra scutellum. — Caetera sicut in femina genuina, cum qua etiam eodem loco capta est.

2. *Femoribus maximam partem nigris.* f. — *Longitudo* fere 5 linearum. *Caput* interdum orbitis oculorum frontalibus tenuibus flavicantibus. *Antennae* articulo 1 subtus puncto castaneo. *Pedes* anteriores rufi, coxis et trochanteribus nigris, femorum latere altero fusco; postici nigri, femorum basi summa badia, tibiis badiis apice nigro.

Unum individuum *Fehler* prope *Gottingam* cepit; alterum *Manger* prope *Warmbrunn*, idque orbitis oculorum frontalibus flavicantibus, antennis crassioribus quam in reliquis hujus speciei individuis, fere aeque crassis ac in *Ichneum. castaniventre*, inter quem et *castaneum* haec varietas quasi medium tenet.

3. *Pedibus anterioribus nigris, posticis rufis.* f. — *Longitudo* $3\frac{2}{3}$ linearum. *Antennae* gracilissimae, fere graciliores quam in femina genuina. *Pedes* anteriores nigri, subtus tibiis et femorum apice eborinis; postici rufi, coxis et trochanteribus nigris, tibiarum apice summo nigricante, tarsis fuscis. — Caetera sicut in specie genuina.

Individuum *genuense* a *Spinola* mecum communicavit.

4. *Scutello rufo, abdominis apice nigro.* f. — *Longitudo* fere 4—$4\frac{2}{3}$ linearum. *Caput* interdum orbitis oculorum frontalibus tenuibus albidis. *Antennae* vel nigrae, articulis 10—13 albis; vel articulis 1 et 2 nigris, 3—8 fuscis, 9—14 albis subtus puncto fusco, sequentibus fuscis. *Thorax*

puncto ante alas, altero infra alas, lineolaque infra scutellum, rufis aut obsoleteferrugineis. *Scutellum* rufum aut ferrugineum. *Alae* subfumatohyalinae, irideae, stigmate testaceo, radio radice et squamula ferrugineis aut fuscescentibus, areola quinqueangulari aut subquinqueangulari. *Pedes* vel rufi, coxis et trochanteribus nigris; vel femoribus anticis testaceis, mediis rufis latere altero fusco, posticis nigrofuscis basi rufa; tibiis rufis, posticis apicem versus subfuscescentibus; tarsis rufis, posticis subfuscescentibus. *Abdomen* rufum; segmento 5 vel toto nigro vel basi castaneo; 6 et 7 nigris.

Unam feminam cepi in monte *Zobtenberg* prope *Zobten*, medio Maji; alteram *pedemontanam*, eamque minorem, capite toto nigro, pedibus paululum gracilioribus magisque colore nigro imbutis, *Bonelli* transmisit.

5? *Abdominis basi apiceque nec non pedibus anterioribus nigris; facie albomaculata.* m. — *Longitudo* 4 linearum. *Caput* palpis, clypeo, macula cordiformi faciei, orbitisque facialibus, albis. *Antennae* porrectae, corpore paulo breviores; articulo 1 subtus puncto albo. *Alae* fumatohyalinae, stigmate piceo, radio radice et squamula fuscis, areola subtriangulari. *Pedes* anteriores nigri, tarsis tibiisque subtus testaceoalbidis, femoribus anticis subtus totis, mediis solo apice, testaceoalbidis; postici coxis et trochanteribus nigris, femoribus tibiisque rufis, his apicem versus

nigris, tarsis nigris. *Abdomen* capite thoraceque paulo longius et paulo angustius; segmento 1 nigro margine rufo, 2—6 latitudine aequali rufis, 6 et 7 nigris.

Unicum marem *austriacum Bessero* debeo.

Synonyma:

Ichn. castaneus Grav. Pedem. n. 95. — Varietas illic descripta ad nostram varietatem 4 spectat.

Nota:

Feminae hujus speciei, habitu, statura, forma et proportione partium, praecipue aculeo exserto, propius accedunt ad *familiam primam Cryptorum*, solisque pedibus paulo crassioribus distinguuntur, licet individuum pedemontanum varietatis quartae etiam pedibus paululum gracilioribus a reliquis individuis hujus speciei differat. Praeter colorem autem, haec species quoque antennis gracilioribus et crassioribus variat. Quaeritur, an forsan quaedam varietates, praesertim varietas tertia et varietas quinta, quam interrogative pro mare feminarum reliquarum descripsi, species sint peculiares?

235. I. AULICUS. n.

Segmentis 1—3 tibiis et tarsis testaceoflavis; annulo antennarum flavo. m.

Longitudo 4¾ linearum. *Antennae* porrectae, setaceae, corpore breviores, vel articulis 7—11 et 18—19 subtus, 12—18 totis, flavis, vel solis articulis 13—16 flavis subtus puncto nigro. *Thorax* gibbulus, metathorace tuberculis duobus acutiusculis. *Alae* fumatohyalinae, stigmate rufo, radio fusco, radice fusca aut picea, squamula nigra, areola quinqueangulari. *Pedes* subgraciles, coxis et trochanteribus nigris; femoribus anticis testaceorufis, basin versus nigris, posterioribus nigris geniculo testaceorufo; tibiis tarsisque testaceoflavis. *Abdomen* subtilissime et confertissime punctum, capite thoraceque paulo longius, thoracis latitudine, ovatolanceolatum, depressiusculum; segmento 1 diluterufo, lineis duabus elevatis; parte antica latitudine longitudinis, duplo breviore et duplo latiore quam petiolus; 2—3 testaceoflavis, 3 marginem versus nigro, margine summo ipso rufo; sequentibus nigris, 4 interdum margine summo tenui rufescente.

Marem unum e *Volhynia Besser* mecum communicavit, alterum, prope *Trajectum ad Moenum* captum, cumque articulis pluribus antennarum flavis, *de Heyden*.

236. I. ALBILARVATUS.

Abdomine rufo basi nigra, tibiis anterioribus rufis, facie et annulo antennarum albis. m.

Longitudo 4¾—5 linearum. *Caput* facie oreque albis, mandibularum apice nigro. *Antennae* porrectae corporis longitudine; articulo 1 subtus albo, 15—20—21 totis albis, interdum etiam 10—14 et 22 subtus albis, vel 2—14 et 21 cum sequentibus subtus ferrugineis. *Alae* subhyalinae, radio et stigmate fuscis, radice et squamula nigris. *Pedes* mediocres, nigri; anteriores vel tarsis tibiis femoribusque rufis, his latere convexo fuscescente, vel nigri femoribus subtus testaceis, tibiis tarsisque subtus ferrugineis. *Abdomen* thorace angustius et longius; segmento 1 nigro lineis duabus elevatis, 2 rufo basi nigra, 3 et 4 vel totis rufis vel basi summa obscuriore, 5 et 6 vel fuscescentibus margine rufo vel rufis basi summa obscuriore, 7 fusco.

Unum individuum *Bonelli* e *Regione pedemontana* mihi transmisit, alterum vidi in museo *Comitis de Hoffmannsegg*.

Varietas:

1. *Abdomine nigro, segmentorum marginibus castaneis*. m. — *Antennae* nigrae, articulis 10—20 albis subtus puncto fusco. *Pedes* anteriores femoribus rufis supra nigris, tibiis tarsisque testaceis

supra fuscescentibus. *Abdomen* segmentis 2—6 margine et lateribus castaneis.

Unicum individuum *Besser* e *Volhynia* transmisit.

Synonyma:

Ichn. albilarvatus Grav. Pedem. n. 96.

237. I. PULCHRICORNIS. n.

Segmentis 1—3 nec non basi quarti rufis; pedibus rufis, coxis et trochanteribus nigris, femoribus posticis fuscis basi rufa; antennis tricoloribus. f.

Statura et proportione partium haec femina medium tenet inter *Ichneum. castaneum* et *quadriannulatum*; illo est paulo crassior, hoc paulo gracilior.

Longitudo 4 linearum. *Caput* vestigio orbitarum internarum albarum. *Antennae* corpore dimidio paululum longiores; art. 1 et 2 nigris subtus rufis; 3—8 rufis, 9—14 albis subtus puncto fusco, sequentibus fuscis subtus ferrugineis. *Alae* subfumatae, stigmate testaceo, radice et squamula ferrugineofuscis, areola subquinqueangulari. *Pedes* rufi, coxis et trochanteribus nigris; postici femoribus basi et latere altero fere toto rufis, tarsis et summo tibiarum apice fuscis. *Abdomen* capite thoraceque paulo longius, thoracis latitudine, ovatolanceolatum; segmentis 1—3 rufis,

3 margine fuscescente, 4 rufo apice nigro, sequentibus nigris.

Unicam feminam cepit *Manger* prope *Warmbrunn*.

238. I. SEMIVULPINUS. n.

Coxis posticis calcaratis; segmentis 1—5 pedibusque rufis, coxis et trochanteribus nec non genubus posticis nigris; antennis tricoloribus. ♀.

Statura et proportio partium feminae sequentis, cum qua haec etiam antea conjuncta erat, sed coxis posticis calcaratis et antennis gracilioribus differt.

Longitudo 2⅔ linearum. *Antennae* curvatae, dimidii corporis longitudine; articulis 1 et 2 fuscis, 3—6 rufis, 7—9 rufofuscis, 10—13—14 albis, sequentibus fuscis. *Alae* subfumatae aut subhyalinae, stigmate et radio piceis aut stramineis; radice albida, squamula fusca aut fuscoferruginea, areola quinqueangulari. *Pedes* rufi aut fulvi, coxis et trochanteribus nigris; posticis coxis calcare longo (sicut in Ichneum. culpatore n. 227) armatis, apice femorum et tibiarum nigro aut fusco, tarsis fuscis. *Abdomen* segmentis 1—5 rufis aut fulvis, petiolo nigro.

Individuum austriacum alterumque brisgoviense *Dahl* et *Menninger* mecum communicaverunt.

289. I. CELERATOR.

Segmentis 1—4 pedibusque rufis, coxis et trochanteribus nec non geniculis posticis nigris, antennis tricoloribus ♀.

Longitudo 2½—4, rarissime 5 linearum. *Antennae* vix dimidio corpore paulo longiores, apice involuto, articulo 1 nigro aut ferrugineo, 2—4—5 rufis aut ferrugineis aut ferrugineofuscis, 5—8 vel 6—9 nigrofuscis aut ferrugineis, 8—13, vel plurimis eorum, albidis, subtus fuscescentibus aut ferrugineis, sequentibus fusconigris. *Thorax* cylindricus. *Alae* fumatohyalinae, stigmate et radio piceis aut nigris, radice albida aut picea, squamula nigra aut ferruginea, areola quinquangulari. *Pedes* mediocres, rufi, coxis et trochanteribus nec non femorum posticorum apice nigris, rarius etiam femorum mediorum apice nigricante, tibiarum posticarum summo apice, plerumque etiam tarsis posticis, fuscescentibus; unguibus omnibus fuscis. *Abdomen* capitis thoracisque longitudine et latitudine, apice subobtuso; segmento 1 laevi, rarius nigro margine rufo, plerumque rufo petiolo fuscescente aut nigro, 2—4 rufis, sequentibus nigris. *Aculeus* subexsertus niger.

Feminas plures cepi mensibus Junii et Julii in *Hercynia* et in luco prope *Ahdenstedt*, copiosissimas autem, mensibus Julii et Augusti, in umbellatis regionis nemorosae circa fontem salutarem helmstadiensem. Plures etiam in *Silesia*, *Austria*,

Bavaria, Franconia, Brisgovia, circa *Trajectum ad Moenum* et *Genuam*, nec non in *Regione pedemontana*, in *Anglia* et *Tauria*, captas, accepi. Individuum unicum, magnitudine insigni 5 linearum, a *Steven* e *Tauria* transmisit.

Varietates:

1. *Antennis bicoloribus, nigrofuscis basin versus rufis.* — *Antennae* vel 1) articulis 1—7—13 rufis aut ferrugineis; vel 2) articulo 1 nigro, 2—5—7 rufis aut ferrugineis, rarius tantum 3 et 4 ferrugineis. *Femora* postica rarissime fere tota rufa, vix summo apice nigricante. — Caetera sicut in specie genuina.

Plures feminas *Manger* prope *Warmbrunn* cepit; duae prope *Trajectum ad Moenum* et prope *Sickershausen* captae, mihi transmissae sunt; tres *Hope* cepit circa *Netley*, inter quas mihi ea antennis fere totis nigris.

2. *Antennis nigris annulo albo.* ♂. — *Longitudo* 3 linearum. *Antennae* articulis 10—12 tribus lateribus albis. *Thorax* puncto albo infra alas. *Abdomen* segmento 1 rufo petiolo nigro, 2—4 rufis, 5 rufo basi nigra margine stramineo, 6 et 7 nigris margine tenui stramineo. — Caetera cum femina genuina conveniunt.

Unicum individuum prope *Trajectum ad Moenum* captum, *de Heyden* mecum communicavit.

Synonyma.

Ichn. celerator Gravenh. Hebers., n. 3940. — Pedemont., n. 97.

Ichn. upsaliensis Fourcroy p. 409, n. 49.

Ichn. Geoffroi p. 341, n. 48 (exclusa autem icone 1 tabulae XVI, quae, ex opinione Illigeri in ed. II Rossii p. 65, n. 760, forsan speciei 49 Geoffroii adscribenda est).

Nota.

1. Color antennarum feminarum genuinarum et varietatum sensim mutatur sensimque ex illis in has transit. Individua majora omnia ad speciem genuinam pertinent; media et minora inter feminas genuinas aeque ac inter varietates reperiuntur.

2. Geoffroi l. c. allegat *Ichneumonem Linn. Faun. Suec.*, *n.* 970, quem Linneus postea, in Faunae Sueciae editione altera, n. 1608, cum *Ichn. incubitore* conjunxit. Sed Linneus, sub hoc nomine, plures vel saltem duas species confudisse videtur; Ichneumon enim, in Faunae editione 1 descriptus, forsanque ad hanc nostram speciem adhibendus, abdominis rufi apice nigro gaudet, nulla maculae albae facta mentione; *Ichneumon incubitor* autem, in Faunae editione altera et in Systemate Naturae p. 933, n. 26, descriptus, differt ab illo macula alba in abdominis apice nigro. In eandem ambiguitatem inciderunt multi alii auctores, qui descriptiones et diagnoses Linnei

verbotenus receperunt. Conferas ad haec quae sub *Ichn. incubitori* monebo.

3. *De Hayden* misit mihi individuum *Ichn. celeratoris feminae*, alterumque *Phygadeuontis quadrispini feminae*, cum notitia, se haec duo individua, in flore Euphorbiae, copula juncta vidisse, celeratorem marem fuisse quadrispini; metu, ne par junctum avolaret, se ambo cepisse, eodem autem momento par se disjunxisse, ante disjunctionem vero partes genitales amborum junctas fuisse. Graviter tamen vereor, ne vir illustris se fefellerit, nec veram copulam sed forte nil nisi effectum impetuosum aestus cujusdam libidinosi horum animalculorum observaverit, qualem alii quoque entomologi in aliis insectis viderunt. *Ichn. celerator* noster, licet aculeus prorsum absconditus sit, e forma corporis totius et antennarum pro femina, nec pro mare, habendus est. *Phyg. quadrispini* femina autem non solum metathorace quadrispino et forma segmenti primi, nec non colore segmenti quarti et pedum posticorum satis ab Ichneumone celeratore differt, sed his notis omnibus, reliquisque aliis, cum suo mare, quem ego ei nuptum dedi, exactissime convenit. — Quaeritur autem num forsan *Ichn. latratoris* individua mascula, antennis subtus fulvis, mares sint *Ichn. celeratoris*. Hope utramque speciem cepit copiose circa *Netley*.

240. I. AUSTRIACUS, n.

Segmentis 1—5 femoribus tibiisque rufis. m. f. (*femina* antennarum annulo albo).

Longitudo 3 linearum. *Caput* maris mandibulis et clypeo stramineis, illis basi apiceque nigris. *Antennae* maris porrectae, setaceae, dimidio corpore longiores, totae nigrae; feminae dimidio corpore paulo longiores, apice involutae, articulis 10—15 tribus lateribus albis. *Thorax* gibbulocylindricus, maris punctis duobus obsoletis albis ad radicem alarum. *Alae* fumato-hyalinae, stigmate et radio fuscis, radice nigra, squamula alba, areola quinqueangulari. *Pedes* maris graciliores quam feminae, rufi, coxis et trochanteribus nigris, coxis posticis feminae subtus badiis; mari tarsis posticis et tibiarum posticarum apice nigricantibus. *Abdomen* capitis thoracisque longitudine et latitudine, vel paulo angustius, feminae apice subacuto et crassiore quam mari; segmento 1 rufo petiolo nigro, 2—4 rufis, 5 maris rufo feminae nigro basi et margine summo rufis, 6 maris rufo apice nigro feminae toto nigro, 7 nigro.

Marem et feminam *Dahl* misit ex *Austria*.

241. I. ELEGANS. n.

Segmentis 1—3 rufis; pedibus rufis, posticis femorum et tibiarum apice nigro; antennis tricoloribus. ♀.

Statura et alis haec femina convenit cum femina genuina *Ichn. celeratoris*, n. 239, colore abdominis et pedum cum *Ichn. gravi*, n. 247.

Longitudo 6 ⅓ linearum. *Caput* ore ferrugineo. *Antennae* articulis 1—7 rufis, 8—13 albis; sequentibus fuscis subtus ferrugineis. *Alae* subfumatohyalinae, stigmate radice et squamula rufis, radio fusco basin versus rufo. *Pedes* rufi, postici apice femorum et tibiarum nigro. *Abdomen* segmentis 1—3 rufis, 1 interdum macula dorsali nigra; 4—7 nigris, 4 interdum basi summa nigra.

Duo individua prope *Warmbrunn* capta, *Manger* mihi transmisit.

241 b. I. BELLUS. n.

Segmentis 2—4 pedibusque rufis; horum posticis geniculo, apice tibiarum, tarsisque, nigris. ♀.

Haec femina differt a praecedente *elegante*, nec non a *celeratore*, n. 239, quibus primo aspectu affinis esse videtur, abdomine ejusque segmento primo latioribus magisque depressis.

maximum ab Uechtritz mense Julii in monte *Schneeberg* (prope *Landeck*), altitudine 4000 pedum, in flore Chaerophylli hirsuti cepit. Plures mares *Hope* legit circa *Netley*.

Varietates.

1. *Femoribus anterioribus nigromaculatis, stigmate piceofusco.* m. — Longitudo vix 3 linearum. *Caput* totum nigrum. *Antennae* subtus ferrugineae, articulis 1—4 totis nigris. *Alae* subfumatohyalinae, stigmate et radio piceo-fuscis; radice alboflava, squamula nigra, areola quinqueangulari. *Pedes* anteriores diluterufi, coxis trochanteribus et latere convexo femorum nigris; postici nigri, femorum basi tibiisque rufis, his apice nigro; tarsis nigrofuscis. *Abdomen* segmentis 2—4 nec non margine primi, diluterufis.

Unum individuum *fennicum* *Sahlberg* mihi transmisit.

2. *Segmentis 2 et 3 solis rufis.* m. — Longitudo $3\frac{1}{2}$—4 linearum. *Abdomen* segmentis 2 et 3, plerumque etiam margine primi, rufis. — Caetera sicut in specie genuina.

Duo individua *Minger* prope *Warmbrunn* cepit; unum ipse in flore Petroselini circa *Helmstadium* mense Augusto prehendi; quartum *Besser* e *Volhynia* transmisit.

3. *Segmentis 2 et 3 rufis, femoribus mediis nigris.* m. — *Longitudo* 4—$4\frac{1}{4}$ linearum. *Caput*

mandibularum basi et puncto laterali clypei dilute-rufis. *Antennae* nigrae. *Alae* subhyalinae, stigmate et radice testaceis, radio et squamula fuscis, areola quinqueangulari. *Pedes* femoribus anticis rufis, mediis vel rufis latere convexo macula nigra vel nigris latere altero apicem versus testaceo, posticis nigris basi rufa; tibiis flavis, posticis apice nigro. *Abdomen* segmento 1 margine rufo, 2 et 3 rufofulvis, 4 summa basi fulva.

Individua duo *Manger* prope *Warmbrunn* cepit.

4. *Segmentis 2 et 3 rufis, femoribus anterioribus nigris.* m. f. — *Longitudo* 3½—4 linearum. *Caput* nigrum, maris interdum clypeo orbitis oculorum internis et punctis duobus minutis infra antennas albis. *Antennae* maris vel totae nigrae vel subtus apicem versus ferrugineae; feminae paululum graciliores quam in femina genuina, articulo 3 subtus ferrugineo, 9—14 tribus lateribus albis. *Thorax* feminae metathorace minus declivi quam feminae genuinae. *Alae* fumatohyalinae, stigmate testaceo aut piceo, radio et squamula fuscis, radice flava aut fusca. *Pedes* femoribus anterioribus feminae nigris apice rufo, maris anticis subtus totis, mediis apice solo testaceis aut fulvis; tibiis feminae rufis, maris dilutioribus aut flavicantibus, posticis apice nigro; tarsis rufis, posticis articulorum apicibus, rarius in mare totis, nigris. *Abdomen* segmentis 2 et 3 rufis aut fulvis, 3 interdum apice nigro; 1 feminae macula apicali rufa.

Marem unum, facie albomaculata, ipse cepi mense Augusto prope *Helmstadium* in umbellatis; alterum, segmento 6 apice nigro, *Manger* cepit prope *Warmbrunn*; tertium, segmentis 2 et 3 fulvis, *Sahlberg* e *Fennia* transmisit. Feminam unicam *pedemontanam Bonellio* debeo.

5. *Segmentis 2 et 3 rufis, facie flavomaculata*, m. — *Longitudo* 3—4 ⅕ linearum. *Caput* ore, orbitis oculorum facialibus, plerumque puncto laterali clypei, interdum etiam punctis duobus infra antennas, flavis. *Antennae* subtus articulo 1 flavo, sequentibus vel omnibus fulvis vel fuscis apicem versus ferrugineis. *Alae* stigmate et radice fulvis, radio fusco, squamula fusca apice testaceo-rufo vel tota testacea. *Pedes* sicut in mare genuino, tarsis posticis interdum totis fuscis. *Abdomen* segmento 1 apice rufo, 2 et 3 nec non basi summa quarti rufofulvis.

Marem unum cepi cum varietate antecedente; duos alios, prope *Warmbrunn* captos, *Manger* mihi transmisit; quartum, circa *Netley* captum, omnium minimum est.

6. *Segmentis 2 et 3 rufis, femoribus anterioribus supra nigris, facie flavomaculata.* m. — *Longitudo* 4 ¼ linearum. *Caput* ore, orbitis oculorum internis, punctoque laterali clypei, albis. *Antennae* articulo primo subtus albo. *Thorax* puncto albo infra alas. *Alae* stigmate piceo-testaceo, radio fusco, radice et squamula albis. *Pedes*

femoribus anticis fulvis supra nigris, mediis nigris subtus apicem versus fulvis, caeterum sicut in mare genuino. *Abdomen* segmentis 2 et 3 fulvorufis.

Marem unicum *fennicum* *Sahlbergio* debeo.

7. *Segmentis 2 et 3 rufis, femoribus anterioribus supra nigris, facie flava.* m. — *Longitudo* 3—3½ linearum. *Caput* ore et facie flavis. *Antennae* vel totae nigrae, vel subtus articulo 1 flavo sequentibus ferrugineis. *Alae* stigmate radio et squamula fuscis, radice picea, areola quinqueangulari. *Pedes* femoribus anterioribus subtus dilute rufis; tibiis diluterufis aut flavicantibus, posticis apice nigro, interdum mediis subtus apice fuscescente; tarsis rufis, posticis interdum fuscis. *Abdomen* interdum paulo brevius quam in reliquis varietatibus; segmentis 2 et 3 rufis aut rufofulvis, 3 rarius macula marginali dorsali nigra, 1 interdum apice rufo.

Quaedam individua *silesiaca* mecum communicata sunt.

8. *Segmentis 2—5 rufis.* m. — *Longitudo* 4—4½ linearum. *Alae* fumatohyalinae, stigmate et radio fuscis, radice flava, squamula nigra. *Abdomen* segmento 1 puncto marginali rufo, 2—5 rufis, 6 interdum margine obsolete rufescente. — Caetera sicut in plurimis speciei genuinae individuis, antennis interdum totis nigris.

Duo specimina e *Volhynia* accepi; unum *Hope* cepit circa *Matlock*, idque antennis totis nigris.

Synonyma:

Ichn. latrator Fabr. Spec. p. 431, n. 69. — Ent. Syst. II, p. 167, n. 139; habitat in *Anglia*.

„ Gmelin ed. Linn. p. 2692, n. 149.

„ Villers p. 176, n. 123.

„ Olivier p. 188, n. 123.

„ Gravenh. Pedemont., n. 98.

„ *oblongus* Schrank Boica, n. 2113.

Nota:

1. Haec species perquam variabilis varietatibus quibusdam, imprimis varietate prima, prope ad *Ichneum. mutabilem* accedit.

2. Huc autem nullo modo referri potest *Ophion latrator* Fabr. Piez. p. 135, n. 23, licet Fabricius ipse illum Ichneumonem latratorem ad hunc Ophionem adhibuerit. Auctor manifesto duas species confudit, dicit enim in Entomologia systematica, loco citato, *Ichneumonem latratorem* affinem esse *Ichneumoni elongatori*, quod autem a nulla ad genus Ophionum spectante specie dici potest. — Ad Ophionem spectat etiam *Ichn. latrator* Schrank Boica, n. 2142. — *Ichn. latrator* Olivier p. 184, n. 105, a Schrankio in Austr., n. 726 jam sub nomine *Ichn. latronis* descriptus, ad nostrum *Ophionem latronem* redigendus est. — Forsan autem Ichneumonis Geoffroyi pag. 357, n. 82 descripti (*Ichn. Cepae* Fourcroy pag. 421, n. 83) varietas femoribus posticis nigris, et *Ichn. cepa-*

rum Schrank Boica, n. 2092 varietates A—C ad nostrum *Ichn. latratorem* adhiberi possent, forsan autem ad *Tryphonem rutilatorem*, quem conferre velis.

243. I. CONFECTOR. n.

Segmentis 1—4 pedibusque rufis, antennis tricoloribus. f.

Statura et partium proportio omnino *Ichn. celeratoris* feminae.

Longitudo 2½—3¼ linearum. *Antennae* articulis 1—5 rufo- aut fusco-ferrugineis, 6—9 fuscis, 10 et 11 sordide albis lateribus ferrugineis subtus fuscis, reliquis fuscis. *Alae* fumatohyalinae, stigmate et radio fuscis, radice stramineo-alba, squamula rufa aut fuscescente, areola quinqueangulari, rarius subquinqueangulari. *Pedes* rufi, postici interdum apice femorum et tibiarum nigro. *Abdomen* segmentis 1—4 rufis, rarius castaneis.

Individua quaedam *austriaca Dahl* transmisit, unum e *Tauria a Steven*; unum ipse cepi die 12 Julii prope *Scheidnich* in gramine, idque apice femorum tibiarumque posticorum nigro.

244. I. GUTTULATUS. Grv.

Segmentis 1—4 pedibusque rufis, punctis duobus ad alarum radicem annuloque antennarum albis. f.

Longitudo 3 linearum. *Caput* mandibulis et palpis ferrugineis. *Antennae* tenues, filiformes, dimidio corpore vix paulo longiores, curvatae; articulis 1—8 nigris subtus ferrugineis, 9—11 albidis, reliquis fuscoferrugineis. *Thorax* cylindricogibbulus, puncto ante alas alteroque infra alas albis. *Alae* subfumatohyalinae, stigmate fusco, radio piceo, radice et squamula flavescentibus, areola subquinqueangulari. *Pedes* subgraciles, rufi, coxis basi nigris, tarsis posticis fuscescentibus. *Abdomen* capitis thoracisque longitudine et latitudine; segmentis 1—4 rufis, petiolo nigro. *Aculeus* exsertus, brevissimus.

Feminam unicam *Roentgen* cepit mense Junii in *Hercynia*.

Varietates:

1. *Puncto albo ante alas deficiente*. f. — Hoc individuum medium tenet inter hanc speciem et antecedentem; antennis gracilioribus magis cum *guttulato* convenit, pedibus crassioribus magis cum *confectore*. — *Longitudo* 3 ½ linearum. *Antennae* articulo 1 nigro, 2—10 ferrugineis supra fuscis, 11 et 12 albidis subtus ferrugineis, reliquis ferrugineis. *Thorax* lineola alba infra alas.

— Caetera sicut in specie genuina, colore rufo pedum et abdominis obscuriore.

Individuum unicum *austriacum* accepi.

2. *Thorace toto nigro, coxis et trochanteribus supra nigris.* f. — *Statura* paulo gracilior quam in femina genuina. — *Longitudo* 2½ linearum. *Antennae* articulis 1—8 fuscis, 1 subtus ferrugineo, 9—11 albis subtus ferrugineis, reliquis ferrugineis. *Alae* paulo angustiores quam in femina genuina, fumatohyalinae, stigmate et radio fusco-piceis, radice albida, squamula dilute rufa. *Pedes* coxis et trochanteribus nigris, anterioribus infra ferrugineis. *Abdomen* sicut in specie genuina.

Individuum unicum *fennicum* Sahlberg transmisit.

245. I. MELANOGONUS.

Coxis posticis calcaratis; abdomine rufo, apice nigro; pedibus rufis, posticis geniculis nigris; antennis tricoloribus. f.

Longitudo 2—3 linearum. *Caput* palpis pallidis, mandibulis rufis aut ferrugineis apice nigro. *Antennae* dimidii corporis longitudine, curvatae aut involutae, articulis 1—6 rufis aut ferrugineis, 1 et 2 interdum supra fuscis, 7—9 fuscis ferrugineisve vel supra fuscis subtus ferrugineis, 9 interdum supra albo, 10—12—13 albis subtus plerumque fuscis, reliquis fuscis aut nigris. *Thorax*

cylindricogibbulus. *Alae* subfumatae, stigmate piceo aut rufo aut fusco, radio fuscescente, radice straminea, squamula straminea aut picea aut rufa. *Pedes* rufi; postici coxis subtus dente parvo acuto armatis, femorum tibiarumque apice nigro; interdum coxis et trochanteribus anticis flavescentibus. *Abdomen* capitis thoracisque longitudine et latitudine; segmento 1 rufo, plerumque petiolo vel toto vel sola ejus basi nigro, rarius nigro apice rufo; 2—4 rufis, 4 interdum margine nigro. *Aculeus* brevissimus subexsertus.

Individua quaedam, circa *Vindobonam* et *Warmbrunn* capta, mihi transmissa sunt. Unum e *Lusitania* vidi in museo *Comitis de Hoffmannsegg*.

Varietates:

1. *Segmento primo et ultimis nigris.* f. — *Caput* interdum clypei macula fulva aut straminea. *Trochanteres* medii interdum flavicantes. *Abdomen* segmentis 2—4—5 rufis, 4 interdum margine nigricante. — Caetera cum femina genuina conveniunt.

Individua quaedam, circa *Netley Vindobonam* et *Genuam* capta, accepi.

2. *Segmento primo et ultimis, nec non basi coxarum, nigris.* f. — *Abdomen* segmento 1 nigro margine rufo, 2—4 rufis, 5 rufo apice nigro, sequentibus nigris. — Caetera sicut in femina genuina.

Unicam feminam cepi mense Augusti in umbellatis prope *Cudovam*.

3. *Coxis et trochanteribus nigris.* f. — Longitudo 3 — fere 4 linearum. *Antennae* articulis 1 et 2 nigris, 3—6—7 rufis, 7—10 vel 8—10 fuscis, 11—14 albis subtus puncto fusco, sequentibus fuscis. *Alae* fumatohyalinae aut subfumatae, stigmate radio et squamula fuscis, radice albostraminea. *Pedes* coxis et trochanteribus nigris, dente coxarum posticarum longiore quam in reliquis hujus speciei individuis; postici apice femorum et tibiarum nigro, tarsis fuscis. *Abdomen* rufum, petiolo et segmentis 6 et 7 nigris.

Individua duo cepi in frutetis prope *Scheidnich*, mensibus Maji et Julii; tertium, idque minimum, *ab Uechtritz* prope *Steglitz* cepit.

4. *Abdomine rufo basi sola nigra.* f. — *Longitudo* 2⅓ linearum. *Antennae* articulis 1—5 fuscoferrugineis, 6—10 fuscis, 11—12 sordide albis subtus fuscis, sequentibus fuscis. *Thorax* puncto albo infra alas. *Pedes* rufi, coxis et trochanteribus anterioribus pallidioribus; postici coxis et femorum tibiarumque apice nigricantibus, dente coxarum magno. *Abdomen* rufum, segmento 1 nigro. — Caetera sicut in femina genuina.

Unicum individuum *austriacum Dahl* mecum communicavit.

5. *Antennis subtricoloribus.* f. — *Longitudo* 2⅔ linearum. *Antennae* rufae, articulis 9—11

vix subpallidioribus, reliquis supra fuscis. *Alae* stigmate et radio fuscis, hoc basin versus pallido, radice exalbida, squamula dilute fulva. *Abdomen* segmentis 1—4 totis rufis. — Caetera cum feminis genuina conveniunt.

Unicum individuum *pedemontanum* Bonelli transmisit.

5^b. *Antennis subtricoloribus, abdominis medio rufo, coxis posticis nigris, femoribus posticis medio nigris.* f. — *Longitudo* 2⅔ linearum. *Antennae* articulis 1—6 rufis, sequentibus nigro-fuscis, 10—12 autem supra rufis. *Alae* subfumato-hyalinae, stigmate radice et squamula rufescentibus, radio fusco. *Pedes* rufi, coxis nigris, femoribus posticis superne macula media nigra. *Abdomen* segmentis 2—4 rufis.

Unicam feminam *Hope* cepit circa *Netley*.

6. *Coxis posticis subcalcaratis, abdomine medio rufo.* f. — *Longitudo* inter 2 et 3 lineas. *Antennae* articulis 1 et 2 vel totis nigris aut rufis, vel subtus rufis, 3—5 rufis, 6—8 fuscis, 9—14 vel eorum plurimis albis subtus fuscis aut ferrugineis, reliquis fuscis. *Alae* subfumatohyalinae, stigmate et radio fuscis, radice testacea aut albida, squamula fusca aut rufescente. *Pedes* rufi, postici apice femorum et tibiarum nigricante; plerisque etiam coxis et trochanteribus omnibus nigris, tarsis posticis fuscis; coxis posticis dente minuto obtusiusculo, interdum fere obsoleto, instructis.

Abdomen segmento 1 vel toto vel solo petiolo vel medio dorsali nigro, 2—4—5 rufis.

Individuum unum cepi uno eodemque loco et die cum varietate secunda; alterum die 9 Septembris in monte *Tafelfichte* prope *Flinsberg*; tertium *Richter* prope *Vratislaviam* cepit; quartum *Sahlberg* e *Fennia* transmisit, idque segmento primo toto nigro, coxis et trochanteribus totis rufis, dente coxarum posticarum subobsoleto, a reliquis distinctum. duo individua, maximum et minimum, *Hope* cepit circa *Netley*.

6^b. *Coxis posticis nigris subcalcaratis, antennis bicoloribus*, f. — *Longitudo* fere 3 linearum. *Antennae* ut in var. 5^b. *Alae* subfumatohyalinae, stigmate dilutepiceo, radio fusco, radice et squamula fulvis. *Pedes* toti rufi, solis coxis posticis nigris. *Abdomen* segmentis 2—4 rufis.

Unum individuum *Hope* cepit circa *Netley*.

7? *Coxis muticis, abdominis medio rufo, antennis coxis et trochanteribus nigris*. m.? — *Statura* et proportio partium vel *Ichn. celeratoris* vel maris *Ichn. opprimatoris*, petiolo autem breviore. — *Longitudo* 2—3 linearum. *Antennae* totae nigrae. *Alae* fumatohyalinae, stigmate radio et squamula nigrofuseis, radice testacea aut albidostraminea. *Pedes* rufi aut castanei, coxis et trochanteribus nigris; femoribus anterioribus plerumque latere convexo basin versus nigris, posti-

cis rarius latere convexo fere toto apiceque nigris; tibiis posticis interdum apice nigro; tarsis plerumque fuscis. *Abdomen* segmento 1 nigro, margine interdum badio; 2—4 rufis aut badiis; 5 interdum basi summa rufa.

Nonnulla individua passim in *Silesia* cepi, unum eodem loco et die cum varietatibus 2 et 6.

Synonyma feminae:

Ichn. melanogonus Gmel. ed. Linn. pag. 2709, n. 358.

„ Gravenh. Pedem. n. 99.

Nota:

Haec species, varietatibus quibusdam, aliis speciebus propius accedit. — Varietas tertia, ob colorem coxarum et trochanterum et calcar longius, forsan cum *Ichn. semivulpino*, n. 238, conjungi posset. — Varietatis sextae individua silesiaca, statura paulo crassiore a reliquis hujus speciei individuis distincta, *Ichneumoni fumipenni*, n. 248, propius accedunt, et inter hunc et *melanogonum* medium tenent. — Varietas septima, antequam eam ad hanc speciem redegeram, cum *Ichn. celeratore* et *opprimatore* conjuncta erat; et adhuc sub judice lis est, cuinam harum trium specierum illa varietas adsociari debeat. — Tandem quaeritur, an forsan haec species et *Ichn. semivulpinus* cum *Ichn. stimulatore* sectionis primae ad unam eandemque speciem redigendi essent.

246. I. TROGLODYTES. n.

Abdomine rufo basi nigro; pedibus rufis, posticis coxis femoribusque nigris; antennis subalboannulatis. f.

Statura et proportio partium speciei antecedentis; sed coxis muticis antennisque brevioribus et crassioribus differt propiusque ad *Ichn. gravem* et *facialem* accedit.

Longitudo vix 2 linearum. *Antennae* vix corporis dimidii longitudine, involutae, ferrugineae, articulis 1 et 2 nigris, 7—9 fuscis, 10 et 11 albidis subtus fuscis, sequentibus subtus rufis. *Alae* subfumatohyalinae, irideae, stigmate piceo, radio fusco, radice exalbida, squamula fulva, areola quinqueangulari. *Pedes* anteriores rufi; postici nigri, trochanteribus apice rufo, tibiis testaceorufis apice nigricante. *Abdomen* rufum, segmento primo laevissimo nigro. *Aculeus* brevis exsertus niger.

Unicum individuum *fennicum Sahlbergio* debeo.

Varietas:

1. *Antennis rufis.* f. — *Longitudo* 2½ linearum. *Caput* ore rufo. *Antennae* paulo longiores et graciliores quam in specie genuina, rufae, articulo 1 supra nigro, 10 et 11 supra exalbidis. *Pedes* rufi, postici coxis et femoribus nigrofuscis, his basin versus rufescentibus. — Caetera sicut in femina genuina.

Unicum individuum e *Fennia* transmissum est.

247. I. GRAVIS.

Segmentis 1—3 pedibusque rufis, posticorum tarsis et femorum tibiarumque apice nigricantibus. f.

Statura breviuscula crassiuscula.

Longitudo $2\frac{1}{2}$ linearum. *Caput* mandibulis medio castaneis. *Antennae* sericeofuscae, corporis dimidii longitudine, moniliformes, involutae, apice setaceae; articulo 1 rufoferrugineo, 2—5 fuscoferrugineis, sensim obscurioribus. *Thorax* gibbulocylindricus. *Alae* fumatohyalinae, stigmate et radio fuscis, radice exalbida, squamula fulva aut testacea, areola quinqueangulari. *Pedes* mediocres aut validiusculi, rufi, trochanteribus nigris aut fuscis, posticis tarsis et tibiarum femorumque apice nigricantibus. *Abdomen* thoracis latitudine et longitudine vel paulo longius, oblongoovatum, apice acutiusculo; segmento 1 rufo, aut dorso fuscescente, parte antica transversali triplo latiore quam petiolus; 2 et 3 rufis.

Duas feminas *austriacas Dahl* mecum communicavit.

Varietas.

1. *Tarsis omnibus, antennarum medio, segmentorum ultimorum marginibus, rufis.* f. — *Statura* et antennae graciliores sunt quam in femina genuina. — *Antennae* rufae, apicem versus fuscescentes, articulo 1 nigro. *Pedes* rufi, postici

femorum et tibiarum apice nigro. *Abdomen* capite thoraceque paulo longius et vix paululum angustius; segmentis 2—5 aequilatis, 1—3 rufis, 4 nigro angulis baseos et margine rufis, sequentibus margine tenui rufo. *Aculeus* subexsertus.

Unum individuum, prope *Trajectum ad Moenum* captum, mihi transmissum est.

248. I. FUMIPENNIS. n.

Segmentis 1—3 femoribus tibiisque rufis, antennis tricoloribus. f.

Statura et pedibus paulo crassioribus, areola minore subquinquangulari, haec femina ab *Ichn. celeritatore* differt, propiusque accedit ad speciem antecedentem, a qua vero etiam cellula minore se distinguit.

Longitudo $2\frac{2}{3}$ linearum. *Caput* ore ferrugineo. *Antennae* vix corporis dimidii longitudine, apice involutae; articulo 1 rufoferrugineo, subtus rufo, 2—8 fuscis, 9—14 albis subtus fuscis, sequentibus fuscis. *Alae* fumatohyalinae, stigmate piceo, radio et squamula fuscis, radice exalbida. *Pedes* rufi; coxis nigris, anterioribus subtus ferrugineis; trochanteribus nigris subtus ferrugineis; postici tarsis nec non femorum et tibiarum apice nigricantibus. *Abdomen* capitis thoracisque longitudine et latitudine oblongoovatum; segmentis 1—3 rufis, petiolo nigro; 4 nigro, margine summo

247. I. GRAVIS.

Segmentis 1—3 pedibusque rufis, posticorum tarsis et femorum tibiarumque apice nigricantibus. f.

Statura breviuscula crassiuscula.

Longitudo 2½ linearum. *Caput* mandibulis medio castaneis. *Antennae* sericeofuscae, corporis dimidii longitudine, moniliformes, involutae, apice setaceae; articulo 1 rufoferrugineo, 2—5 fuscoferrugineis, sensim obscurioribus. *Thorax* gibbulocylindricus. *Alae* fumatohyalinae, stigmate et radio fuscis, radice exalbida, squamula fulva aut testacea; areola quinqueangulari. *Pedes* mediocres aut validiusculi, rufi, trochanteribus nigris aut fuscis; posticis tarsis et tibiarum femorumque apice nigricantibus. *Abdomen* thoracis latitudine et longitudine vel paulo longius, oblongoovatum, apice acutiusculo; segmento 1 rufo, aut dorso fuscescente, parte antica transversali triplo latiore quam petiolus; 2 et 3 rufis.

Duas feminas *austriacas Dahl* mecum communicavit.

Varietas.

1. *Tarsis omnibus, antennarum medio, segmentorum ultimorum marginibus, rufis.* f. — *Statura* et antennae graciliores sunt quam in femina genuina. — *Antennae* rufae, apicem versus fuscescentes, articulo 1 nigro. *Pedes* rufi, postici

femorum et tibiarum apice nigro. *Abdomen* capite thoraceque paulo longius, et vix paululum angustius; segmentis 2—5 aequilatis, 1—3 rufis, 4 nigro angulis baseos et margine rufis, sequentibus margine tenui rufo. *Aculeus* subexsertus.

Unum individuum, prope *Trajectum ad Moenum* captum, mihi transmissum est.

248. I. FUMIPENNIS. n.

Segmentis 1—3 femoribus tibiisque rufis; antennis tricoloribus. ♀. f.

Statura et pedibus paulo crassioribus, areola minore subquinquangulari, haec femina ab *Ichn. celeratore* differt, propiusque accedit ad speciem antecedentem, a qua vero etiam cellula minore se distinguit.

Longitudo 2⅔ linearum. *Caput* ore ferrugineo. *Antennae* vix corporis dimidii longitudine, apice involutae; articulo 1 rufoferrugineo, subtus rufo, 2—8 fuscis, 9—14 albis subtus fuscis, sequentibus fuscis. *Alae* fumatohyalinae, stigmate piceo, radio et squamula fuscis, radice exalbida. *Pedes* rufi; coxis nigris, anterioribus subtus ferrugineis; trochanteribus nigris subtus ferrugineis; postici tarsis nec non femorum et tibiarum apice nigricantibus. *Abdomen* capitis thoracisque longitudine et latitudine oblongoovatum; segmentis 1—3 rufis, petiolo nigro; 4 nigro, margine summo

rufo; sequentibus nigris, 7 membranula alba subobsoleta.

Unicum individuum *genuense* a *Spinola* transmisit.

249. I. FACIALIS, n.

Facie, segmentis 1—3, tibiis femoribusque, rufis, punctis duobus albis ad radicem alarum. f.

Statura et proportio partium omnino *Ichn. celeratoris.*

Longitudo 2—2½ linearum. *Caput* facie sub antennis clypeoque rufoferrugineis, palpis pallidioribus. *Antennae* ferrugineofuscae aut fuscae, plerumque articulis 8—10—11 supra distinctius aut obsoletius albentibus. *Thorax* linea seu puncto ante alas, alteroque infra alas, albidis. *Alae* hyalinae, stigmate et squamula nigrofuscis, radio fusco, radice testacea, areola quinqueangulari. *Pedes* rufi, coxis, plerumque trochanterum basi, nigris. *Abdomen* segmentis 1—3 rufis petiolo nigro; 4 vel toto nigro, vel basi aut margine et lateribus rufis.

Quaedam individua *Manger* circa *Warmbrunn* cepit; unum ipse die 26 Maji prope *Gottingam* in fruticetis prehendi.

Varietates:

1. *Thorace toto nigro*. f. *Antennae* fuscae, subtus ferrugineae. *Abdomen* segmentis 1—3

rufis, 2 et 3 macula dorsali nigra; reliquis tenuissime rufomarginatis. — Caetera cum specie genuina conveniunt.

Unicum individuum in museo *Comitis de Hoffmannsegg* sub nomine *Ichn. pusillatoris* Gravenh. asservabatur, qui autem differt.

2. *Scutello albonotato, coxis rufis.* f. — *Antennae* fuscae, subtus basin versus ferrugineae articulo 1 rufo. *Scutellum* utrimque puncto albo, interdum obsoleto. *Pedes* rufi, coxis posticis summa basi nigra. *Abdomen* segmentis 1—3 rufis, 4 rufo fascia nigra, sequentibus nigris summo margine obsolete rufescente. *Aculeus* subexsertus niger. — Caetera sicut in specie genuina.

Duo individua a *Steven* e *Tauria* transmisit.

250. I. PARVULUS. n.

Segmentis 2 et 3 femoribus tibiisque rufis. f.

Statura Ichn. celeratoris, abdomine pedibusque paulo brevioribus.

Longitudo 2 linearum. *Alae* angustae, fumatohyalinae, radio et stigmate piceis, radice straminea, squamula nigra, areola subquinqueangulari. *Pedes* rufi, coxis et trochanteribus nigris. *Abdomen* capitis thoracisque longitudine et latitudine, oblongoovatum; segmento 2 toto, 3 basi et lateribus, rufis.

Unicum individuum *Dahl* ex *Austria* transmisit.

Longitudo 2 linearum. *Antennae* articulis 1 et 2 nigris, 3—6 ferrugineis, 7—9 fuscis, 10—11 ferrugineis, sequentibus fuscis. *Alae* hyalinae irideae, stigmate et radio piceis, radice pallide-flava, squamula nigra. *Pedes* rufi, coxis nigris; trochanteribus fuscis; femoribus anterioribus externe fuscis, posticis fuscis basin versus rufis; tibiis posticis apice nigricante. *Abdomen* segmentis 2 et 3 rufis, 3 margine nigricante.

Specimen unicum, circa *Warmbrunn* captum, accepi.

Nota:

Feminae hujus et sequentis speciei vix discerni possunt, antea quoque in unam speciem conjunctae erant. Quod ad feminas speciei genuinae, non solum colore sed etiam crassitie antennarum variant, nam individua varietatis primae a varietatibus 2 et 3 plerumque antennis paulo gracilioribus differunt; varietas secunda antennis paulo gracilioribus est quam tertia; haec autem, antennis paulo gracilioribus quam species insequens, medium quasi tenet inter *Ichneum. subtilicornem* et *opprimatorem*. Quin immo varietas 1 Ichn. subtilicornis fere antennis crassioribus et brevioribus gaudet quam Ichn. opprimator. Varietas secunda autem feminis *Ichn. pusillatoris* admodum affinis est, hasque cum *Ichneum. subtilicorni* conjungere videtur, individuis Mengeri quasi intermediis. Si autem mares, quos feminis *Ichn. subtilicornis* et

opprimatoris consociavi, mares earum genuini sunt, de quo attamen nondum omnia dubia sublata esse videntur, his quidem ambae species satis bene distingui possent.

252. I. OPPRIMATOR.

Segmentis 2—4 rufis; pedibus rufis, posticis nigromaculatis. m. f. (*Mas* ore et antennis subtus fulvis; *femina* antennis basin versus rufis.)

Statura et proportio partium speciei praecedentis.

Longitudo 2⅓—3 linearum. *Caput* maris ore fulvo. *Antennae* maris porrectae, paulo longiores quam feminae, fuscae, subtus fulvae; feminae articulis 2—5 rufis aut ferrugineis. *Alae* fumatohyalinae, stigmate et radio piceis, radice pallideflava, squamula pallida aut fusca. *Pedes* rufi; postici coxis ut plurimum basi nigra, rarius totis nigris aut totis rufis, femoribus vel rufis apice nigro vel nigris basi rufa, tibiis apice nigro. *Abdomen* segmento 1 plerumque apice rufescente, 2—4 rufis, 3 interdum margine nigro.

Hujus speciei par *pedemontanum Bonelli* transmisit; praeterea feminas nonnullas, in *Silesia* et *Austria* captas, accepi.

Varietates:

1. *Pedibus omnibus nigromaculatis*. f. — Longitudo 2⅔ linearum. *Pedes* antici rufofulvi, coxis

nigris; medii rufi, coxis trochanterum basi et femorum latere convexo nigris; postici nigri, trochanterum apice et femorum basi rufis, tibiis rufis apice nigro, tarsis rufescentibus. — Caetera sicut in femina genuina.

Unicam feminam *genuensem a Spinola* mecum communicavit.

2. *Segmentis 2 et 3 rufis.* f. — *Statura* minore et abdomine breviore a femina genuina differt. *Longitudo* 1¾ linearum. *Antennae* filiformes, corpore dimidio paulo longiores, articulis 2—5 interdum ferrugineis. *Thorax* subcylindricus. *Alae* subfumatohyalinae, radio stigmate et squamula piceostramineis, radice pallidestraminea; areola quinqueangulari. *Pedes* coxis fuscis, posticis interdum nigris; trochanteribus posticis, interdum etiam anterioribus, basi fuscis; femoribus posticis geniculis nigris aut fuscis, interdum etiam anterioribus geniculis subfuscescentibus; tibiis posticis apice fusco. *Abdomen* capitis thoracisque longitudine et latitudine, vel paulo longius; segmentis 2 et 3 rufis; 4 vel fusco, margine pallescente, vel rufo, basi dorsali fusca; sequentibus nigrofuscis, margine subpallescente.

Duas feminas *Manger* prope *Warmbrunn* cepit.

Synonyma:

Ichn. opprimator Gravenh. Pedem. n. 100.

Nota:

Conferas quae sub antecedente specie adnotavi.

258. I. RUFICOXATUS m.

Segmentis 1—3 coxisque rufis. f.

Statura et proportio partium omnino *Ichn. veleratorii*.

Longitudo 2⅓— fere 3 linearum. *Antennae* articulo primo nigro, sequentibus fuscoferrugineis aut fuscis. *Alae* subfumatohyalinae, stigmate fusco aut piceo, radio piceo, radice piceotestacea, squamula nigra, areola quinqueangulari. *Pedes* coxis castaneis aut rufis; trochanteribus vel totis rufis, vel basi nigris; femoribus anticis vel rufis, superne basin versus nigris, vel nigris, summa basi et apice aut latere infero toto rufis, mediis vel sicut antica, vel nigris basi summa rufa, posticis vel totis nigris vel basi summa rufa; tibiis anterioribus vel fere totis rufis, latere externo subfuscescente, vel nigris aut fuscis, anticis latere altero ferrugineis, mediis vel basi sola vel etiam latere altero toto ferrugineis, posticis vel rufis apice nigro, vel nigris basin versus plus minus ferrugineis; tarsis ferrugineofuscis, anticis dilutioribus. *Abdomen* segmentis 1—3 rufis aut rufocastaneis, rarius fulvis, rarissime etiam basi quarti rufa.

Nonnullas feminas *austriacas* unamque *genuensem* accepi; quasdam cepit *Hope* circa *Netley*, easque pedibus magis colore rufo imbutis.

254. I. ACUTUS. n.

Segmentis 2 et 3 castaneis, pedibus anticis subtus vel totis vel tibiis tarsisque rufis; antennis subannulatis. f.

Longitudo 2½—3⅓ linearum. *Antennae* dimidio corpore breviores, curvatae; articulo 1 nigro, 2—6 ferrugineis supra obscurioribus, 7—9 fuscis, 10 et 11 ferrugineis, reliquis fuscis. *Thorax* gibbulus. *Alae* subfumatohyalinae, radio et stigmate fuscis, radice et squamula flavis, areola quinqueangulari. *Pedes* crassiusculi, nigri; tibiis tarsisque anterioribus, femorum anticorum basi apice et latere interno, femorum mediorum basi et apice, femorum posticorum basi, tibiarumque posticarum latere interno, ferrugineis; interdum tibiis omnibus extra nigris, femoribusque anticis nigris basi apiceque ferrugineis. *Abdomen* thorace duplo longius, ejus autem latitudine, segmentis 2—5 sensim paulo angustatis, segmento 1 vix subfoveolato, 2 et 3 castaneis.

Unam feminam cepi mense Junii in *Hercynia*, alteram *austriacam Dahl* transmisit.

255. I. MUTABILIS. n.

Segmentis 2—4 rufis; femoribus tibiisque anterioribus, nec non tibiarum posticarum medio, rufis; stigmate alarum fusco. m.

Statura et proportio partium omnino *Ichn. ischiomelini*, n. 259, a quo solis coxis totis nigris differt.

Longitudo 3—4 linearum; interdum paulo longior. *Antennae* subtus fulvae aut testaceae; articulis 1—3, vel solo 1, totis nigris. *Alae* fumatohyalinae; stigmate radio et squamula nigris, radice pallidestraminea, areola quinqueangulari. *Pedes* anteriores diluterufi aut fulvi, coxis et trochanteribus nigris, his interdum subtus fulvis, femoribus mediis plerumque externe fuscis, tibiis interdum subtus flavicantibus; postici nigri, femorum summa basi ferruginea, tibiis plerumque medio ferrugineis aut rufescentibus. *Abdomen* segmentis 2—4 rufis, 2 et 4 interdum macula dorsali nigricante; 5 plerumque toto nigro, interdum autem vel marginibus omnibus, vel margine basali et apicali, vel maculis duabus baseos, rufis aut badiis.

Individua nonnulla passim in *Silesia*, mensibus Julii et Augusti, in umbellatis et in gramine cepi; duo, prope *Trajectum ad Moenum* et in *Volhynia* capta, mihi transmissa sunt.

Varietates:

1. *Segmentis 2 et 3 rufis; femoribus rufis, posticis apice nigro.* — *Statura* speciei genuinae; segmento primo autem angustiore. *Longitudo* 2 linearum. *Antennae* totae nigrae. *Alae* sicut in mare genuino. *Pedes* dilute rufi, coxis et trochanteribus nigris, his apice fulvis, postici femorum tibiarumque apice nec non tarsis nigris. *Abdomen* nigrum, segmentis 2 et 3 dilute rufis, hoc margine fuscescente.

Individuum *femineum Sahlberg* misit.

2. *Segmentis 2 et 3 rufis.* — *Longitudo* fere 3 linearum. *Antennae* vel totae nigrae, vel subtus, articulis 1 et 2 exceptis, ferrugineae. *Alae* sicut in specie genuina. *Pedes* vel sicut in mare genuino, vel nigri, anteriores femorum apice tibiisque fulvis, tarsis supra fuscis, postici tibiis medio fuscoferrugineis. *Abdomen* segmentis 2 et 3 rufis, individuo uno macula dorsali parva fuscescente, altero basi et lateribus tertii nigris; 4 individuo altero margine castaneo.

Duos mares, mense Augusti, prope *Warmbrunn* et *Cudovam* in gramine et frutetis cepi.

3. *Segmento tertio, marginibusque secundi rufis; femoribus nigris, anticis subtus rufis.* — *Longitudo* 2½ linearum. *Antennae* vel totae nigrae, vel articulis 3 et sequentibus subtus sordide testaceis. *Alae* sicut in mare genuino. *Pedes* anteriores testaceofulvi, coxis et trochanteribus nigris,

femoribus anticis basin versus nigris aut fuscis, mediis nigris apice fulvo, postici nigri, femorum basi summa rufis, tibiis vel totis nigris vel medio rufis. *Abdomen* segmento 2 rufo, macula magna dorsali nigra; 3 rufo; 4 interdum summa basi summoque margine rufis.

Duos mares cepi cum varietate antecedente.

4. *Segmentis 2 et 3 (et 4) rufomarginatis.* — *Statura* maris genuini; interdum autem segmento primo antice angustiore, tuberculis lateralibus obsoletioribus. *Longitudo* 2½ — paulo ultra 3 lineas. *Antennae* vel totae nigrae, vel articulis 3 et sequentibus subtus testaceis. *Alae* sicut in mare genuino. *Pedes* coxis et trochanteribus nigris, femoribus nigris, anticis subtus et apice, mediis apice solo testaceis; tibiis anterioribus fulvis aut rufis, posticis nigris ut plurimum medio rufis aut ferrugineis; tarsis anterioribus testaceorufis, posticis nigricantibus. *Abdomen* segmentis 2 et 3 rufis, macula dorsali nigra aut fuscescente; 4 vel marginibus omnibus, vel solis lateralibus, rufis.

Quosdam mares cepi passim in *Silesia*, mensibus Julii et Augusti, in fruticetis.

4b. *Femoribus anterioribus nigromaculatis.* — *Longitudo* 3½ linearum. *Antennae* totae nigrae. *Pedes* anteriores fulvi, coxis trochanteribus et latere convexo femorum nigris, tarsis mediis fuscis; postici nigri, tibiarum medio ferrugineo. — Caetera ut in plurimis speciei genuinae individuis.

Marem unicum *Hope* cepit circa *Netley*.

5. ? *Segmentis 2 et 3 rufis, coxis et trochanteribus anterioribus subtus stramineis.* — A mare genuino hic differt antennis et abdomine brevioribus, nec non segmento primo antice angustiore tuberculis lateralibus subnullis. An species peculiaris? — *Longitudo* 2¼ linearum. *Caput* palpis et mandibularum medio flavis. *Antennae* corpore dimidio vix aliquanto longiores, nigrae, articulo primo subtus puncto stramineo. *Alae* subfumato-hyalinae, stigmate et radio fuscopiceis, radice et squamula flavis. *Pedes* coxis et trochanteribus nigris, anterioribus subtus pallidestramineis; femoribus anterioribus testaceis, supra basin versus nigricantibus, posticis nigris apice et summa basi testaceorufis; tibiis testaceis, posticis apice et summa basi nigricantibus; tarsis anticis stramineis, mediis fuscis, posticis nigris. *Abdomen* thorace paulo longius et paulo angustius, lanceolatum; segmento 1 apicem versus sensim aliquanto dilatato, tuberculis lateralibus in medio sitis, vix conspicuis, partis anticae longitudine latitudinem excedente; 2 et 3 rufis.

Marem unicum *Besser* e *Volhynia* transmisit.

Nota:

Quaeritur, num forsan haec species cum *Ichn. ischiomelino*, n. 259, jungenda sit? Individua quaedam speciei genuinae etiam maribus *Ichneumonis latratoris*, n. 242, admodum affinia sunt, ita ut facillime cum eis confundi possint.

256. I. RUFILIMBATUS.

Segmentis 2—4 rufis, macula dorsali nigra; ore nec non latere infero femorum et tibiarum anticorum flavis. m.

Statura et proportio partium sicut in individuis minoribus speciei antecedentis; antennis autem paulo crassioribus, tuberculis lateralibus segmenti primi obsoletioribus.

Longitudo 2⅔ linearum. *Caput* ore, clypeo et puncto ad orbitas oculorum internas, flavis. *Antennae* subtus articulo primo flavo, sequentibus fuscoferrugineis. *Alae* subhyalinae irideae, radio et stigmate piceis, radice et squamula flavis, areola quinqueangulari. *Pedes* nigri; antici tarsis tibiis nec non femorum latere infero et apice testaceoflavis; medii femorum apice et tibiarum lateribus tribus testaceoflavis, tarsis fuscis; postici summa basi femorum et tibiarum rufescente. *Abdomen* segmentis 2 et 3 rufis, macula magna dorsali nigra; 4 marginibus omnibus, 5 summo margine dorsali, rufis.

Marem unicum *pedemontanum Bonelli* mecum communicavit.

Synonyma:

Ichn. rufilimbatus Gravenh. Pedem., n. 101.

Nota.

Hic mas forsan cum femina varietatis secundae *Ichneumonis pusillatoris*, n. 258, jungendus est.

257. I. MITIGOSUS. n.

Segmentis 2 et 3 totis, sequentibus margine rufis; tibiis rufis. m.

Statura et proportio partium omnino *Ichn. latratoris* maris.

Longitudo 2⅓ linearum. *Antennae* subtus ferrugineae, articulis 1 et 2 totis nigris. *Alae* fumatohyalinae, stigmate et radio piceostramineis, radice pallidestraminea, squamula fusca, areola subtriangulari. *Pedes* femoribus basi summa rufis, anticis intra testaceis, posterioribus apice testaceis; tibiis rufis; tarsis anterioribus fuscotestaceis, posticis fuscis. *Abdomen* segmentis 2 et 3 rufis; 4 lateribus et summo margine, sequentibus solo summo margine, rufis.

Marem unicum *Manger* circa *Warmbrunn* cepit.

Varietas.

1. *Segmento 2 fascia nigra.* m. — *Alae* squamula et radice stramineo-albidis. *Pedes* anteriores fulvi, coxis trochanteribus et latere convexo femorum basin versus nigris; postici nigri, summa basi femorum tibiisque rufis, his tamen apice et summa basi nigris. *Abdomen* segmentis 2 et 3 rufis; 2 tamen fascia media, e maculis 4 inaequalibus confluentibus nigris orta; 4 nigro, marginibus omnibus rufis; sequentium marginibus apicalibus rufescentibus, sensim obsoletis.

Individuum unicum *Hope* cepit circa *Netley*.

Nota:

Haec species forsan varietas est *Ichn. subtilicornis* aut *opprimatoris* aut *pusillatoris*.

258. I. PUSILLATOR.

Segmentorum marginibus rufis; pedibus rufis, posticorum coxis vel totis vel basi nigris. m. f. (*mas* ore et facie, vel macula faciali, flavis; *femina* ore et antennis basin versus rufis.)

Longitudo 2 linearum; femina interdum paulo minor. *Caput* maris ore et macula faciali, rarius facie tota, flavis; feminae ore dilute rufo. *Antennae* maris porrectae, dimidii corporis longitudine vel paulo longiores, fuscae, subtus ferrugineae; feminae dimidio corpore aliquanto breviores, curvatae aut involutae, articulo 1 rufo, interdum supra nigro, 2—6—9 rufis sensim obscurioribus, reliquis fuscis. *Thorax* maris gibbulus, puncto flavo infra alas; feminae cylindricus. *Alae* hyalinae aut fumatohyalinae, stigmate et radio fuscopiceis, radice albostraminea, squamula testacea, rarius fusca, areola quinqueangulari. *Pedes* subcrassiusculi, rufi; coxis posticis vel totis vel basi nigris; mas plerumque basi coxarum anteriorum trochanteribusque anterioribus nigris. *Abdomen* capitis thoracisque longitudine et latitudine; segmento 1 laevi nigro, maris plerumque margine rufo, parte antica subcylindrica, postica convexa duplo latiore et longiore quam petiolus, sequentibus rufomarginatis, ultimis in mare plerumque

marginibus obsoletis; ano feminae acuto. *Aculeus* exsertus brevissimus.

Marium duorum meae collectionis patria ignota est; tertium, prope *Sickershausen* captum, *Nees ab Esenbeck* mecum communicavit. Eidem etiam feminam hujus speciei debeo; alteram feminam, eamque minorem, *Sahlberg* e *Fennia* transmisit.

Varietates:

1. *Segmentis 2 et 3 rufis disco nigro, reliquis totis nigris.* f. — *Longitudo* 2½ linearum. *Caput* interdum facie tota ferruginea. *Antennae* fuscae, subtus ferrugineae. *Thorax* interdum punctis duobus albis ad radicem alarum. *Alae* sicut in specie genuina. *Pedes* rufi, coxis et trochanteribus nigris. *Abdomen* segmento 1 margine summo castaneo; 2 et 3 castaneis aut rufis, medio nigris.

Unam feminam, eamque reliquis paulo graciliorem, *Manger* prope *Warmbrunn* cepit; alterius, facie ferruginea et punctis duobus albis ad radicem alarum distinctae, patriam nescio.

2. *Femoribus posticis medio nigris.* f. — *Longitudo* 2½ linearum. *Antennae* totae nigrofuscae, paulo crassiores et longiores quam in femina genuina. *Pedes* rufostraminei; medii femoribus supra fuscescentibus; postici coxis et femoribus nigris, his tamen basi et apice stramineis. — Caetera sicut in specie genuina.

Nees ab Esenbeck unicam hanc feminam, quae ei *e larva Cossi ligniperdae* provenit, mecum communicavit.

3. *Segmentis ultimis totis nigris; femoribus tibiisque posticis apice nigris.* f. — *Longitudo* paulo infra 2 lineas. *Antennae* paulo graciliores quam in femina genuina. *Caput* totum nigrum, solis palpis testaceis. *Pedes* testaceorufi; postici coxarum basi, nec non femorum tibiarumque apicibus nigrofuscis. *Abdomen* segmento 2 rufo, disco nigricante; 3 nigro, marginibus rufis; reliquis totis nigris. — Caetera sicut in femina genuina.

Feminam unicam *a Steven e Tauria* transmisit.

Synonyma maris:

Ichn. notator Gravenh. Uebers., n. 3751.

Synonyma feminae:

Ichn. pusillator Gravenh. Uebers., n. 3749 (ad varietatem 1 spectat).

Ichn. pallidus Gmel. ed. Linn. p. 2720, n. 391 (varietati 2 respondere videtur).

Nota:

Conferre velis notas ad *Ichn. rufilimbatum* et *mitigosum*, n. 256 et 257.

Ichn. pusillator Thunb. Ichn., n. 315, species est longe diversa.

259. I. ISCHIOMELINUS. n.

Abdominis medio rufo; pedibus anterioribus testaceis, coxis et trochanteribus pallidioribus, tibiis posticis medio rufescentibus. m.

Statura et proportio partium omnino *Ichn. mutabilis*, n. 255. A speciei antecedentis maribus hi differunt antennis multo longioribus; a sequente statura breviore et crassiore etc.

Longitudo 2½—3 linearum. *Caput* palpis albidis. *Antennae* vel totae nigrofuscae, vel subtus testaceae basin versus interdum nigrae. *Alae* fumatohyalinae, stigmate et radio fuscis, radice et squamula flavis, areola quinqueangulari. *Pedes* anteriores testacei aut straminei, coxis et trochanteribus pallidioribus; postici nigri, coxis apice pallidestramineo, trochanteribus pallidestramineis macula nigra, femoribus basi rufa, tibiis medio vel latere infero testaceis aut ferrugineis. *Abdomen* segmento 1 nigro; 2 rufo, plerumque dorso nigro; 3 et 4 rufis, interdum puncto aut linea longitudinali fusco; sequentibus nigris, 5 interdum margine rufo.

Pluria individua cepi mense Julio prope *Scheidnich* in frutetis; unum mense Septembri prope *Trajectum ad Viadrum* in loco aprico.

Varietates:

1. *Segmentis 2—5 rufomarginatis.* m. — *Longitudo* paulo infra vel paulo ultra 3 lineas.

Antennae subtus testaceae aut piceae, articulo 1 toto nigro. *Pedes* anteriores rufi, trochanteribus et coxis stramineis, his basi nigra, femoribus externe interdum macula nigra; postici nigri, trochanteribus vel totis vel solo apice, basique femorum, rufis, femoribus interdum ad medium usque rufis. *Abdomen* vel segmentis 2—5 incisuris rufis; vel segmentis 2 et 3 macula dorsali nigra, 4 et 5 nigris margine rufo. — Caetera sicut in mare genuino.

Quaedam individua cepi prope *Scheidnich* una cum genuinis; unum, idque minimum, femoribus anterioribus macula nigra, segmentis 2 et 3 rufis dorso nigro, *Richter* mense Julii prope *Fürstenstein* cepit.

3. *Segmentis mediis rufomarginatis, ultimis totis rufis.* m. — *Longitudo* paulo ultra 2 lineas. *Antennae* subtus testaceae. *Thorax* puncto parvo flavicante ante alas. *Pedes* anteriores flavi, femoribus fulvis, tarsis apicem versus fuscescentibus; postici nigri, trochanteribus apice flavo, femoribus basi rufa, tibiis basin versus ferrugineis, tarsis fuscis basi ferruginea. *Abdomen* brevius quam in reliquis; segmentis 2 et 3 margine et lateribus rufis; 4 et 5 rufis basi dorsali nigra; 6 et 7 totis rufis.

Unicum marem *Manger* cepit prope *Warmbrunn.*

260. I. ERYTHROCERUS.

Antennis pedibus nec non segmentorum marginibus rufis. m.

Statura gracilior est quam in mare *Ichneum. pusillatoris* et in omnibus hujus familiae speciebus.

Longitudo 2 linearum. *Caput* ore stramineo. *Antennae* porrectae, filiformes, graciles, dimidio corpore longiores, rufoferrugineae, supra obscuriores. *Thorax* gibbulocylindricus. *Alae* mediocres, subfumatohyalinae, stigmate et radio piceis, radice et squamula flavostramineis, areola triangulari. *Pedes* subgraciles rufi, coxis et trochanteribus stramineis; postici coxis paulo obscurioribus, femorum et tibiarum apice nigricante, *Abdomen* capite thoraceque longius et angustius; segmento 1 laevissimo, parte antica haud duplo latiore quam petiolus; 2—6 quadratis, marginibus rufostramineis.

Marem unicum *gallicum Brongniart* mihi transmisit.

Varietas:

1. *Coxis et trochanteribus nigris.* m. — *Longitudo* fere 3 linearum. *Caput* palpis fuscis. *Antennae* articulo 1 toto nigro, sequentibus ferrugineis supra fuscis, ultimis totis fuscis. *Alae* sicut in mare genuino. *Pedes* testaceofulvi, coxis

et trochanteribus nigris, his apice testaceo; postici femoribus apicem versus fuscis, tibiis apice summo fusco, tarsis subfuscis. *Abdomen* incisuris 1—4 testaceis.

Marem unicum *pedemontanum Bonelli* mecum communicavit.

Synonyma:

Ichn. erythrocerus Gravenh. Pedemont., n. 102 est varietas jam descripta.

SECTIO X.

Scutello nigro; abdomine tricolore.

Abdomen sicut in sectione 5. — E *sectione* 9 varietas *Ichn. fumigatoris* et *Ichn. bellus*, segmento 7 puncto albo, huc spectant.

261. I. FORMOSUS. n.

Annulo antennarum, facie, maculaque anali, albis; segmentis 2 et 3 badiis; tibiis testaceis. m.

Statura et proportio partium omnino *Ichn. sputatoris* maris.

Longitudo 6 linearum. *Caput* ore et facie albis, hac macula nigra. *Antennae* porrectae, setaceae, corpore breviores, articulo 1 subtus albo, 15—20 supra albis. *Alae* fumatohyalinae, stigmate piceotestaceo, radio radice et squamula fuscis, areola subtriangulari. *Pedes* anteriores femoribus intra et apice, tibiis, tarsorumque basi, testaceorufis; postici tibiis et tarsorum articulo primo testaceis apice nigro. *Abdomen* capite thoraceque paulo longius, thoracis latitudine, subtiliter punctum; segmentis 2 et 3 badiis, opacis; 4 angulis baseos castaneis; 5 puncto marginali, 6 et 7 macula dorsali, glaucis.

Individuum unicum cepi prope *Vratislaviam*.

262. I. VIOLENTUS. n.

Ano, nec non antennarum et tarsorum posticorum annulo, albis; femoribus rufis, nigromaculatis; tibiis rufis, posticis apice nigro. m.

Longitudo 4—4¾ linearum. *Antennae* porrectae, setaceae, corpore paulo longiores; articu-

lis 1 et 3 cylindricis, reliquis brevibus distinctis subnodulosis, 16—17 vel 15—17 supra albidis. *Thorax* gibbus. *Alae* subfumatohyalinae, stigmate et radio fuscis, radice picea, squamula nigra, areola subquinqueangulari aut subtriangulari. *Pedes* subgraciles; antici coxis et trochanteribus nigris, femoribus vel totis rufis vel supra nigris, tibiis rufis aut rufoferrugineis, tarsis ferrugineis aut fuscis, unguibus nigris; medii coxis nigris, trochanteribus ferrugineis aut nigris, femoribus vel totis rufis vel latere altero nigris, tibiis rufis aut rufoferrugineis tarsis ferrugineis aut fuscis, unguibus nigris; postici coxis et trochanteribus nigris, femoribus tibiisque rufis apice nigro, tarsis nigris, articulis 3 et 4 ochraceis aut albidis. *Abdomen* thorace duplo longius pauloque angustius; segmento 1 nigro, puncto marginali rufo, parte antica lineis duabus elevatis; 2 castaneo; 3 castaneo, linea transversali ante marginem, aut margine toto, nigro; 4—6 nigris, 6 interdum margine tenuissimo albo; 7 toto albo.

Unum individuum, prope *Trajectum ad Moenum* captum, *de Heyden* mecum communicavit, alterum *genuense a Spinola;* individui tertii, jam dudum in collectione mea asservati, patriam nescio, sine dubio autem *germanicum* est.

263. I. TERGENUS.

Abdomine rufo, apice nigro, ano albo. m. f. (*femina* annulo antennarum albo).

Longitudo 4—5 linearum. *Antennae* maris porrectae, corpore dimidio paulo longiores; feminae paulo breviores, apice involutae, articulis 9—13 aut 10—14 tribus lateribus albis. *Alae* mediocres, fumatohyalinae, stigmate fusco, radio radice et squamula nigris, areola subquinqueangulari. *Pedes* mediocres; antici tarsis fuscoferrugineis, tibiis interne femoramque summo apice sordideflavis; medii tibiis tarsisque fuscis aut fuscoferrugineis; postici tibiarum medio interdum obscureferrugineo. *Abdomen* capitis thoracisque longitudine et latitudine, oblongoovatum; segmento 1 rufo aut castaneo, parte antica longitudine paulo latiore, triplo latiore quam petiolus, lineis duabus subelevatis; 2 et 3 rufis aut castaneis; 4 vel toto nigro, vel rufo apice nigro, vel nigro basi rufa, margine maris albido feminae subrufescente; 5 nigro, maris margine albido; 6 et 7 nigris dorso albo, feminae interdum non nisi puncto albo. *Aculeus* subexsertus niger.

Unicum marem *lusitanicum* vidi in museo *Comitis de Hoffmannsegg*; feminas nonnullas accepi e *Franconia*, *Austria*, *Volhynia* et e *Regione pedemontana*, unam ex *Anglia* (circa *Netley* captam) eamque unicam segmento 4 toto nigro.

Synonyma:

Ichn. tergenus Gravenh. Pedem. n. 103.

264. I. FABRICII.

Abdomine medio rufo ano albo; femoribus tibiisque rufis, tibiis posticis apice nigris. f.

Statura et proportio partium speciei sequentis, sed aculeo vix subexserto.

Longitudo 3 ½ linearum. *Antennae* totae nigrae. *Alae* subfumatohyalinae, stigmate radio et radice fuscis, squamula nigra, areola subquinqueangulari. *Pedes* rufi, coxis et trochanteribus, nec non pedum posticorum tarsis et tibiis apice, nigris. *Abdomen* segmentis 2 et 3 rufis, 4 basi et lateribus rufis, 6 puncto marginali albo, 7 dorso toto albo.

Feminam unicam *Dahl* ex *Austria* transmisit.

Synonyma:

Ichn. Fabricii Schrank Boica n. 2063; habitat in *Bavaria superiore.*

Nota:

Schrank ad hanc speciem adhibuit Schaefferi Iconum tab. 107, fig. 4, quam Panzer ad *Cryptum titillatorem* retulit, sed magnitudine et abdominis colore ab ambobus differt.

265. I. INCUBITOR.

Abdomine rufo, apice nigro, ano albo; femoribus et tibiis rufis; antennarum annulo albo. f.

Longitudo 2½—3½ linearum. *Caput* palpis fuscis, mandibulis ferrugineis; orbitis oculorum occipitalibus vel tenuibus albis vel solo puncto albo. *Antennae* corporis dimidii longitudine, apice curvatae aut involutae, articulis 8—13 vel 10—13 tribus lateribus albis. *Thorax* cylindricus. *Alae* plerumque angustae, interdum mediocres, fumato-hyalinae; stigmate radio et squamula fuscis, radice fusca aut testacea; areola subtriangulari aut subquinqueangulari. *Pedes* crassiusculi, rufi, coxis et trochanteribus nigris, tibiis posticis apice nigro, femoribus interdum macula fuscescente, coxis rarius nigrobadiis. *Abdomen* oblongoovatum, capitis thoracisque longitudine et latitudine, vel paululum brevius et latius; segmentis 1—3 rufis aut fulvis; 4 vel nigro, basi aut angulis baseos rufis, vel toto rufo; 6 macula aut puncto marginali albo; 7 dorso toto albo. *Aculeus* subexsertus niger.

Individua duo cepi mense Junio in *Hercynia;* tertium, idque minimum, *Sahlberg* e *Fennia* transmisit.

Varietates:

1. *Femoribus nigromaculatis.* f. — *Statura* feminae genuinae, abdomine interdum paulo angustiore. *Longitudo* 2½—3 linearum. *Caput*

plerumque orbitis occipitalibus puncto albo. *Antennae* sicut in femina genuina. *Alae* angustae, caeterum sicut in femina genuina. *Pedes* rufi, coxis et trochanteribus nigris; femoribus anterioribus macula nigra, mediis interdum nigris apice rufo, posticis vel totis nigris vel rufis apice nigro; tibiis posticis apice nigris. *Abdomen* segmentis 1—3 rufis, 4 basi aut angulis baseos rufis aut rufo-fulvis; 6 plerumque macula alba; 7 dorso albo.

Individua nonnulla circa *Helmstadium* et mense Junio in *Hercynia* cepi, unum prope *Grunwitz* mense Octobri sub muscis hyemans.

2. *Femoribus totis nigris.* f. — *Longitudo* 3 linearum. *Pedes* coxis trochanteribus femoribusque nigris, horum anticis geniculo rufo. *Abdomen* segmentis 1—3 rufis; sequentibus nigris, 7 puncto albo. — Caetera sicut in specie genuina.

Individuum unicum prope *Helmstadium* cepi.

3. *Femoribus tibiisque nigromaculatis.* f. — *Longitudo* paulo ultra 3 lineas. *Pedes* nigri, femoribus posticis interne badiis; tibiis anterioribus interne, posticis basin versus, ferrugineis. *Abdomen* segmentis 1—4 rufis, 4 margine nigricante; 6 et 7 macula alba. — Caetera sicut in femina genuina.

Feminam unicam *genuensem a Spinola* mecum communicavit.

4. *Coxis anterioribus rufis, femoribus posterioribus nigromaculatis.* f. — *Longitudo* 3¼ linea-

rum. *Antennae* articulis 1—5 subtus ferrugineis, 8—13 supra albis. *Alae* fumatohyalinae, radice stigmate et squamula testaceis, radio fusco, areola quinqueangulari. *Pedes* rufi; medii femorum latere convexo macula nigra; postici coxis macula nigra, femoribus nigris basi rufa, tibiis apice nigro. *Abdomen* segmentis 1—3 rufis, 6 et 7 macula alba.

Unicum individuum mense Augusto cepi in umbellatis prope *Oudbvam*.

Synonyma:

Ichn. incubitor Linn. Syst. XII, pag. 933, n. 26.
— Faun. Suec., n. 1602. ?
„ Fuessl. Helv. p. 49, n. 951. ? haud frequens est.
„ Fabr. Syst. p. 334, n. 40. — Ent. Syst. p. 154, n. 86. ?
„ Fourcroy, n. 48.
„ Gmel. ed. Linn. p. 2686, n. 26. ?
„ Villers, pag. 160, n. 76. ?
„ Rossi, n. 760. ?
„ Olivier p. 179, n. 74. ?
„ Cederhielm p. 159, n. 490. ?
„ Walckenaer p. 57, n. 41. ?
„ Lamarck p. 139, n. 11. ?
„ Thunb. Ichn., n. 109. ?
„ Latreille Crust. XIII, p. 182, n. 13.

Ichn. vibex Müll. prodr., n. 1793. ?
Cryptus incubitor Fabr. Piez. p. 83, n. 53. ?

Nota:

Non dubito quin noster *Ichn. incubitor* inter ejusdem nominis species auctorum allegatorum lateat; nullo modo autem extricare possum, num vel omnes auctores, vel quales eorum nostram speciem descripserint. Diagnoses omnes (ut plurimum e Linnei Fauna repetitae) bene quadrant ad nostram speciem; loca autem e Linnei Fauna Suecica, e Geoffroii Historia, vel ex ipsa Scopolii Fauna carneolica, quae auctores ad hanc speciem adhibent, dubium atque incertum me relinquunt. Linneus duas vel tres species sub nomine *Ichn. incubitoris* confudisse videtur, nam in diagnosi Faunae Suecicae Ichneum. incubitor habet *abdomen ferrugineum, apice nigro, macula alba*, in descriptione *abdomen ferrugineum, ultimo articulo nigro* (nulla maculae albae facta mentione), in Actis suecicis 1736, pag. 125, n. 7, *abdomen testaceum apice nigro, aculeo triplici.* — Geoffroii Ichneumon 48, n. 341, ad quem quidem auctor *Ichneum. incubitorem* Linnei adhibet, *antennis* est *brunneis medio albis, abdomine apice nigro* (maculae albae nulla facta mentione), *aculeo brevi triplici.* Hunc Geoffroii Ichneumonem Illiger, in editione secunda Faunae Rossianae p. 65, n. 780, jam ab Ichn. incubitore removit.

Nullo modo autem ad nostram speciem referri possunt *Ichneum. incubitor* Scopolii Carn., n. 745, *thorace antice rufo;* — Stroem Norske Selsk. Skr. IV, p. 348, n. 65, *terebra exserta, tibiis posticis superne albis;* — Schrank Austr., n. 714; *tarsorum*

posticorum fascia alba etc. — Christ, tab. 36, fig. 6 *aculeo abdominis longitudine* — sed Stroemii incubitor ad nostrum *Cryptum incubitorem*, Christii incubitor autem ad nostrum *Mesostenum transfugam* relatus est.

Facillime autem species cognatae confunduntur, nam *Ichn. crassipes* et *Ichn. deceptor* mihi sub nomine *Ichn. incubitoris* transmissi sunt; individuum autem nostri incubitoris, (segmentis 1—4 rufis, coxis nigrobadiis, longitudine 3 ½ linearum) sub nomine *Ichn. motatorii* feminae.

266. I. ANALIS. m.

Abdomine rufo, apice nigro, ano albo; tibiis femoribusque rufis, horum posticis apice nigro; antennis tricoloribus. f.

Statura et proportio partium speciei sequentis.

Longitudo 3—3 ¾ linearum. *Antennae* articulis 1—8 rufis, 9—12 exalbidis, sequentibus fuscis. *Alae* subfumatohyalinae, stigmate et radice fulvis, radio fuscescente, squamula vel tota rufa vel fusca apice ferrugineo; areola quinqueangulari. *Pedes* rufi; coxis nigris, anticis subtus rufis; trochanteribus nigris apice rufo; femoribus posticis vel nigris basi rufa, vel rufis geniculo nigro. *Abdomen* segmentis 1—5 rufis, sequentibus nigris, 6 et 7 dorso albo.

Duo individua *Manger* prope *Warmbrunn* cepit.

Nota:

Ratione coloris haec species medium tenet inter praecedentem et sequentem, pedibus magis cum illa congruens, antennis cum hac; an varietas sequentis?

267. I. CRASSIPES.

Abdomine rufo, apice nigro, ano albo; pedibus rufis, posticorum femoribus apice nigris; antennis tricoloribus. f.

Statura et proportio partium omnino *Ichn. incubitoris*, n. 265.

Longitudo 2½—3¼ linearum. *Caput* palpis et mandibulis fuscis aut rufescentibus, labro interdum rufescente, rarius macula faciali et orbitis oculorum internis rufoferrugineis. *Antennae* articulis 1—7 ferrugineis, 5—7 interdum supra fuscis, rarius totis fuscis; 8—12 vel 9—13 albis, subtus ferrugineis aut fuscis; sequentibus fuscis aut nigris. *Alae* fumatohyalinae, stigmate radice et squamula stramineis aut rufis, radio fusco, areola quinqueangulari. *Pedes* rufi, postici femorum et tibiarum apice nigro. *Abdomen* segmentis 1—3 rufis; 4 vel toto vel basi aut lateribus rufo; 1 interdum petiolo aut macula dorsali nigro; 6 nigro, plerumque dorso albo; 7 supra albo.

Quaedam individua cepi passim in *Silesia* et circa *Helmstadium*, mense Julio, in umbellatis; quaedam, in *Austria*, *Franconia*, nec non circa

Trajectum ad Moenum et *Netley* capta, mihi transmissa sunt.

Synonyma:

Ichn. crassipes Gmel. ed. Linn. p. 2709, n. 361.
Ichn. geniculator Gravenh. Uebers., n. 3739.

Nota:

Quaeritur, num forsan mas iste antennis basi fulvis, cujus Villers pag. 160 in observatione ad *Ichn. incubitorem* mentionem fecit, ad hunc *crassipedem* adhibendus sit?

Cave autem ne cum nostra specie confundas *Ichn. crassipedem* Fourcroii et Villersii, qui ad *Ichneumonem* (*Tryphonem?*) *grossipedem* Olivieri relatus est; nec *Ichn. crassipedem* Rossii, Olivieri et Walckenaeri, ad *Pimplam flavicantem* adhibitum.

268. I. LUTEICORNIS. n.

Abdominis medio rufo, ano albo; pedibus et antennarum basi luteorufis. f.

Longitudo 2⅔ linearum. *Antennae* curvatae, dimidio corpore aliquanto breviores, nigrae, articulis 1—4 rufis, 5—8 testaceoalbis. *Thorax* gibbulocylindricus. *Alae* angustae, fumatohyalinae, stigmate fusco, basin versus albo, radio fusco, radice exalbida, squamula rufa, areola quinqueangulari. *Pedes* mediocres, rufi; postici summo

femorum et tibiarum apice fuscescente. *Abdomen* capitis thoracisque longitudine et latitudine, ovatolanceolatum; segmento 1 laevi, apicem versus sensim dilatato, nigro, margine rufo; 2 et 3 rufis; 4 rufo, apice nigro; sequentibus nigris, 6 et 7 margine albo. *Aculeus* exsertus brevis.

Unicum individuum *Richter* e *Sudetis Silesiae* retulit.

Nota:

A reliquis hujus sectionis speciebus haec differt segmento primo angustiore et aculeo longiore.

SECTIO XI.

Thorace scutelloque rufo- aut albo-pictis; abdomine tricolore aut bicolore, ano albo.

Mas *Ichn. lapidatoris*, thorace scutelloque totis nigris, abdomine nigro albonotato ano albo, ad *sectionem secundam* spectat; *Ichn. quinqueguttatus*, thorace nigro flavolineato, abdomine nigro albonotato ano albo, ad *sectionem sextam*.

---

269. I. QUINQUEGUTTATUS. n.

Niger; facie thorace et scutello flavomaculatis; punctis duobus segmenti 1 et 2 anoque flavis; pedibus ferrugineo-nigroque variis. m.

Longitudo 3 linearum. *Caput* orbitis oculorum internis et externis testaceis, macula laterali clypei sulphurea, mandibulis obscuroferrugineis apice nigro. *Antennae* dimidio corpore vix paulo longiores, porrectae, subfiliformes, apice subsetaceae, nigrae, subtus ferrugineae, articulis 1 et 2 totis nigris. *Thorax* gibbus, metathorace rugis crassis scabro; niger; puncto infra alas, lineola ante alas, sulphureis. *Scutellum* lineola longitudinali margineque apicali sulphureis. *Alae* mediocres, hyalinae, stigmate radio radice et squamula nigris; areola quinqueangulari. *Pedes* mediocres; anteriores ferruginei, coxis trochanteribus et femoribus nigris, his tamen apice ferrugineo; postici nigri, tibiis a medio ad basin ferrugineis, tarsis fuscoferrugineis. *Abdomen* capitis thoracisque longitudine, at paulo illis angustius, ovatum, confertim punctum; segmento 1 lineis duabus elevatis obsoletis, puncto sulphureo in angulis apicalibus; 2 itidem puncto sulphureo angulorum apicalium; 5 et 6 macula dorsali marginali transversali sulphurea; 7 toto sulphureo apice subferrugineo.

Mas unicus (*germanus*?) erat in collectione *Roentgeniana*.

Nota:

Confer notatam ad speciem sequentem.

270. I. NOBILITATOR.

Niger; scutello thoraceque rufis, hoc nigro-maculato, marginibus segmentorum ultimorum, punctis duobus segmentorum 1 et 2, orbitisque oculorum internis, albis. f.

Longitudo 2½—3 linearum. *Caput* orbitis oculorum internis juxta antennas et parte orbitarum externarum, latioribus aut tenuioribus, interdum etiam puncto laterali clypei, albidis. *Antennae* corporis dimidii longitudine, apice subrecurvatae. *Thorax* gibbus; vel niger, prothoracis dorso et puncto infra alas rufis; vel rufus, pectore, collo, macula pone alas posticas, altera ante coxas posticas, lineaque longitudinali abbreviata metathoracis, nigris. *Scutellum* rufum. *Alae* mediocres, fumatohyalinae; stigmate et radio fuscis aut subpiceis, squamula et radice fuscis aut subrufescentibus. *Pedes* mediocres, fusconigri; antici tibiis tarsisque vel totis, vel tantum latere infero, testaceis; medii interdum tibiis tarsisque testaceis. *Abdomen* capitis thoracisque longitudine et latitudine, ovatum, subtilissime punctum; segmentis 1 et 2 puncto albo in angulis apicalibus, punctis

segmenti primi autem minutis interdum fere obsoletis; 4—7 margine dorsali albido.

Unum individuum cepi prope *Gottingam*, alterum misit D. *Steven* e *Tauria* idque majus, statura paulo crassiore, clypeo bipunctato, thorace magis nigro, tibiis tarsisque anterioribus testaceis totis.

Synonyma.

Ichn. nobilitator Gravenh. Uebers. n. 602.

Nota.

Antea hanc speciem cum sequente junxeram; cum autem ambas nunquam eodem loco ceperim, nec una in alteram transeat, haec etiam aculeo vix subexserto a sequente discedat, eas in species duas peculiares sejunxi. — Forsan autem hic *Ichn. nobilitator* femina est *Ichn. quinqueguttati* antecedentis, cum etiam in *Ichn. lapidatore* n. 271. mas thorace nigro a femina differat; attamen quinqueguttatus a nobilitatore differt etiam colore pedum et picturis albis thoracis.

271. I. LAPIDATOR.

Niger; segmentis 1 et 2 punctis duobus, ultimis marginibus, albis, femoribus tibiisque rufis. m. f. (*femina* scutello et thorace rufis).

Statura et proportio partium feminae sicut in praecedente; abdomine attamen teretiore et apice

acutiore, aculeo magis exserto. Mas a femina differt abdomine paulo minore apice obtusiore, antennis paulo longioribus pauloque crassioribus.

Longitudo $4\frac{3}{4}$ — $5\frac{1}{3}$ linearum. *Caput* orbitis oculorum internis et externis albis. *Antennae* feminae saepius articulis 10 et 11 aut 9—11 supra distinctius aut obsoletius albidis, rarissime 3—8 subtus ferrugineis. *Thorax* maris niger; feminae rubricosus, collo pectore plerumque regione pone scutellum et linea longitudinali aut macula metathoracis nigris, haud raro etiam lineis duabus longitudinalibus dorsalibus prothoracis et regione circa alarum radices nigris, interdum puncto flavo infra alas. *Scutellum* feminae rubricosum. *Alae* fumatohyalinae, stigmate radio et radice nigris aut piceis; squamula nigra aut fusca, in femina rarius sordide rubricosa; areola quinqueangulari. *Pedes* coxis et trochanteribus nigris; antici femoribus rufis, plerumque basin versus, rarius etiam latere convexo toto, nigricantibus, tibiis testaceis aut flavicantibus, extra plerumque fuscis rarius rufis, tarsis fuscis; medii femoribus rarius totis rufis aut nigris apice ferrugineo, plerumque rufis, basi, vel etiam latere convexo toto, nigris, tibiis testaceis, extra plerumque fusconigris, maris interdum rufis, tarsis fuscis; postici femoribus rarissime fere totis rufis, plerumque basi apiceque nigris, tibiis nigrofuscis sericeis, intus interdum badiis, maris rufis, tarsis fuscis. *Abdomen* nigrum nitidum; segmento 1 puncto albo in angulis apicalibus, feminis interdum toto nigro; 2 punctis iisdem

segmenti primi autem minutis interdum fere obsoletis; 4—7 margine dorsali albido.

Unum individuum cepi prope *Gottingam*, alterum misit b. *Steven* e *Tauria* idque majus, statura paulo crassiore, clypeo bipunctato, thorace magis nigro, tibiis tarsisque anterioribus testaceis totis.

Synonyma.

Ichn. nobilitator Gravenh. Uebers. n. 602.

Nota.

Antea hanc speciem cum sequente junxeram; cum autem ambas nunquam eodem loco ceperim, nec una in alteram transeat, haec etiam scutello vix subexserto a sequente discedat, eas in species duas peculiares sejunxi. — Forsan autem hic *Ichn. nobilitator* femina est *Ichn. quinqueguttati* antecedentis, cum etiam in *Ichn. lapidatore* n. 271, mas thorace nigro a femina differat; attamen quinqueguttatus a nobilitatore differt etiam colore pedum et picturis albis thoracis.

271. I. LAPIDATOR.

Niger; segmentis 1 et 2 punctis duobus, ultimis marginibus, albis, femoribus tibiisque rufis. m. f. (*femina* scutello et thorace rufis.)

Statura et proportio partium feminae eadem ac in praecedente, abdomine attamen teretiore et apice

acuticorni, aculeo magis exserto. Mas a femina differt abdomine paulo minore apice obtusiore, antennis paulo longioribus pauloque crassioribus.

Longitudo 4¾ — 6⅓ linearum. *Caput* orbitis oculorum internis et externis albis. *Antennae* feminae saepius articulis 10 et 11 aut 9 — 11 supra distinctius aut obsoletius albidis, rarissime 3 — 8 subtus ferrugineis. *Thorax* maris niger; feminae rubricosus, collo pectore plerumque regione pone scutellum et linea longitudinali aut macula metathoracis nigris, haud raro etiam lineis duabus longitudinalibus dorsalibus prothoracis et regione circa alarum radices nigris, interdum puncto flavo infra alas. *Scutellum* feminae rubricosum. *Alae* fumato-hyalinae, stigmate radio et radice nigris aut piceis, squamula nigra aut fusca, in femina rarius sordide rubricosa; areola quinqueangulari. *Pedes* coxis et trochanteribus nigris; antici femoribus rufis, plerumque basin versus, rarius etiam latere convexo toto, nigricantibus, tibiis testaceis aut flavicantibus, extus plerumque fuscis, rarius rufis, tarsis fuscis; medii femoribus rarius totis rufis aut nigris apice ferrugineo, plerumque rufis, basi, vel etiam latere convexo toto, nigris, tibiis testaceis, extus plerumque fusco-nigris, maris interdum rufis, tarsis fuscis; postici femoribus rarissime fere totis rufis, plerumque basi apiceque nigris, tibiis nigro-fuscis, sericeis, intus interdum badiis, maris rufis, tarsis fuscis. *Abdomen* nigrum nitidum, segmento 1 puncto albo in angulis apicalibus, feminis interdum toto nigro; 2 punctis iisdem

278. I. ERYTHRAEUS.

Rufus; abdominis apice nigro, ano albo; femoribus nigris; scutelli apice et antennarum annulo albis.

Longitudo 3—fere 4 linearum. *Caput* nigrum, vertice interdum rufescente aut rubricoso, facie et clypeo vel totis rufis vel nigromarginatis, orbitis oculorum omnibus albidis aut testaceis, mandibulis rufis, palpis pallidis. *Antennae* subgraciles, filiformes, incurvae, corpore dimidio vix paulo longiores, fuscae, supra articulis 11—14 aut 10—13 albis, subtus articulo 1 rufo, 11—14 puncto fusco, sequentibus ferrugineis. *Thorax* gibbulocylindricus, rufus aut rubricosus; pectore, regione circa scutellum, lineaque obsoleta longitudinali dorsali prothoracis, nigris; lineola transversali infra scutellum punctisque duobus obsoletis ad alarum radicem albis. *Scutellum* rufum apice albo. *Alae* subhyalinae, stigmate et radio fuscis, radice et squamula piceo-stramineis aut rufis, puncto pallido; areola subtriangulari. *Pedes* mediocres, coxis vel omnibus totis rufis, vel nigro alboque variis, posticis interdum fere totis nigris, modo rufescentibus; trochanteribus nigris, apice plerumque albicante; femoribus nigris, anticis intra stramineo-fuscescentibus, mediis intus vel apicem versus ferrugineis; tibiis fuscis, anticis subtus stramineis, mediis subtus stramineo-

ferrugineis, posticis basin versus badiis; tarsis fuscis, anticis dilutioribus. *Abdomen* capitis thoracisque longitudine et latitudine, vel paulo brevius aut paulo angustius; apice acuto; segmentis 1—3 rufis aut rubricosis; 4 rubricoso, apice nigro; 5 nigro, rarius puncto marginali albo; 6 nigro, margine albo; 7 toto dorso albo.

Individua nonnulla, in *Austria*, nec non circa *Florentiam*, *Genuam* et in *Regione pedemontana* capta, [illegible]

Synonyma:

Ichn. erythraeus Gravenh. Pedem. n. 104.

47. I. RUFICEPS.

Rufus; thorace nigro, dorso et scutello rufis; ano et antennarum annulo albis. ♀.

Statura, sculptura et proportio partium omnino antecedentis; [illegible] *Longitudine* paulo ultra 4 lineas. *Caput* rufum, ore stramineo. *Antennae* nigrae, articulo 1 subsupra ferrugineo, 9—13 albis. *Thorax* prothoracis dorso toto, nec non parte dorsi metathoracis rufo-castaneis; collari margine et lineola infra scutellum rufis. *Scutellum* rufum. *Alae* subfumato-hyalinae; stigmate radice et squamula fulvis, medio fusco; areola subtriangulari. *Pedes*

rufi; coxis posticis fuscis macula rufa. *Abdomen* segmentis 4—6 fuscis, dorso rufocastaneis; 7 fusco, dorso albo. *Aculeus* exsertus brevis.

Unicam feminam *Manger* cepit prope *Warmbrunn.*

FAMILIA II,

seu subgenus:

PRISTICEROS,

a πρίσις, serra, et κέρας, cornu — propter antennas serratas.

Antennis serratis; abdomine oblongo; segmento primo apicem versus sensim dilatato, petiolo tenui; areola triangulari; pedibus subelongatis.

Caput thorace paulo angustius, collum versus sensim angustatum. — *Oculi* ovati. — *Antennae* porrectae, serratae, apicem versus sensim graciliores; articulis singulis, exceptis primo secundo et ultimo, subtus a basi versus apicem valde dilatatis, apice ipso oblique antrorsum prominente, dense villosulis. — *Palpi* maxillares longi graciles setacei; labiales breviores filiformes. — *Thorax* gibbulus. *Scutellum* triangulare subconvexum. — *Alae* mediocres, areola triangulari. — *Pedes* subelongati. — *Abdomen* petiolatum oblongum, capite thoraceque paulo longius, fere thoracis latitudine, depressiusculo-convexum; segmenti primi petiolo lineari canaliculato, parte antica subquadrata, petiolum (versus paulo angustata), fere duplo latiore at paulo breviore quam petiolus.

Haec familia, forma et proportione segmenti primi, nec non areola triangulari, magis quadrat ad *Mesoleptos* (*familiam primam Tryphonum*), imprimis ad species tuberculis lateralibus primi segmenti minus distinctis. Forsan etiam unica hujus familiae species, si antennas Mesoleptorum haberet, his eodem jure adsociari posset, quo eam, habitu toto externo ductus, cum Ichneumonibus conjunxi.

---

275. I. SERRARIUS.

Niger, antennarum annulo, orbitis oculorum et maculis duabus metathoracis, albis. ♂.

Longitudo 6 linearum. *Caput* palpis fuscis; orbitis oculorum facialibus et externis, his autem tenuissimis, albis. *Antennae* corpore aliquanto breviores, serratae, setaceae, articulis 14—20 supra sordide albidis. *Thorax* punctis duobus in declivi parte metathoracis, lineolaque ante alas, albis. *Alae* fumato-hyalinae, stigmate radio radice et squamula fusco-nigris. *Pedes* nigri, anticis subtus tibiis, femorum apice et tarsorum articulo 1. ferrugineo-stramineis; mediis tibiis et tarsis subtus fuscis.

Individuum unicum (ex [illegible]?) [illegible] *mannno* debeo.

FAMILIA III,

seu subgenus:

ISCHNUS,

a verbo ἰσχνὸς, gracilis — ob abdomen gracile.

Abdomine procero subcylindrico; segmento primo antice subconvexo laevi, petiolo lineari, haud multo angustiore quam pars antica, hujusque longitudine; antennis pedibusque gracilibus; aculeo exserto brevissimo.

Caput transversum, thorace paulo angustius, collum versus sensim angustatum. — *Oculi* ovales, rarius suborbiculati. — *Antennae* plerisque graciles, maribus porrectae, rarius curvatae, feminis curvatae, ut plurimum breviores quam maribus; interdum crassiusculae. — De *antennis* et *oris partibus* conferas notam ad Ichn. porrectorium. — *Thorax* gibbulus. — *Scutellum* convexiusculum aut gibbulum, vel triangulare apice obtuso, vel subquadratum. — *Alae* mediocres, interdum subamplae; areola quinqueangulari-subtriangulari. — *Pedes* subgraciles, paucis crassiusculi et breviusculi, valde elongati et graciles Ischno porrectorio (qui etiam antennis longioribus, abdominisque annulis coloratis, a reliquis cospeciebus se distinguit). — *Abdomen* thorace longius, eoque plerumque angustius, ubique aequilatum seu cylindricum, segmentis 6 et 7 tamen apicem versus angustatis; segmento 1 laevi, rarius subcicatricoso et lineis duabus elevatis (e. g. Ischno unilineato), parte antica subgibba, haud multo latiore quam petiolus, nec praerupte ab eo sejuncta, rarissime duplo latiore quam petiolus (Ischno moesto). Quo angustior pars antica, eo obtusior angulus est, quem illa cum petiolo exhibet. — *Aculeus* subexsertus.

De affinitatibus hujus familiae cum *Ichneumonibus* familiae primae supra jam locutus sum; sed notandum est, me illuc solos mares specierum allegatarum Ichneumonum intellexisse, nam feminae eorum, quotquot mihi notae sunt, abdomine lato gaudent, ipsaque *Ichneumonis acuti* femina, quae, inter species illuc allegatas Ischnis proxime accedit, abdomine antennisque brevioribus ab eis recedit. — *Trogorum* species nitidae plurimae scutello minus alto, forma scutelli quandam affinitatem produnt cum nonnullis Ischnis, e. g. cum *Ischno thoracico* et *truncatori*; sed Trogi, habitu toto externo, statura magna, cellula cubitali intermedia triangulari, abdomine plerumque latiore, ab Ischnis differunt; ipse mas *Trogi flavatorii*, cui abdomen angustius quam reliquis Trogis est, ab Ischnis sat differt. — *Cryptorum* mares plures, abdomine longiore graciliore cylindrico, Ischnis propinqui sunt.

276. 1. UNILINEATUS. n.

Segmentis 1 et 2 rufis, ultimis linea dorsali alba; pedibus rufis; antennis tricoloribus. m.

Statura angusta. *Longitudo* 6 linearum. *Antennae* graciles, setaceae, corpore dimidio paulo longiores, apice curvatae; articulis 1 et 2 nigris, 3—10 rufis, 11—14 albis subtus fulvis, sequentibus fuscis subtus ferrugineis, ultimis totis fuscis. *Thorax* gibbulus, metathorace subbispino. *Alae* mediocres, fulvohyalinae, stigmate et radio fulvis, radice et squamula piceis, areola subpyramidata quinqueangulari. *Pedes* graciles, rufofulvi; coxis anterioribus puncto, posticis macula, rufocastaneis; tarsis posticis nigris, articulo primo basi rufescente. *Abdomen* thorace angustius eoque duplo longius, teretiusculum, apicem versus sensim paulo angustatum; segmento 1 rufo, puncto, apicem versus sensim dilatato, lineis duabus elevatis, tuberculis lateralibus ante apicem sitis; 2 aciculato, latitudine duplo longiore, castaneo, lateribus apicem versus nigris; sequentibus nitidis, latitudine et longitudine sensim decrescentibus, nigris, 5—7 linea dorsali longitudinali flavoalbida.

Specimen unicum *Dahl* ex *Austria* misit.

277. I. PORRECTORIUS.

Segmentis intermediis rufis, basi nigra; margine albido; pedibus rufis, coxis albo nigroque maculatis, tibiis posticis apice nigro, tarsis posticis fuscis medio albo; scutello, antennarum annulo, maculisque thoracis et capitis, albis. m.

Statura gracilis. *Longitudo* 3¼—4¼ linearum. *Caput* palpis longis pallidestramineis; clypeo, orbitis oculorum omnibus, genis, puncto seu macula faciali, interdum facie tota puncto frontali et verticali, flavoalbis. (De oris partibus notam ad hanc speciem conferre velis). *Antennae* tenues, filiformes, porrectae, corporis longitudine; articulis 1 et 2 subtus fulvis aut ferrugineis, 15—17—18 albis. *Thorax* gibbus; marginibus colli, linea suturali ante alas, punctis duobus juxta illam lineam in supera thoracis parte, punctoque seu macula dorsali, interdum lineis duabus longitudinalibus dorsalibus, puncto uno infra alas anticas, duobus infra posticas, duobus lateralibus inter coxam anticam et mediam, lineola transversali infra scutellum, maculaque in metathoracis parte declivi, flavoalbidis; lineis istis suturalibus ante alas apice conjunctis; punctorum descriptorum uno alterove interdum obsoleto. *Alae* mediocres, hyalinae, stigmate piceo, radio fusco, radice et squamula flavescentibus, areola quinqueangulari. *Pedes* graciles longi; anteriores testacei, trochanteribus et coxis albis, his attamen inferne et ma-

cula externa, interdum etiam puncto trochanterum, nigris; postici testaceo-rufi, coxis et trochanteribus nigris, coxis macula seu puncto apicali, interdum etiam trochanterum apice, albis; tibiis apice nigro, tarsis fuscis articulis 2, 3, 4 albis. *Abdomen* thorace angustius et duplo longius; segmento 1 laevi, nigro, apice albo, apicem versus sensim paulo dilatato, parte antica subquadrata seu latitudine paulo longiore; 2—5 aequilatis, rufis, margine albo, basi plerumque nigra; 5 attamen interdum, rarissime quoque 4, toto nigro margine tenuissimo subpallido; sequentibus totis nigris; colore rufo segmentorum mediorum sensim evanescente, quo species genuina in varietatem sequentem transit.

Quaedam individua cepi mensibus Julii et Augusti in fruticetis circa *Göttingam* et passim in *Silesia*; quaedam e *Franconia* et *Volhynia* mihi transmissa sunt.

Varietas:

1. *Abdomine nigro, segmentis* 1—4 *albomarginatis.* m. — *Longitudo* 3½—4 linearum. *Picturae* sicut in specie genuina, maculis albis attamen majoribus. *Pedes* sicut in mare genuino; tibiis posticis vel testaceis apice summo nigricante, vel nigricantibus basi badia. *Abdomen* segmentis 1—4 nigris margine albo, qui autem in segmentis 2—4 individui alterius linea rufa transversali terminatus est; ejusdem individui segmentum 5 etiam albomarginatum est.

Duo specimina *Spangenberg* prope *Gottingam* cepit.

Synonyma:

Ichn. porrectorius Fabr. Mant. p. 260, n. 8; habitat Kiliae.
" Villers, p. 140, n. 15.
" Gmel. ed. Linn. p. 2676, n. 79.
" Olivier, p. 166, n. 10.
" Walckenaer p. 51, n. 9.
Bassus porrectorius Fabr. Piez. pag. 93, n. 1.
Ichn. inquisitorius Müll. prodr., n. 1759. (ad varietatem descriptam hujus speciei quadrat).

Nota:

Ichn. porrectorius Thunb. Ichn., n. 71 ad hanc speciem haud referri potest, cum auctor eum in sectionem thorace immaculato designatam collocaverit.

Descriptio *antennarum* et *oris partium*, quae *Nees ab Esenbeck* in literis mecum communicavit, haec est: *Antennae* rectae, porrectae, filiformisetaceae, pubescentes, articulis 32; radicula angusta, obconica, scapo subovato crasso, ab apice ad basin extrorsum oblique truncato, concavo, pedicello immerso; articulo quarto indistincto, reliquis cylindricis, contiguis, decrescentibus, anterioribus praelongis, tredecim iis, qui ultra fasciam (albam) brevioribus, diametro parum longioribus, extremo conico obtuso. — *Clypeus* discretus, parvus, ab oculis remotus, margine supero

infero paulo breviore, subconcavo, lateralibus rectis, infero rotundato, dorso convexiusculo punctulato glabro. *Labrum* e basi semicirculari subcoriacea exserta, in appendicem membranaceam triangulari-subulatam, ciliatam, inflexam, extenuatum. *Mandibulae* compressae, breves, basi parum dilatatae, apice repente angustatae et inflexae, acute bifidae, dentibus aequalibus, subdivergentibus, acutissimis, superficie exteriore plana, punctulata, glabra, interiore carinata, angulis obtusis tumidulis. *Maxillae* labio paulo longiores idque amplectentes; *stipes* compressus, facie infera cornea linearilanceolata convexiuscula laevi glabriuscula; *mala* membranacea, stipite paulo latior, bifida, lacinia infera minore, angulo interiore parvo obtuso ascendente, lacinia supera majore obovata, basi oblique truncata, margine ciliata. *Palpi maxillares* mala triplo longiores filiformes teneri reflexi pilosi quinquearticulati, articulo 1 clavato truncato, secundo parum crassiore cultrato apice truncato, reliquis filiformibus, tertio praelongo, ultimo obtuso; ratio longitudinis 3. 2. ¼. 5. *Labium*: *mentum* breve corneum obconicum compressum convexum glabrum laeve, apice tridentatum, dentibus subulatis rectis inaequalibus, medio brevissimo; *lingua* menti longitudine, ascendens membranacea subquadrata apice retusotruncata, angulis ovatis obtusis, magis quam latera inferiora reflexis, unde lingua apice angustior videtur. *Palpi labiales* labro duplo longiores, filiformes, pilosi, quadriarticulati, articulo primo longissimo obco-

nigro, margine laterali rufo aut flavescente; puncto infra alas anticas, altero infra scutellum, tertio plerumque infra alas posticas, in mare praeterea linea suturali ante alas, rarissime etiam macula laterali prothoracis, pallideflavis; metathorace pone scutellum, ut plurimum quoque ante petiolum, nigro. *Scutellum* subelevatum album. *Alae* mediocres hyalinae, stigmate et radio testaceopiceis, radice et squamula albidoflavis, areola subtriangulari. *Pedes* graciles, anteriores testacei aut rufofulvi, coxis trochanteribus, in mare quoque femorum latere interno, albidostramineis; postici rufi, trochanteribus basi nigra, apice interdum albente, femoribus feminae interdum geniculo nigro, tibiis testaceorufis, apice et annulo ante basin nigris, tarsis fuscis, articulo 1 basi rufa aut albida. *Abdomen maris* capite thoraceque duplo fere longius et angustius, aequilatum, segmentis 2—6 latitudine longioribus, sensim brevioribus, 1 laevi, apicem versus sensim dilatato; *feminae* thorace duplo longius et paulo angustius vel ejus latitudine; segmento primo sicut in mare, 2—5 aequilatis subquadratis. *Aculeus* exsertus perbrevis.

Mares cepi mensibus Julii Septembris et Octobris, circa *Vratislaviam* passimque in *Silesia* et prope *Trajectum ad Viadrum*, in fruticetis; unum *Spangenberg* circa *Gottingam* cepit. Feminae maribus rariores esse videntur; unam cepi domi ad fenestram; quaedam, circa *Parisios Dresdam* et in *Hercynia* captae, mihi transmissae sunt.

Nota. Antea hunc Ischnum cum duobus sequentibus in unam speciem conjunxeram; differunt autem non solum magnitudine et thoracis colore, sed etiam antennis feminarum.

280. 1. TRUNCATOR.

Prothoracis dorso, scutello, pedibus, antennisque, rufis. f.

Statura et proportio partium omnino feminae antecedentis.

Longitudo 3—3½ linearum. *Caput* palpis, interdum quoque puncto ad orbitas oculorum internas, vel etiam macula mandibularum, rufescentibus. *Antennae* graciles, filiformes, dimidio corpore vix longiores, curvatae, fuscae aut rufescentes; articulo 1 nigro, 11—13 interdum supra pallidioribus. *Thorax* gibbulocylindricus; dorso prothoracis, plerumque lateribus seu macula laterali et pectore toto, rubricosis, rarius fulvis, metathorace interdum lateribus rubricosis. *Scutellum* elevatum, colore dorsi prothoracis. *Alae* mediocres, subfumato-hyalinae, stigmate radice et squamula stramineis, radio fuscescente, areola quinquangulari aut subtriangulari. *Pedes* graciles rufi, plerumque unguibus, interdum etiam summo tibiarum posticarum apice, nigris. *Abdomen* thorace duplo longius, ejus autem latitudine, subaequilatum subdepressiusculum; segmento 1 apicem

versus sensim dilatato, ultimis interdum summo margine subglaucescente. *Aculeus* brevissimus.

Nonnulla specimina, in *Austria*, *Bavaria*, *Franconia*, nec non prope *Parisios* *Genuam* et in *Regione pedemontana* capta, mihi transmissa sunt. *Nees ab Esenbeck* hunc Ischnum primo vere ad fenestras cepit, pluria individua autem sero autumno sub cortice salicis socialiter abscondita.

Synonyma:

Ichn. truncator Fabr. Ent. Suppl. p. 222. n. 81.
„ Walckenaer p. 57, n. 39.
„ Thunb. Ichn. n. 160.
„ Gravenh. Pedemont. n. 105.
Bassus truncator Fabr. Piez. p. 98, n. 17.

Nota:

Conferre velis notam ad speciem praecedentem. *Ichn.* Coqueberti II, p. 49, tab. 11, fig. 6, quem Walckenaer ad hanc speciem laudat, secundum alarum cellulas Bracomibus adnumerandus est. — Forsan autem *Ichn. colorator* Villersii p. 196, n. 197, et Olivieri p. 217, n. 64 ad individua antennis subannulatis referri posset.

281. I. DEBILIS.

Thoracis picturis scutelloque castaneis aut albidis; pedibus rufis. f.

Statura et proportio partium omnino *Ischn. thoracici*, n. 279. et *pulicis*, n. 283.

Longitudo 3 linearum vel paulo brevior. *Caput* palpis et mandibulis fuscis aut stramineis, mandibulis apice fusco. *Antennae* vel totae fuscae vel subtus obscuroferrugineae. *Thorax* vel linea suturali ante alas flavoalbida, vel macula dorsali prothoracis castanea. *Scutellum* albidum aut castaneum. *Alae* hyalinae, stigmate et radio pallidepiceis, radice et squamula albidostramineis, areola subtriangulari. *Pedes* rufi; tarsorum posticorum articulis apice subfuscescente. *Abdomen* et *aculeus* sicut in *Ischn. pulice*.

Unum individuum, idque *australium*, palpis mandibulis antennisque totis fuscis, scutello et macula dorsali thoracis castaneis, *Dahl* mecum communicavit, alterum, prope *Sickershausen* captum, *Nees ab Esenbeck*, sub nomine *Bassi truncatoris var.*, de quo conferre velis notam ad *Ischn. thoracicum*, n. 279.

282. I. FILIFORMIS m.

Capitis picturis scutelloque albis; pedibus et latere infero antennarum fulvis. m.

Statura et proportio partium omnino *Ischn. thoracici* maris, n. 279. An mas praecedentis?

Longitudo 3 ¼ linearum. *Caput* palpis, mandibulis, linea transversali arcuata clypei, orbitisque internis oculorum, albis. *Antennae* articulis 1 et 2 nigris, sequentibus fuscis subtus dilute rufis sensim obscurioribus. *Scutellum* album. *Alae*

subfumatohyalinae, stigmate pallidestramineo, radio fuscescente, radice et squamula albis. *Pedes* rufofulvi, trochanteribus flavis; postici coxarum et trochanterum basi nigrofusca, tibiis apice summo fusco basi summa flavicante, tarsis fuscis basi articuli primi subtestacea. *Abdomen* segmento 2 margine summo castaneo, 3—6 margine laterali summo subtestaceo.

Marem unicum a *Steven* e *Tauria* transmisit.

283. I. PULEX.

Pedibus rufis, annulo antennarum albo.

Longitudo 3 linearum. *Caput* palpis fuscis. *Antennae* graciles, filiformes, longitudine corporis dimidii, porrectae, apice subcurvatae, articulis 10—12 albis subtus ferrugineis. *Thorax* gibbulus. *Alae* mediocres, subfumatohyalinae, stigmate radice et squamula stramineis, radio fusco, areola quinqueangulari aut subtriangulari. *Pedes* graciles rufi. *Abdomen* thorace duplo longius, at vix eo angustius; segmento 1 apicem versus sensim dilatato, subaciculato; 2—5 aequilatis. *Aculeus* exsertus brevissimus.

Hunc Ischnum, prope *Sickershausen* captum, *Nees ab Esenbeck* pro varietate *Bassi truncatoris* Fabr. (vide nostram speciem 280) transmisit.

Synonyma:

Ichn. pulex Müll. prodr. n. 1807.
Ichn. [illegible] n. 1798.

284. I. MOESTUS.

Pedibus rufis, coxis posticis nigris; scutelli marginibus, linea ante alas, orbitis oculorum, annuloque antennarum, albis. f.

Statura et proportio partium omnino antecedentis; antennis vix parum crassioribus.

Longitudo 3—4½ linearum. *Caput* ore rufo; palpis stramineis; orbitis oculorum omnibus flavis. *Antennae* articulo 1 subtus rufo, 11—16 albis subtus fuscis. *Thorax* colli margine supero, linea ante alas, plerumque puncto infra alas duobusque infra scutellum, albidis. *Scutellum* marginibus lateralibus, ut plurimum etiam apice, albidis. *Alae* subhyalinae, stigmate et radio fuscis, radice flava aut straminea, squamula rufa aut subpicea, areola triangulari. *Pedes* rufi; postici coxis nigris, tibiarum apice tarsisque nigricantibus. *Abdomen* thorace duplo longius, at vix paulo angustius; segmento 1 apicem versus sensim dilatato, parte antica paulo latiore et convexiore quam in antecedentibus speciebus. *Aculeus* brevissimus.

Individua duo *genuensia* a *Spinola* mihi transmisit.

285. I. COLLARIS. n.

Abdominis medio, pedibus, prothorace, scutello, antennis, oreque rufis. f.

Statura et proportio partium *Ischn. truncatoris*, n. 280, sed segmenti primi parte antica

paulo minore et gibbosiore, petiolo paulo longiore et graciliore.

Longitudo 2—3 linearum. *Caput* ore fulvo. *Antennae* graciles, corpore dimidio longiores, subfiliformes, curvatae, rufae. *Thorax* gibbulus, prothorace rufo. *Scutellum* rufum. *Alae* mediocres, fumatohyalinae, stigmate et radio fuscopiceis, radice et squamula albis, areola quinqueangulari subpyramidata. *Pedes* subgraciles rufi, postici plerumque femorum et tibiarum apice nigricante. *Abdomen* capite thoraceque paulo longius et paulo angustius, elongatolanceolatum; segmento 1 nigro, apice interdum rufo, parte antica quadrata duplo latiore et fere triplo breviore quam petiolus; 2 rufo, interdum lateribus et puncto dorsali nigricantibus; 3 rufo; 4 vel rufo vel badio apice nigro; sequentibus nigris. *Aculeus* exsertus brevissimus.

Feminam *genuensem*, eamque minimam, pedibus totis rufis, *a Spinola* mecum communicavit; duas, quarum altera maxima segmentis 2 et 4 nigronotatis, *a Steven* e *Tauria* transmisit.

FAMILIA IV,

seu subgenus:

CRYPTURUS.

Areola nulla, cellula interna nervos duos recurrentes excipiente; antennis brevibus; pedibus longis gracilibus; abdomine oblongo-ovato.

Caput transversum breve. — *Oculi* protuberantes, ovato-orbiculati. — *Antennae* porrectae mediocres, longitudine dimidii corporis, vel paulo longiores. — De *partibus oris* conferre velis notam ad Cr. argiolum. — *Thorax* gibbulus. — *Scutellum* convexum triangulare, apice obtuso. — *Pedes* elongati graciles. — *Abdomen* oblongo-ovatum convexum, ventre planum, laeve, subnitidulum, capite thoraceque parum angustius et paulo longius, vel eorum latitudine et longitudine, segmento primo reliquis multo angustiore, latitudine plus duplo aut triplo longiore, canaliculato, basin versus sensim angustato, tuberculis lateralibus in medio sitis; segmento sexto feminae subtus producto; segmento septimo maris valvulis duabus analibus exsertis conchaeformibus, stylum depressum linguaeformem (genitale masculum) includentibus. — *Aculeus* vix subexsertus.

Haec familia a reliquis *Ichneumonibus*, dispositione nervorum alarum, differt; ab *Arotis*, *Ophionibus*, *Trachynotis*, *Hellwigiis*, quibus ratione alarum melius respondet, habitu toto, abdomine haud compresso, ab Arotis praeterea pedibus posticis haud incrassatis, distincta est.

286. C. ARGIOLUS.

Segmentorum marginibus, nec non capitis thoracisque picturis flavis; pedibus rufis, tibiis posticis et coxis nigromaculatis. m. f. (*mas* tarsis posticis albis; *femina* scutello albonotato).

Longitudo 3—4⅓ linearum. *Caput* palpis, orbitis oculorum omnibus, labro, in mare ut plurimum etiam mandibularum medio clypeo et macula faciali, rarius facie tota, flavis. (De oris partibus, quas Nees ab Esenbeck examinavit conferas notam ad hanc speciem). *Antennae* maris corpore paulo breviores, feminae dimidio corpore longiores (paulo breviores quam mari); subtus interdum ferrugineae, articulo primo maris subtus interdum flavo. *Thorax* linea suturali ante alas seu punctis duobus ante collum, punctis duobus minutis ante scutellum, duobus aliis seu lineola transversali infra scutellum, interdum puncto minuto ad latera metathoracis, saepius puncto seu macula supra coxas singulas, maculis seu punctis duobus pectoralibus, interdum confluentibus, flavis aut albidis. *Scutellum* feminae vel apice vel linea transversali media flava. *Alae* fumatohyalinae, stigmate et radio rufis aut fuscis, radice et squamula albis, hac in mare ut plurimum fusca. *Pedes maris* anteriores fulvi, coxis nigris subtus flavis, rarius fere totis nigris, trochanteribus flavis, supra interdum nigris aut macula fusca, tibiis interne

plerumque flavicantibus; postici coxis nigris, plerumque subtus macula seu linea longitudinali flava aut albida, trochanteribus nigris, plerumque apice fulvis aut rufis, femoribus fulvis aut rufis, tibiis nigris, basin versus plerumque rufescentibus, rarius fulvis extra apicem versus fuscis, tarsis articulo 1 albo basi plerumque fusca, 2 et 3 albis, hoc plerumque apice fusco, 4 et 5 fuscis, illo rarissime basi alba; *feminae* rufi; coxis nigris, posticis supra macula lunata sulphurea; trochanteribus nigris, anterioribus subtus et apice flavis aut albidis; tibiis posticis apice nigricantibus. *Abdomen* segmentis 1—5 marginibus flavis; 6 et 7 feminae marginibus summis subflavescentibus, maris vel totis nigris, vel segmento 6 margine aut tenuissimo albo aut flavo medio subemarginato.

Mares plures accepi ex *Italia*, circa *Toscanam*, *Parmam*, *Genuam* et in *Regione pedemontana* lectos; duos e *Tauria*, eosque picturis albis capitis thoracis et abdominis multo tenuioribus quam in italicis. Feminae maribus rariores esse videntur; unam ex *Austria*, alteram e *Regione pedemontana* accepi.

Varietates:

1. *Antennis totis fulvis.* f. — *Statura* et proportio partium feminae genuinae, at petiolo antennisque paulo crassioribus et brevioribus. — *Longitudo* 4—5 linearum. *Caput* ore facie et orbitis oculorum flavis aut sordideflavis, punctis

2 supra clypeum, interdum confluentibus, apiceque mandibularum, nigris; rarius facie nigra, macula media et orbitis oculorum flavis. *Antennae* fulvae, articulo 1 fusco subtus flavo. *Thorax* colli margine, maculis et punctis 3—7 lateralibus, interdum confluentibus, margine antico, sutura ante alas, lineolis duabus longitudinalibus parallelis, vel punctis seu maculis tribus, in triangulum positis, dorsalibus, puncto subobliquo ante singulum scutelli angulum basalem, lineola transversa sub scutello, nec non macula quadrata lineave ante petiolum, flavis. *Scutellum* vel totum vel solo apice flavum. *Alae* subfulvohyalinae, stigmate et radio fulvis, radice et squamula flavoalbidis. *Pedes* fulvi; coxis nigris flavomaculatis; trochanteribus flavis, basi posticorum, rarius etiam anteriorum, nigra. *Abdomen* segmentis 1—6 flavomarginatis; 1 praeterea plerumque macula dorsali flava; 2—4 interdum margine latiore quadrisinuato, sinubus quatuor singuli segmenti nigris, impressis.

Individua quaedam, circa *Genuam* et in *Regione pedemontana* lecta, mihi transmissa sunt; pisanum, a Rossio missum, vidi in museo *Comitis de Hoffmannsegg*; unum *monspessulanum*, idque minimum, colore nigro praevalente, picturis flavis magis sulphureis (in reliquis individuis magis ochraceo mixtis), *Lippert* mecum communicavit.

2. *Thorace toto nigro*. m. — *Pedes* coxis et latere supero trochanterum nigris.

Hoc individuum unum est illorum e *Tauria* missorum, signaturis albis multo tenuioribus ab italicis distinctorum.

3. *Capitis picturis flavis nullis; femoribus anterioribus nigromaculatis.* m. — *Longitudo* fere 4 linearum. *Caput* ore et orbitis oculorum rufoferrugineis, mandibulis externe nigris. *Antennae* rufae, articulo 1 nigro, subtus puncto albo. *Thorax* lineolis duabus ante collum, puncto ante coxas medias, macula ante coxas posticas, flavis. *Scutellum* puncto parvo laterali flavo. *Alae* subfumatohyalinae, stigmate radio et radice fulvis, squamula nigra. *Pedes* anteriores flavofulvi, subtus flavi, coxis et latere trochanterum supero nigris, femoribus externe basin versus nigris; postici fulvi, coxis et trochanterum basi nigris, tibiis summo apice fuscescente, tarsis pallideflavis ungue fusco. *Abdomen* segmentis 1—5 margine flavo (marginibus haud sinuatis), 6 punctis duobus marginalibus flavis obsoletis.

Individuum *monspessulanum* unicum *Lipperto* debeo.

Synonyma:

Ichn. Argiolus Rossi, n. 789; habitat in sylvis rarus.
„ Olivier p. 198, n. 172.
„ Gravenh. Pedemont., n. 139.

Nota:

De *antennis* et *oris partibus Nees ab Esenbeck* in literis haec mecum communicavit: *Antennae* rectae setaceae, radicula angusta, scapo cyathiformi, pedicellum subcylindricum brevem parum exsertum, cum articulo accessorio annuliformi, fovente, reliquis articulis cylindricis decrescentibus contiguis pubescentibus. — *Clypeus* parvus, fere reniformis, ab oculis remotus, in medio impressione curva, ab utroque latere vero fovea profunda obliqua discretus, margine antico sinu parvo rotundato exciso. *Labrum* exsertum, fere semicirculare, declive, ciliatum. *Mandibulae* breves truncatotriangulares, apice incurvae, acute bifidae, dentibus subaequalibus acutis. *Maxillae* labii longitudine, idque amplectentes: *Stipes* compressus, facie infera cornea convexa, exacte lanceolata; *mala* longitudine stipitis, membranacea biarticulata, articulo infero paulo magis interiori suborbiculato minore, introrsum vix in lobum prominente, superiori irregulari trapeziformi, margine exteriori et superiori rectis, hoc ciliato, infero obliquo angulis obtusis. *Palpi maxillares* mala duplo longiores, subsetacei pubescentes quinquearticulati, articulo primo obconico apice truncato, secundo cultriformi, tertio elongato subcylindrico, ante apicem introrsum aciem brevem prominulam gerente, quarto subcylindrico basi paulo angustiori, quinto filiformi tenuiori acuto; longitudinis ratio 3, 5, 1, $\frac{2}{4}$. *Labium: Mentum* corneum convexiusculum obconicum, inter palpos emarginatum, dente

exteriori nullo distincto: *Lingua* mento duplo brevior ascendens, lateribus rectis, apice acute emarginato, laciniis deflexis, in cucullum conniventibus, acutiusculis ciliatis. *Palpi labiales* lingua dimidia longiores, pubescentes quadriarticulati, articulo primo obconico, secundo subrotundo brevissimo truncato, tertio obconico parum longiori, quarto longo subcylindrico, ante basin introrsum gibbo, indeque extrorsum recurvo, apice obtuso; ratio longitudinis 4, 1, 3, 2.

De *metamorphosi* et *vitae ratione* hujus speciei *Bonelli*, e suis observationibus, haec mecum communicavit: Die 3 Septembris 1809 nidum inveniebam Polistae gallici ad murum villae. Praeter plures Polistarum larvas pupas et mares recens natos, hic nidus fovebat etiam folliculos quinque hujus nostri Crypturi oblongoovatos, longitudine 6—7 linearum, latitudine 2 linearum, ante apicem singulum annulo quasi subimpressos, singulos latere ad singulam Polistae cellulam fixos. Tres horum folliculorum duriores erant, duritie ramenti ligni, colore foliorum demortuorum ferrugineo, subsericantes; duo molliores membranacei subpellucidi nitidiores pallidiores. Ex uno molliorum prorumpebat die 7 Septembris femina (varietatis nostrae primae); ex altero, versus medium Octobris, mas (genuinus). Per totum hoc tempus etiam multi Polistae e cellulis suis proveniebant. E folliculis tribus durioribus autem haud prius quam anno 1810, diebus 20 et 30 Maji et 2 Junii, tria prorumpebant individua mascula (genuina). Om-

nes hi Crypturi autem folliculos perforabant haud apice, sed latere opposito lateri, quo folliculi cellulis Polistarum adfixi erant. Crypturi nati per anum ejaculabant guttam liquoris lactei, statimque avolabant aut propere circumcurrebant. Larvae eorum sine dubio degunt solitariae in larvis Polistarum. — Notatu dignum est, folliculos omnes, in quibus Crypturorum larvae aut pupae hyemaverant, multo duriores fuisse folliculis, e quibus Crypturi ante hyemem nascebantur. Quaeritur, num larvae praesciae, se hyematuras esse, folliculum sibi texuerint duriorem; numve haec durities folliculi, forsan fortuita, causa fuerit proventus serioris Crypturorum.

FAMILIA V.

seu subgenus:

STILPNUS,

a verbo στιλπνὸς, nitens — ob nitorem abdominis.

Abdomine depresso laevissimo nitidissimo; segmento primo lineari; areola quinquecangulari, cellula exteriore incompleta.

Corpus parvum nitidum laeve. — *Caput* breve transversum. — *Oculi* ovales prominuli. — *Antennae* mediocres, porrectae, interdum apice curvatae. — *Antennae* et *oris partes* accuratius ad Stilpnum gagatem descriptae sunt. — *Thorax* gibbulus. — *Scutellum* convexum, triangulare, apice obtuso. — *Alae* amplae; areola quinqueangulari, cellula exteriore incompleta, nervi ejus inferioris vestigio tantum perbrevi, ad angulum lateralem exteriorem areolae, conspicuo. — *Pedes* graciles, longitudine mediocri. — *Abdomen* petiolatum, plerisque depressum, nitidissimum laevissimum, capitis thoracisque longitudine; feminis fere orbiculatum, thorace latius, interdum oblongoovatum, thoracis latitudine aut eo paulo angustius; maribus fusiforme, thorace angustius; segmento primo reliquis multo angustiore, sublineari seu parte antica paulo latiore quam petiolus, tuberculis lateralibus ante medium sitis. *Aculeus* absconditus aut subexsertus.

Haec familia adpropinquat ad quasdam species minores *Cryptorum* et *Phygadeuontium* (*familiarum 2 et 3 Cryptorum*) e. g. ad *Cryptum hortulanum* et *apicalem*, et ad *Phygadeuontem fumatorem*, quibus quoque nervus inferior cellulae exterioris pergracilis (quibusdam individuis Phyg. fumatoris fere nullus) est; hae species differunt

autem aculeo longiore. — Ab *Hemitelium* (*familiae sextae Cryptorum*) speciebus nonnullis, abdomine breviore, Stilpni differunt areola completa, et aculeo haud longe-exserto. *Hemiteles fulvipes*, abdomine breviore latiore depresso, habituque toto, Stilpnis affinis, differt abdomine subpetiolato et areola incompleta, vestigiis attamen nervi exterioris hujus areolae sat bene conspicuis, ut forma ejus quinqueangularis facile percipi possit. Alii Hemiteles autem, v. g. *tristator* et *tenebricosus*, areola ista completa, sola cellula exteriore completa a Stilpnis discerni possunt.

287. ST. DEPLANATUS. n.

Femoribus tibiisque rufis. f.

Statura et proportio partium sequentis, sed aculeo exserto distinctus.

Longitudo 1½ linearum. *Alae* subhyalinae, irideae, stigmate et radio piceis, radice stramineo-alba, squamula nigra. *Pedes* rufi, coxis et trochanteribus nigris. *Abdomen* capitis thoracisque longitudine et latitudine, orbiculato-ovatum, forma intermedia inter abdomina speciei sequentis individuorum minorum et majorum; segmento 1 apicem versus sensim paulo dilatato. *Aculeus* exsertus brevissimus.

Unicam feminam *Manger* cepit prope *Warmbrunn.*

288. ST. GAGATES.

Pedibus fulvis, coxis nigris; antennis basin versus rufis. m. f.

Longitudo 1⅓—2 linearum. *Caput* palpis pallidis aut ferrugineis. (Descriptionem accuratiorem oris et antennarum, auctore Neesio ab Esenbeck, in nota ad hanc spcciem legere velis). *Antennae* filiformes; feminae corporis dimidii longitudine, maris longiores; vel nigrae, basin versus ferrugineae aut rufae, articulo 1 plerumque supra

nigro, rarissime toto nigro, vel ferrugineorufae, apice nigro. *Thorax* gibbulocylindricus aut gibbulus; metathorace tuberculis duobus acutis, interdum obsoletis, foveaque media longitudinali lata nitida. *Alae* amplae hyalinae, stigmate et radio fuscopiceis, radice et squamula pallide testaceis; areola quinqueangulari, nervo a hac areola apicem alae versus excurrente obsoleto (in uno marium individuo nervus exterior hujus areolae in ala sinistra deest). *Pedes* mediocres, mari paululum graciliores; fulvi; coxis anterioribus interdum totis rufis, plerumque rufis basi nigra aut nigris subtus rufis, rarius fere totis nigris, posticis ut plurimum nigris subtus apice rufis, rarius totis nigris aut rufis basi summa nigra. *Abdomen maris* capitis thoracisque longitudine vel paulo brevius, thorace paulo angustius, lanceolatum; segmento 1 sublineari, parte antica paululum latiore quam petiolus, tuberculis lateralibus ut plurimum protuberantibus; *feminae* thoracis longitudine, eo autem paulo latius, depressum, minoribus orbiculatum majoribus orbiculatoovatum; segmento 1 canaliculato vel subcanaliculato, sublineari, parte antica paulo latiore quam petiolus. *Aculeus* subexsertus.

Mares et feminas, harum attamen plures, haud raro cepi circa *Gottingam*, passimque in *Silesia*, mensibus Junio—Septembri, in fruticetis floribusque, saepe etiam domi ad fenestras. Teste quoque *Nees ab Esenbeck* mares et feminae aestate ubique (circa *Sickershausen*) in hortis circumvo-

litant. Feminae nonnullae, circa *Norimbergam Genuam Parmam* et *Netley* captae, mihi transmissae sunt.

Synonyma:

Ichn. gagates Gravenh. Uebers., n. 3760.

Nota:

Individua coxis rufis, posticis basi summa nigra, ad speciem sequentem transire videntur.

Descriptio *antennarum* et *oris*, qualem *Nees ab Esenbeck* e suis observationibus mecum communicavit, haec est: *Antennae* breves filiformes, apice recurvae, ratione corporis satis validae; articulis 19 compositae; radicula angusta obconica, scapo crassiori oblongoovato, extrorsum oblique truncato et excavato; pedicello parum exserto disciformi, cum articulo accessorio valde obsoleto, nec nisi annulo impresso obiter indicato, concreto, apice rotundato; articulis 5 et 6 obconicis, hoc illo dimidio breviore, reliquis subaequalibus cylindricis discretis pubescentibus, ultimo ovato obtuso. — *Clypeus* parum discretus, transversus, margine supero breviori subconcavo, linea obiter impressa indicato, infero rotundato latiori, lateribus lineola oblique impressa descriptis, planiusculus punctulatus subpubescens. *Labrum* exsertum inflexum, totum membranaceum, e basi semicirculari ciliata in processum subulatum seu elongatotriangularem protensum. *Mandibulae* arcte

conniventes curvae compressae, basin versus parum dilatatae, facie exteriori plana punctulata barbata, interiori concaviuscula, basi tuberosa, marginibus supero et infero planis angustis apice bifido, dentibus obtusis inaequalibus supero paulo majori. *Maxillae* amplectentes labium, et ejus longitudine: *Stipes* compressus, superficie infera coriacea pellucida ovatooblonga subsinuata planiuscula laevi glabra, apice obliquo obtuso: *Mala* longitudine stipitis, at paulo latior, membranacea bifida, lacinia infera introrsum libera, basi dilatata, superne subquadrata rotundata, margine interiori vix ultra laciniam superam prominente; hac itidem subquadrata, inferiorem laciniam paululum supereminente, margine supero transverso ciliato, angulis rotundatis, processu erecto triangulo acuminato juxta angulum interiorem. *Palpi maxillares* mala quadruplo longiores subsetacei recurvi quinquearticulati pilosi; articulo 1 elongatoclavato truncato obliquo, 2 cultrato latiori, 3 et 4 obconicoclavatis obliquetruncatis, illo crassiori; 5 cylindrico truncato, praecedente vix tenuiori. Ratio longitudinis $\frac{1}{4}$, $\frac{3}{5}$. *Labium*: *Mentum* corneum obconicum compressiusculum convexum laeve glabrum, apice utrinque denticulo parvo infra palpos, medio margine truncato: *Lingua* brevissima, latitudine altitudinem excedente, membranacea ascendens lateribus deorsum complicatis, apice truncato, angulis obtusis ciliatis. *Palpi labiales* lingua fere triplo longiores filiformes recti setosi, quadriarticulati; articulo 1 clavato trun-

nato, 2 obconico crassiori, 3 brevi fere cylindrico compressiusculo angustiori, 4 cylindricooblongo obtuso, parum tenuiori; ratio longitudinis 4, 1, 2, 2.

289. ST. PAVONIAE.

Pedibus et antennarum basi luteis. m. f.

Statura tota nec non pedes et antennae graciliores sunt quam in specie praecedente.

Longitudo 1 3/4 linearum. *Antennae* corpore dimidio longiores; articulo 1 rufo, sequentibus maris nigris, feminae testaceis sensim obscurioribus ultimis nigris. *Alae* irideae, maris hyalinae, feminae subfumatohyalinae, stigmate et radio piceis, radice et squamula pallidetestaceis, areola quinqueangulari, nervo inde versus apicem alae excurrente tenuissimo, attamen distinctiore quam in antecedente specie. *Pedes* graciles, feminae paulo validiores, stramineorufae; maris postici tarsis et tibiarum apice subfuscescentibus. *Abdomen maris* capite thoraceque vix paulo longius, thorace angustius, lanceolatooblongum; segmentis 1—5 sensim paulo dilatatis; 1 petiolo lineari, parte antica apicem versus sensim paululum dilatata, petioli longitudine, latitudine fere duplo longiore; *feminae* fere orbiculatum, capite thoraceque vix paulo brevius, pauloque latius, segmento 1 lineari. *Aculeus* absconditus.

Par hujus speciei *Manger* cepit prope *Warmbrunn.*

Synonyma:

Ichn. Pavoniae Scopoli Carn., n. 762.
„ Christ. p. 368.
„ Olivier p. 214, n. 42.

290. ST. BLANDUS.

Segmentis 2 et 3 pedibusque rufis, coxis posticis basi nigris. f.

Statura et proportio partium omnino *St. deplanati*, n. 287.

Longitudo 1½—fere 2 linearum. *Caput* palpis et mandibularum medio rufis aut ferrugineo-fuscis. *Antennae* fuscae, articulo 1 subtus rufo aut testaceo. *Alae* hyalinae, stigmate et radio fuscis, radice straminea, squamula testacea. *Pedes* rufi; postici coxis externe basin versus nigris, tarsis fuscis. *Abdomen* segmentis 2 et 3 rufis, 3 apice nigro. *Aculeus* exsertus brevissimus.

Feminam unam cepi prope *Vratislaviam*, alteram prope *Trajectum ad Viadrum*, mense Septembri, in loco herbaceo dumetoso aprico.

FAMILIA VI,

seu subgenus:

BRACHYPTERUS,

a verbis βραχὺς, brevis, et πτερὸν, ala — qui alas breves habet.

Alis brevibus, areola nulla.

Caput breviusculum, collum versus vix subangustatum. — *Oculi* ovales. — *Antennae* breviusculae. — *Thorax* gibbulo-cylindricus. — (*Scutellum* individui unici, quod coram habeo, acu percussum est). — *Alae* thorace paululum longiores, areola nulla. *Pedes* mediocres. — *Abdomen* feminae petiolatum, oblongoovatum, capite thoraceque paulo longius paululumque latius. — *Aculeus* vix subexsertus.

Haec familia a reliquis Ichneumonum familiis discedit alis brevibus, alatu vix idoneis; his autem adpropinquat ad *Pezomachos*, quorum feminae tamen aculeo longiore differunt.

---

291. B. MEANS. n.

Segmentis 1—4 pedibusque rufis; horum posticis apice femorum tibiarumque nigro. f.

Longitudo 3 linearum. *Caput* facie infra antennas subprotuberante. *Antennae* filiformes curvatae, longitudine dimidii corporis; articulis 1—11 rufis, 9—11 supra albidis; reliquis fuscis. *Thorax* metathorace subbituberculato. *Alae* angustae, thorace paulo longiores; stigmate radio radice et squamula dilute rufis, areola nulla. *Pedes* rufi; postici apice femorum et tibiarum nigro. *Abdomen* segmento 1 rufo, parte antica transversali, breviore at triplo latiore quam petiolus; 2 subquadrato rufo; 3 et 4 transversalibus, longitudine duplo latioribus, rufis, 4 autem margine nigro; sequentibus nigris, 6 et 7 macula albida. *Aculeus* vix subexsertus.

Unicum individuum, circa *Netley* captum, *Hope* mecum communicavit.

SUPPLEMENTA

AD PARTEM PRIMAM.

Cum historiam culturae Ichneumonidum conscribebam, acta Societatis naturae scrutatorum Berolinensium, et *Curtisii* Entomologia britannica, mihi haud ad manus erant, indeque tractatus duos, magni quoad Ichneumonologiam momenti, auctore *Neeseo ab Esenbeck*, in illis actis editos, nec non Ichneumones britannicos, in opere *Curtisii* descriptos et pictos, plane me invito commemorare omisi. Addenda itaque sunt:

pag. 32.

Anno 1811 *Nees ab Esenbeck* edebat primam partem Monographiae Ichneumonidum adscitorum, hac methodo tractatorum: *Familia I, Bracones*, palpis maxillaribus quinquearticulatis, labialibus triarticulatis (quadriarticulatis in genere *Agathis*), his generibus: 1. *Stephanus;* 3 species. 2. *Bracon:* I. Abdomine sessili, segmentis 1—5 majoribus; 29 species. II. Abdomine petiolato,

18 species. III. Abdomine sessili, segmentis 1—3 majoribus; 10 species. — Anno 1814 pars secunda hujus monographiae in lucem prodibat, haec continens: Relicto post genus Braconum inani spatio pro genere 3 *Microgasterum*, sequuntur: 4 *Microdus*, novum genus, medium quasi locum occupans inter Bracones familiae tertiae Microgasteres et Agathides, his tamen omnium fere proximum; 11 species. 5. *Agathis*; 10 species. *Familia II*, *Bassi*, palpis maxillaribus sexarticulatis, labialibus quadri-(tri-) articulatis, his generibus: 6. *Bassus* (*Alysia* Latr.); 23 species. 7. *Eubazus*, genus novum, medium quasi occupans inter Bassos et Microgasteres; 2 species. 8. *Helcon*, novum genus; 5 species. — Anno 1815 monographia absolvebatur, his generibus: 9. *Sigalphus*: I. *Sigalphi* Spinolae; 15 species. II. *Chelonii* Jurinei; 18 species. 10. *Ichneutes*, novum genus, numero articulorum palporum cum Ichneumonidibus genuinis congruens, alis cum Sigalphis familiae primae, habitu toto cum Braconibus familiae tertiae; 1 species. Eodem anno auctor noster edebat descriptionem generis novi Ichneumonidum genuinorum, *Lapton* denominati, cujus notas in supplementis referam.

Pag. 62.

Annis 1824—1828 *Curtis*, in Entomologiae britannicae fasciculis mensium Januarii 1824, Maji et Junii 1825, Junii et Novembris 1826, Januarii Maji et Octobris 1828, plures species

Ichneumonidum, vel rarius obvenientes vel omnino novas, describebat et iconibus elegantissimis accuratissimisque totius animalis et singularum ejus partium, imprimis oris, illustrabat, additis observationibus, ad vitae genus horum insectorum spectantibus.

Pag. 676.

Ichneumonem parvum singularem, circa *Netley* captum, *Hope* ad me misit: Forma abdominis petiolati, pedibus antennisque crassioribus, aculeo abscondito (femina enim esse videtur propter antennas crassiores involutas et abdomen robustum) cum familia prima generis *Ichneumonum* congruit; discedit autem ab illa capite subgloboso, areola alarum deficiente, quapropter forsan in familiam peculiarem (subgenus *Microleptes*, a verbo μικρολέπτης, furem rerum minutarum significante, quia hoc insectum minutum forsan non nisi larvas insectorum parvorum aggreditur) sejungi deberet. Descriptio ejus haec est:

MICROLEPTES SPLENDIDULUS. n.

Niger, pedibus rufis. f.

Longitudo 2 linearum. *Corpus* nitidum. *Caput* a latere visum subglobosum, superne visum longitudine fere duplo latius, haud collum versus angustatum, facie infra antennas protuberante; palpis albidis. *Oculi* ovales. *Antennae* vix dimidii cor-

poris longitudine, curvatae, crassae; articulis circiter 22 fuscis, primo, reliquis crassiore et longiore, secundoque, minimo, rufis. *Thorax* cylindrico-gibbulus. (*Scutellum* acu perforatum, indeque totum fere deletum est.) *Alae* mediocres subfumatohyalinae, stigmate et radio fusco-nigris, radice et squamula piceofuscis; areola nulla. *Pedes* breviusculi crassiusculi rufi, coxis posticis basin versus fuscis. *Abdomen* oblongo-ovatum, capite thoraceque vix paulo brevius pauloque angustius, petiolatum; segmento 1 apicem versus sensim dilatato, petiolo crassiore et ad partem anticam haud aeque abrupte desinente ac in Ichneumonibus familiae primae, parte antica ipsa latitudine paulo longiore, longitudine petioli; 2 longitudine latitudinis, basin versus sensim angustato; sequentibus transversis, sensim brevioribus et angustioribus. *Aculeus* absconditus.

SUPPLEMENTA
AD PARTEM SECUNDAM.

Pag. 26.

15^b. M. ALBOLINEATUS n.

Capite thorace scutelloque albolineatis, femoribus tibiisque rufis, antennis alboannulatis.

Statura et proportio partium omnino *M. quadriannulati*, n. 5; an ejus varietas? A *M. larvatore*, n. 15, hic satis differt petiolo pedibusque multo gracilioribus, etc.

Longitudo 4¾ linearum. *Caput* palpis, basi mandibularum, orbitisque oculorum internis et externis, albis. *Antennae* graciles, apice curvatae, fere longitudine corporis, articulis 12—14 supra albis, *Thorax* linea suturali ante alas, lineola infra alas, punctisque duobus sub scutello, albis. *Scutellum* utrinque puncto magno marginali albo. *Alae* fumato-hyalinae, stigmate radio et squamula nigris, radice picea, areola triangu-

lari sessili. *Pedes* coxis et trochanteribus nigris; femoribus rufis, posticis geniculo summo nigro; tibiis rufis, posticis apicem versus nigris; tarsis anterioribus fusco-rufis, posticis nigro-fuscis articulo 4 paulo pallidiore.

Unum individuum, de cujus sexu autem haud certus sum, *Hope* circa *Netley* cepit.

Pag. 28.

M. melanocephali marem, longitudine 3 ⅓ linearum, *Hope* cepit circa *Netley*.

M. testacei mares et feminae, circa *Netley* lecti, antennis sunt totis fulvo-rufis, thorace unicolore scutelloque rufis.

Nota:

M. testaceus ab *Ophione virgato* et *testaceo*, quibuscum primo aspectu facile confundi posset, distinguitur forma nervi ab areola recurrentis, quippe qui huic rectus est et subundulatus, illis Ophionibus autem arcuatus.

Pag. 33.

Varietas 2 Mesolepti stictici: *Rufa; oculis ocellis et segmento primo fusco-nigris; thorace nigro, prothoracis dorso scutelloque rufis. f.* — *Statura* et proportio partium omnino *M. stictici* genuini et *pallidi*, n. 18, magnitudine intermedia inter ambas species. — *Longitudo* 2 ¾ linearum. *Antennae* corpore paulo longiores, fuscae, articulis 1 et 2 ferrugineis, subtus substramineis.

Thorax niger; prothoracis dorso rufo macula media nigra. *Scutellum* rufum basi nigricante. *Pedes* toti dilute-rufi; tarsis posticis et coxarum posticarum latere externo fuscescentibus. *Abdomen* dilute-rufum; segmento 1 nigro, margine rufo. *Aculeus* rufo-ferrugineus.

Feminam unicam, circa *Netley* captam, *Hope* mecum communicavit.

Pag. 56.

33[b]. M. ARRIDENS. n.

Lineis thoracis facieque flavis; antennis tibiis tarsis et abdominis medio rufis. m.?

Haec species a *M. xanthostigmate*, n. 33, et a plurimis speciebus hujus familiae, segmento 1 paulo latiore et laevi, haud canaliculato, differt.

Longitudo fere 4 linearum. *Caput* ore et facie flavis, hac linea brevi nigra inter antennas. *Antennae* filiformes, corpore breviores, apice involutae; articulo 1 nigro, subtus flavo, sequentibus dilute-rufis, supra fuscescentibus. *Thorax* gibbulus; linea ante alas, alteraque perpendiculari breviore utrinque ad latera pectoris, flavis. *Alae* subfumatohyalinae, stigmate et radio testaceis, radice et squamula flavis; areola alae sinistrae triangulari sessili, alae dextrae omnino nulla. *Pedes* graciles; coxis nigris, anticis subtus flavis; trochanteribus nigris; femoribus anticis rufis basi nigra, mediis nigris apice rufo, posticis totis

nigris; tibiis tarsisque rufis, anticis dilutioribus. *Abdomen* oblongum, capitis thoracisque longitudine, thorace vix paulo angustius; segmento 1 nigro, petiolo lineari, parte antica laevi, apicem versus sensim dilatata, latitudine paulo longiore, longitudine petioli, eo autem duplo latiore; 2 nigro subquadrato, basin versus sensim angustiore; 3 et 4 quadratis rufo-castaneis; sequentibus nigris.

Individuum unicum sexus ambigui, circa *Netley* captum, *Hope* ad me misit.

Pag. 64.

Mesolepti Typhae individua quaedam genuina circa *Netley* etiam capta sunt.

Pag. 80.

Mesolepti rufonigri femina, antennis totis fuscis, aculeo abscondito, circa *Netley* capta est.

Indidem quoque accepi alium Mesoleptum, quem pro illius *mare* habeo. Hic a femina differt abdomine graciliore, capite breviore. *Statura* et proportione partium omnino congruit cum *M. ruficorni*, n. 26. Femina capite minus brevi minusque collum versus angustato, tam a hoc mare quam a feminis maribusque M. ruficornis differt; indeque adhuc dubius sum, num hic verus sit mas M. rufonigri, num varietas, scutello toto nigro, M. ruficornis.

Longitudo hujus maris 4⅔ linearum. *Caput* ore et facie flavis, hac linea longitudinali nigra.

Antennae totae nigro-fuscae. *Alae* fumato-hyalinae, stigmate et radio testaceo-piceis, radice et squamula stramineis; areola parva triangulari irregulari petiolata. *Pedes* anteriores rufi, coxis et basi trochanterum nigris; postici nigri, tibiis basin versus rufis. *Abdomen* nigrum; segmento 3 toto, 2 margine, rufocastaneis.

Pag. 81.

Mesoleptus sulphuratus a *nemorali* differt nervo inferiore exteriore cellulae internae minus arcuato. Omnibus feminis petiolus brevior est et latior quam maribus, indeque illae propius accedunt ad familiam II Tryphonum.

Hope mecum communicavit marem et feminam, circa *Netley* captos: *Longitudo* 5 linearum. *Antennae* feminae supra fuscae. *Femora* anteriora feminae rufa, basin versus nigra. *Tibiae* mediae feminae totae flavo-testaceae. *Tarsi* postici maris fusci. *Segmentum* 4 feminae totum nigrum — Caetera cum individuis germanicis descriptis congruunt, sed feminae petiolus brevior est et latior quam feminis germanicis.

Pag. 85.

Mesolepti fortipedis feminae duae, circa *Netley* captae, longitudine sunt 2¾—4 linearum.

Pag. 95.

Individua duo *Mesolepti filicornis* genuini et varietatis 1. *α*. circa *Netley* capta sunt.

Pag. 102.

Mesolepti geniculosi mares quosdam, unamque feminam, circa *Netley* lectos, *Hope* ad me misit. *Mares* longitudine sunt 3—4 linearum, coxis posticis basi nigris. *Femina*, longitudine 3 linearum, aculeo vix subexserto, colore et pictura maribus respondens, congruit praeprimis cum nonnullis individuis minoribus, quae pro maribus habeo, abdomine breviore a reliquis diversis. Quaeritur num haec individua minora omnia feminae sint aculeo abscondito.

Pag. 111.

68b. M. RUFOCINCTUS. n.

Segmenti tertii dorso rufo; tibiis anterioribus femoribusque rufis; tibiis posticis albidis apice nigro.

A *M. petiolari*, n. 68, hic differt abdomine breviore, segmenti primi parte antica minus convexa, areola irregulari etc.; a *M. teneri*, n. 66, areola distincta, colore pedum etc.; a *M. xanthopsano*, n. 37, abdomine breviore latiore, colore capitis, etc.

Longitudo 2⅔ linearum. *Caput* palpis albidis. *Antennae* filiformes curvatae, corpore breviores, apicem versus ferrugineae. *Thorax* gibbulus. *Alae* subhyalinae irideae, stigmate et radio piceis, radice et squamula exalbidis, areola triangulari transversali subpetiolata. *Pedes* mediocres; ante-

riores dilute-rufi, trochanteribus flavicantibus, coxis nigris; postici coxis et trochanteribus nigris, his apice flavicante, femoribus rufis, basi et geniculo nigris, tibiis albidis apice nigro, tarsis fuscis. *Abdomen* oblongo-ovatum, capitis thoracisque longitudine et latitudine; segmento 1 nigro, petiolo aequilato, parte antica apicem versus sensim dilatata, subcanaliculata, plus duplo latiore at paulo longiore quam petiolus; 2 subquadrato nigro; 3 transverso rufocastaneo, marginem et latera versus nigro; sequentibus nigris, sensim brevioribus et angustioribus.

Unicum individuum sexus incerti, circa *Netley* captum, *Hopeo* debeo.

Pag. 113.

Mesolepti laevigati feminas quatuor, circa *Netley* captas, *Hope* ad me misit, quarum duae *genuinae* sunt, altera pedum posticorum femoribus tibiisque fere totis rufis, solo apice summo nigricantibus; tertia ad *varietatem* 2 pertinet; pedibus posticis nigris, tibiis basin versus fuscoferrugineis; segmento 4 rufocastaneo, dorso medio nigro; caeteris sicut in femina genuina; quarta ad *varietatem* 5, femoribus mediis superne nigris, pedibus posticis totis nigris, caeteris sicut in femina genuina.

Pag. 128.

Tryphonis praerogatoris marem unum, feminasque quinque, circa *Netley* captos, *Hope* ad

me misit — *Mas* varietati 1 respondet — *Feminae* a feminis genuinis discrepant *coxis posticis nigris*, *antennis fuscis*, indeque melius cum maribus genuinis congruunt: *Antennae* fuscae, subtus interdum ferrugineae aut rufae, apice autem semper toto ferrugineo aut fusco. *Pedes* rufi; postici coxis nigris, tibiarum apice, tarsorumque articulis 1 et 5, nigro-fuscis. Caetera ut in feminis genuinis.

Pag. 135.

Tryphon melancholicus etiam circa *Netley* captus est.

Pag. 166.

Tryphon succinctus, longitudine 2¾ linearum, antennis totis nigro-fuscis, segmentorum 2—7 marginibus albidis tenuissimis, circa *Netley* captus est.

Pag. 223.

Tryphonis varitarsi individua quatuor, circa *Netley* lecta, *Hope* mecum communicavit, ad *varietatem* 1 spectantia: *Longitudo* 3—4 linearum. *Trochanteres* postici, non solum in his individuis netleyanis, sed quoque in reliquis, basi nigri sunt. *Abdomen* et segmentum 1, ratione longitudinis et latitudinis, vel cum specie genuina vel cum varietate descripta congruunt, indeque, hac ratione, nullum est discrimen inter speciem genuinam et varietatem ejus. Segmen-

tum 1 vel totum nigrum est, vel margine rufum; 2 et 3 rufa sunt; 4 vel totum nigrum, vel dorso aut basi plus minus castaneum. Unum horum individuorum sub apice ventris gerit decem vesiculas, illis, quae pag. 224 in nota descripsi, similes.

Pag. 231.

Tryphonis erythroceri varietatis 1 mares duos, circa *Netley* captos, *Hope* ad me misit: *Longitudo* 3¾ linearum. *Alae* squamula nigra, areola nulla. *Pedes* femoribus anterioribus subtus basi summa nigris — Caetera sicut in varietate 1 descripta.

Pag. 238.

Tryphonis elongatoris individua multa, masculina et feminina, *Hope* legit circa *Netley*, quorum plurimis autem antennarum articuli ultimi toti fusci aut nigri sunt. Caetera cum speciminibus jam descriptis conveniunt. — Etiam *varietatis* 1, pag. 240 descriptae, individua nonnulla, antennis totis fuscis, femoribus anticis fere totis flavis, circa *Netley* capta sunt.

Pag. 249.

Tryphonis pastoralis varietas 1, segmento 1 autem toto nigro, etiam circa *Netley* capta est.

Pag. 258,

Tryphonis mitigosi femina, circa *Netley* capta, germanicis respondet; *alae* autem stigmate

sunt pallidestramineo; *pedes* dilute rufi, trochanteribus et coxis flavis, coxis posticis attamen nigris macula apicali rufescente obsoleta.

Pag. 262.

Tryphoni notato subjungenda est *varietas 2, segmentis 2—4 totis rufis.* f. *Longitudo* 2¼ linearum. *Abdomen* segmento 1 nigro, margine rufo; 2—4 rufis; 5—7 nigris margine flavicante. Caetera ut in plurimis feminis genuinis. — Individuum unicum, circa *Netley* captum, *Hope* mecum communicavit.

169b. Tr. LATERALIS. n.

Segmentis 2—5 rufis, lateribus nigris; facie flava; pedibus rufis, coxis anterioribus trochanteribusque flavis, coxis posticis nigris.

A *Tr. notato*, n. 169, hic differt nervo inferiore externo cellulae internae haud arcuato sed angulato, segmento primo latiore.

Longitudo 3 linearum. *Caput* ore et facie flavis. *Antennae* longitudine corporis, porrectae, apice incurvae. *Thorax* gibbulus. *Alae* subfumato-hyalinae, irideae, radio et stigmate piceis, squamula et radice flavis; areola nulla; nervo inferiore exteriore cellulae internae angulato, angulo fere recto. *Pedes* fulvo-rufi; anteriores trochanteribus et coxis flavis; postici coxis nigris, trochanteribus flavis. *Abdomen* ovato-fusiforme, capite

thoraceque paulo longius, latitudine thoracis, nitidulum; segmento 1 confertim puncto, opaco nigro, apicem versus sensim dilatato, lineis 2 elevatis longitudinalibus, parte antica longitudine paululum latiore, duplo latiore quam petiolus, hujus autem longitudine, margine rufo; 2 et 3 quadratis rufis, utrinque macula nigra; 4 et 5 transversis rufis, lateribus totis nigris; 6 nigro, macula dorsali rufescente obsoleta; 7 toto nigro.

Hoc individuum sexus incerti, circa *Netley* captum, *Hope* transmisit.

Pag. 272.

Tryphonis semicaligati marem, circa *Netley* captum, *Hope* mecum communicavit.

Pag. 275.

Tryphonis insolentis feminam genuinam, areola subsessili, caeterum cum germanicis congruentem, *Hope* cepit circa *Netley*. Indidem etiam accepi marem *varietatis* 1 (valvulis binis, quae penem includunt, hiantibus; ita ut penis totus exsertus sit; pene ipso stramineo, stylum exhibenti filiformem, apice corpusculum crassius ovale subcompressum, instar glandis, gerentem) et feminam *varietatis alterae, segmentis 2 et 3 nigris castaneo-maculatis.* Hoc individuum a feminis pag. 274 descriptis differt segmento 1 basin versus magis angustato, quo propius accedit ad nonnullas species Mesoleptorum, e. g. ad *M. ruficornem* et *rufonigrum*, qui autem reliquis notis discedunt. *Lon-*

gitudo 5 linearum. *Antennae* subtus ferrugineae, articulo 1 toto nigro. *Abdomen* nigrum, segmentis 2 et 3 fascia irregulari castanea. — Caetera ut in feminis genuinis.

Pag. 277.

Tryphonis evolantis mas, circa *Netley* captus, differt a maribus gottingensibus descriptis *longitudine* 4¼ linearum, *segmento* 3 toto castaneo.

Pag. 305—314.

Tryphonis rutilatoris individua plura circa *Netley* lecta sunt. Duo eorum, mas et femina, *speciei genuinae* respondent; mari autem segmentum 2 fascia lata nigra notatum est, segmenta 6 et 7 superne nigra sunt. Reliqua *varietatibus* 1, 4, 8, 10, 13 respondent; tria, sexus masculini, *varietatis* 4, longitudine sunt 4—4½ linearum, duobusque eorum segmentum 5 etiam totum nigrum est; individuorum quatuor *varietatis* 13 duo, sexus feminini, a maribus differunt femoribus totis rufis, quippe quae maribus basi nigra sunt.

Pag. 326 et 233.

Tryphon punctus et *mesoxanthus*, n. 152, solo colore segmentorum 2 et 3, in illa specie alterato, discrepantes, una sunt eademque species, quae, forma et punctura segmenti 1, optime a reliquis speciebus distingui potest, indeque sub nomine *Tr. puncti* conjungendi.

Pag. 337.

216b. E. AETHIOPS. n.

Solis tibiis rufis. f.?

Statura et proportio partium reliquarum hujus sectionis specierum, segmento 1 autem paulo angustiore, areola majore.

Longitudo paulo ultra 2 lineas. *Caput* ore ferrugineo. *Antennae* subcurvatae, dimidio corpore paulo longiores, subtus basin versus rufae. *Thorax* cylindricus. *Alae* subfumatohyalinae, stigmate radio et squamula fusconigris, radice straminea; areola triangulari subregulari subsessili, majore quam in reliquis cospeciebus hujus sectionis. *Pedes* tibiis anticis rufis, mediis rufoferrugineis, posticis fuscis externe rufo-ferrugineis; tarsis rufis, posticis ferrugineis. *Abdomen* laeve nitidum; segmento 1 apicem versus sensim paulo dilatato, latitudine duplo fere longiore; 2—5 aequilatis, 2 quadrato, sequentibus sensim brevioribus.

Unum individuum, forsan femininum, circa *Netley* captum, *Hope* ad me misit.

Pag. 349.

E. prosopius, alarum squamula nigra, circa *Netley* captus est.

Pag. 351.

Hope cepit circa *Netley* Exochum, quem quidem ad *E. gravipedis* feminam refero, medium

tamen tenentem inter illam speciem et *Ex. mitratum*, n. 225. — *Longitudo* 3 linearum. *Caput* mandibulis stramineis apice nigro; linea transversali arcuata albida infra antennas. *Thorax* puncto albido ad radicem alarum. *Alae* squamula alba. *Tarsi* postici fusci. — Caetera ut in gravipede genuino.

Pag. 352.

225b. E. ASPER. n.

Abdomine basi scabriculo, pedibus rufis.

Haec species abdomine congruit cum *E. cristatore*, n. 226, segmento 1 longiore; pedibus autem antennisque brevioribus et crassioribus, fere ut in *E. mansuetore*, n. 217.

Longitudo vix 2 linearum. *Caput* ore ferrugineo. *Antennae* dimidio corpore paulo longiores, subtus basin versus rufescentes. *Alae* hyalinae, stigmate et radio piceis, radice et squamula flavis. *Pedes* dilute rufi, coxis posticis superne basi nigra. *Abdomen* capitis thoracisque longitudine et latitudine; segmento 1 scabriculo, lineis 2 elevatis longitudinalibus, basin versus sensim paulo angustato, latitudine longiore; 2 quadrato scabriculo; sequentibus sensim brevioribus et laevioribus.

Individuum unum sexus incerti *Hope* cepit circa *Netley*.

Pag. 354.

226[b.] E. FUNEBRIS. n.

Abdominis basi scabricula; pedibus anterioribus rufis, posticis nigris basi tibiarum alba. m.?

Statura et proportione partium, praeprimis autem abdomine, hic cum *Ex. cristatore*, n. 226, congruit; an hujus varietas?

Longitudo 2½ linearum. *Caput* ore ferrugineo. *Alae* fumatohyalinae, stigmate et radio fuscis, radice rufescente, squamula ferrugineo-fusca. *Pedes* anteriores rufi, coxis et trochanteribus nigris; medii praeterea femoribus subtus basin versus nigris, tibiis externe tarsisque fuscis; postici nigri, basi tibiarum alba. *Abdomen* exacte ut in *Ex. cristatore.*

Duos mares (?), circa *Netley* captos, *Hope* mecum communicavit.

Pag. 378.

Hope ad me transmisit *Trogum*, circa *Netley* captum, quem pro *Trogi alboguttati* varietate, *segmento primo toto nigro, habeo.* — *Statura* et proportio partium ut in specie genuina. Caput autem deest, indeque haud omni certitudine obtinere possum num hoc individuum species sit peculiaris, num mera varietas alboguttati. Pedes vero paulo breviores sunt quam huic.

Longitudo 6 linearum. *Thorax* totus niger. *Scutellum* et *alae* ut in genuino. *Pedes* nigri

antici tibiis tarsisque stramineo-rufis, supra fuscescentibus; posteriores summa basi tibiarum albida. *Abdomen* nigrocoeruleum, segmento 7 linea longitudinali alba.

Pag. 376 et 377.

Trogi lutorii varietatis 2 feminam *Hope* cepit circa *Netley*: *Longitudo* fere 9 linearum. *Thorax* lineis 2 prothoracis longitudinalibus, arcu metathoracis, margineque laterali colli, rufis, lineis flavis ut in specie genuina. *Pedes* fulvo-rufi; postici coxarum basi et macula apicali femorum nigris. *Abdomen* rufo-fulvum, segmento 5 macula dorsali nigra. — Caetera sicut in femina genuina.

Ex eodem loco accepi etiam individua nonnulla mascula novae *varietatis* 8b., *abdominis apice et macula apicali femorum posticorum nigris.* m. — *Longitudo* 10—13 linearum. *Antennae* vel sicut in mare genuino, vel articulis 1—11, aut plurimis horum, fulvis. *Pedes* rufo-fulvi; postici macula ante apicem femorum, majore minoreve, plerumque basi aut macula coxarum, nigris. *Abdomen* segmentis 1—3 rufis; 4 vel rufo vel nigro lateribus rufis, rarius fere toto nigro; sequentibus nigris, 5 rarius utrinque macula basali rufa. — Caetera ut in maribus genuinis. — Individuum maximum, segmento 4 fere toto nigro et antennis basin versus magis rufis, a reliquis differt.

Pag. 380.

Ad nostri *Trogi lutorii* varietates apice abdominis et femorum posticorum nigro adhibendus est *Ichneumon Atropos* Curtis Ent. Brit. fasc. 58, n. 234, ubi auctor quoque *oris partes Trogi lutorii* exhibuit, notis nonnullis a descriptione Neeseana harum partium secedens: E Curtisii observatione enim *labrum* subtus appendicula molli acuminata auctum est; *palpi maxillares* mala quinquies longiores sunt, articuli earum quoque longitudine relativa paulo discedere videntur; *palporum labialium* articuli 1 — 3 subaequales sunt, 1 lingua dimidia brevior. — Haec species, e relatione Curtisii, passim in *Anglia* capta est, mense Julii; larva unius individui degerat *in larva Acherontiae Atropos.*

Pag. 398.

Alomya ovator frequens est circa *Netley*. *Feminis* tibiae posticae apice summo nigrae sunt; individuo maximo earum segmentum 1 totum nigrum est. *Mares* transmissi ad varietates a. c. e. f. g. et ad novam varietatem, *abdomine nigro, segmentorum 2 et 3 lateribus rufis*, spectant.

Pag. 402.

Ad feminam *Alomyae ovatoris* etiam referri debet *Alom: victor* Curtis Ent. Brit. fasc. 30, n. 120, differentia enim, a segmento 1 toto rufo petita, quod in *Al. debellatore* petiolum nigrum habere debeat, momenti nimis laevis esse videtur,

brevioribus. *Aculeus* corpore longior, vaginis pilosellis, terebra rufa.

Unicam feminam, circa *Netley* captam, *Hopeo* debeo.

Pag. 476.

Crypti viduatorii marem et quatuor feminas, circa *Netley* captos, *Hope* mecum communicavit: *Mari* antennarum articulus 1 subtus macula alba est obsoleta, scutellum fere totum nigrum, solo puncto apicali albo. Hoc individuum medium tenet inter *viduatorium* et *inconspicuum*, n. 18, qui statura et proportione partium cum hoc mare omnino congruit. — Inter *feminas* una est antennarum articulis solis 7 et 8 puncto obsoletissimo albo, altera *antennis totis nigris*. *Alae* interdum squamula tota nigra. *Segmenti* 1 pars antica individuo majori exacte quadrata et petiolo triplo latior est. Caetera cum feminis jam descriptis congruunt. Notandum vero est, individua illa duo, antennis subannulatis aut totis nigris, a duobus alteris individuis (quibus annulus antennarum distinctior, caput et thorax vero tota atra sunt) differre orbitis oculorum internis et externis, lineolaque infra alas, albis.

Pag. 491.

Crypti albatorii varietas scutello toto nigro spectat ad sectionem quintam.

Pag. 497.

50b. CR. SEDULUS. n.

Abdomine, femoribus anterioribus, tibiisque, rufis, harum posticis apice nigro; annulo antennarum et orbitis internis oculorum albis. f.

Haec femina affinis est *Cr. assertorio*, n. 50, sed femoribus posticis crassioribus et totis nigris differt; an hujus varietas?

Longitudo 3 ½ linearum. *Caput* palpis albidis, orbitis oculorum internis et supernis albis tenuibus. *Antennae* filiformes graciles, apice curvatae, articulis 8—11 albis, subtus fusco-ferrugineis. *Thorax* gibbulo-cylindricus; linea suturali ante alas, collum versus distinctiore, lineolaque infra scutellum, albis. *Scutellum* album. *Alae* subfumatohyalinae, radio et stigmate piceis, radice albidostraminea, squamula fusca, areola quinqueangulari. *Pedes* anteriores rufi, coxis et trochanterum basi nigris, postici nigri, femorum basi summa rufa, tarsis tibiisque rufis, his apice nigro. *Abdomen* totum rufum. *Aculeus* longitudine dimidii abdominis, niger, terebra rufa.

Feminam unicam, circa *Netley* captam, *Hope* mecum communicavit.

Pag. 504.

Cryptum perspicillatorem circa *Netley* cepit *Hope*.

Pag. 537.

Crypti albatorii genuini mares tres, circa *Netley* lectos, *Hope* ad me misit: *Longitudo* 4 — fere 6 linearum. Individuum maximum macula alba laterali colli ante coxas anticas, segmento primo toto, basique secundi, nigris. Individuum magnitudine media coxis et trochanteribus mediis fere totis nigris, solo puncto parvo albo notatis.

Ex eodem loco accepi etiam varietatem, *scutello toto nigro, segmentis 6 et 7 nigrofuscis;* longitudine 4½ linearum; caeteris mari genuino respondentem. — Haec varietas exacte medium tenet inter *albatorium* genuinum et *Dianae*, n. 88, et *minatorem*, n. 94; caput enim et thorax *albatorio* respondent, scutellum et abdomen *minatori*. *Cr. Dianae*, ratione picturae thoracis, medium tenet inter *minatorem* et *albatorium*, minatori scutello nigro respondet, sed abdomine apicem versus magis colore nigro imbuto ab illis discedit. Forsan tamen omnes hi Crypti in unam speciem conjungi possent.

Pag. 540.

Crypti pygoleuci varietas, *segmenti 1 basi apiceque albis*, circa *Netley* capta est: *Coxae* anticae subtus exalbidae. *Abdomen* segmento 1 nigro, basi apiceque albo; 2 rufo basi nigra; 3 et 4 rufis; 5 nigro macula dorsali rufa; 6 toto nigro; 7 nigro macula dorsali alba. — Caetera ut in individuis plurimis genuinis.

Pag. 541.

85b. CR. SUBCINCTUS. n.

Segmento tertio rufo fascia nigra, septimo macula alba; tibiis femoribusque rufis, posticis apice nigro. m.

Hic mas a nonnullis maribus gracilioribus sectionis IV et V, quibuscum confundi posset, praecipue differt segmento primo magis lineari, petiolo breviore et latiore, parte antica minus convexa.

Longitudo 3½ linearum. *Antennae* graciles filiformes porrectae, corpore paulo breviores. *Thorax* gibbulus. *Scutellum* puncto apicali albo. *Alae* fumato-hyalinae, stigmate radio et squamula fusconigris, radice straminea, areola subquadrangulari. *Pedes* graciles rufi, coxis trochanteribus et femorum tibiarumque posticorum apicibus nigris; tarsis posticis fuscis. *Abdomen* capite thoraceque paulo longius, thorace fere dimidio angustius; segmento 1 nigro planiusculo, crassiore quam in reliquis cospeciebus, sublineari, parte antica latitudine paulo longiore, pauloque breviore at vix paulo latiore quam petiolus; 2—5 aequilatis; 2 nigro, latitudine paulo longiore, basin versus sensim angustato; 3 latitudine paulo longiore, rufo, fascia media nigra; 4 et 5 quadratis nigris; 6 et 7 brevioribus et angustioribus, nigris, 7 macula alba dorsali.

Marem unum, circa *Netley* captum, *Hope* ad me misit.

Pag. 543.

E sectione 4 varietas *Cr. albatorii*, scutello toto nigro, huic sectioni respondet.

Pag. 550.

Quaedam feminae *Cr. obscuri*, circa *Netley* captae, a *Hopeo* mecum communicatae sunt.

Pag. 554.

Cryptum sponsorem capite toto nigro, circa *Netley* captum, *Hope* ad me misit.

Pag. 557.

Duo individua *Cr. minatoris* maris, circa *Netley* capta, *longitudine* 3½—4 linearum, *alarum* squamula alba, *femoribus* posticis superne nigricantibus, *abdominis* segmento 1 toto nigro, 2—5 rufis, 4 et 5 individui alterius basi nigris, 6 et 7 nigro-fuscis, *Hope* mecum communicavit.

Mas *Cr. minatoris* vix a mare *Cr. Dianae* distingui potest: Statura et proportione partium ambo exacte congruunt. Individua netleyana, magnitudine et alarum squamula alba, propius accedunt ad Cr. Dianae, licet caeteris notis magis minatori respondeant. Forsan ambae species in unam conjungi deberent.

Pag. 562.

Crypti analis feminam duosque mares, circa *Netley* captos, *Hope* ad me misit.

Cr. titillatoris feminam genuinam, tresque mares varietatis 1, longitudine $3\frac{3}{4}$ — $4\frac{1}{3}$ linearum, circa *Netley* lectos, *Hope* ad me misit.

Pag. 594.

Crypti migratoris feminas tres genuinas, maresque duos, *Hope* cepit circa *Netley*. — Mares medium tenent inter varietatem 1 et 2: *Longitudo* 3—4 linearum. *Caput* palpis, medio mandibularum, macula transversali clypei, orbitisque facialibus latioribus, albis. *Pedes* nigri; femoribus anterioribus apice rufis; tibiis anticis rufis, mediis vel totis rufis, vel externe nigricantibus, basi semper pallidioribus, posticis nigris basi alba; tarsis anticis rufis, mediis fuscis, posticis nigris articulis 2 — 4 albis. *Abdomen* segmento 1 nigro, 2 — 4 rufis, sequentibus nigris, 7 dorso albo.

Pag. 606.

Crypti peregrinatoris feminas accepi tres, circa *Netley* lectas, quarum duae respondent varietati 1, una autem genuina est; huic femora anteriora rufa sunt, basi summa nigra, postica nigra, basin versus interne rufa.

Pag. 628.

Crypti flagitatoris varietas 1? *pedibus totis rufis, posticis apice summo femorum et tibiarum nigro.* f. — *Statura* et proportio partium omnino

Cr. flagitatoris genuini, indeque a *Cr. melanocephalo*, n. 139, diversus, cui aculeus longior, antennae et pedes graciliores, sunt. An species peculiaris?

Longitudo 2⅓—2⅔ linearum. *Caput* ore et facie rubricosis, macula infra antennas nigra. *Antennae* articulis 1—5 rufis, 1 supra nigro, 6 et 7 in altero individuo fuscis, 8 — 11 albis, subtus nigro-fuscis, reliquis nigris. *Thorax* rufus; collo, macula pectorali et regione utrinque juxta scutellum (sicut in individuo genuino), nigris; metathorace, in hac varietate et in specie genuina, postice tuberculis duobus acutis. *Scutellum* et *alae* ut in specimine genuino. *Pedes* rufi; postici geniculis et apice tibiarum nigris, tarsis fusconigris; individuo minori etiam basi trochanterum anteriorum nigra. *Abdomen* rufum, segmentis 4 — 6 nigris, 7 nigro dorso albo. *Aculeus* ut in femina genuina.

Individua duo, circa *Netley* capta, *Hope* mecum communicavit.

Pag. 675.

Aculeus *Phygadeuontis quadrispini* longitudine est quintae aut sextae partis abdominis.

Marem et feminam hujus speciei, circa *Netley* captos, *Hope* ad me misit.

Pag. 679.

Phygadeuontis curvi individua pluria, circa *Netley* capta, *longitudine* 3—4½ linearum, seg-

mento 1 parte antica ut plurimum longitudine paulo latiore, 4 interdum basi rufo, caeterum germanicis respondentia, *Hope* mecum communicavit.

Pag. 688—692.

Phygadeuontis fumatoris mares septem, quorum unus genuinus est, quatuor ad varietatem 2 pertinent, duo ad varietatem 4 et 5, *Hope* legit circa *Netley*. — Mares *varietatis 2 longitudine* sunt $1\frac{3}{4}$—$2\frac{3}{4}$ linearum. Unus eorum, longitudinis mediae, a reliquis differt coxis posticis rufis basi nigra, segmentis 2—4 rufis, mediumque tenet inter hanc speciem et *Phygadeuontem dumetorum*, n. 168. Omnibus autem femora postica nigra sunt, basi summa rufa. — De *varietate* 4 quaeritur, num *Phyg. subtilis*, n. 183, cum ea jungendus sit, statura enim et proportio partium utrique speciei eaedem sunt.

Pag. 698.

De *Phygadeuonte teneriventre* adhuc dubius sum, numne forsan cum *Mesolepto laevigato* conjungi deberet, quippe qui non nisi areola incompleta et petiolo paululum longiore et graciliore differt.

Pag. 706.

Inter Phygadeuontes, quos *Hope* circa *Netley* legit, duo sunt individua feminina *varietati* 1 *Phyg. variabilis* respondentia: Unum est *longitudine* $1\frac{3}{4}$

linearum. *Caput* ejus palpis et mandibulis rufis. *Antennae* totae nigrae. *Alae* fumatohyalinae, stigmate et radio fuscis, radice et squamula flavis, areola quinqueangulari. *Pedes* rufi; coxis posticis nigrofuscis, apicem versus rufis. *Abdomen* segmentis 2 et 3 rufis. *Aculeus* longitudine quintae partis abdominis. — Alterum individuum ab illo differt *antennis* basi rufis, *coxis* omnibus totis rufis, *segmentis* 2 et 3 rufofulvis, meliusque cum varietate 1, pag. 706 descripta, congruit. — Caeterum autem individuum primum, et forsan varietas 1 tota, etiam cum *Phyg. fumatore* conjungi posset.

Pag. 708.

Phyg. nitidus etiam abdomine nitidiore a speciebus reliquis affinibus differt. Mas ejus esse videtur *Phyg. diaphanus*, n. 206, qui autem abdomine et areola media metathoracis minus nitidis differt.

Feminae duae *nitidi*, circa *Netley* captae, segmento 4 apice nigro distinctae sunt.

Pag. 712.

Phyg. Spinolae varietas 1: *segmentis* 1 — 3 *femoribusque anterioribus totis rufis*. f. *Longitudo* 2⅔ linearum. *Antennae* articulis 1—7 fuscis, subtus rufis, 8—12 albis, latere altero ferrugineis. *Alae* fumatohyalinae, paulo minores quam in specie genuina, nervo inferiore exteriore cellulae internae, qui in specie genuina subrectus

est, arcuato, stigmate et radio fuscis, radice albida, squamula nigra, areola parva quinquangulari. *Pedes* rufi; postici femoribus nigrofuscis, summa basi geniculisque rufis, tibiis apice fuscis. *Abdomen* segmentis 1 — 3 rufis, sequentibus nigris, 6 et 7 membrana alba terminatis. — Caetera ut in femina genuina.

Unam feminam *Hope* cepit circa *Netley*.

Ratione magnitudinis alarum hoc individuum medium tenet inter *Ph. Spinolae* et *Ph. plagiatorem*. Hic quidem etiam pedibus brevioribus fortioribusque ab illo differt, forsan veruntamen ambae species in unam conjungi possent.

Pag. 714.

Phyg. erythrostictus, prope *Netley* captus, ab individuis pag. 714 descriptis differt petiolo segmenti primi paulo graciliore et longiore, fere ut in speciebus familiae secundae.

Pag. 726 — 729.

Phygadeuontis abdominatoris antennarum articuli haud 5—11, sed 7—13, vel horum plurimi, tribus lateribus albi sunt.

Hujus speciei feminas duas et mares duos, circa *Netley* captos, accepi: *Femina* una genuina parum ultra 3 lineas longa est. *Caput* ejus ore ferrugineo. *Antennae* articulo 1 nigro, subtus ferrugineo, 2 — 7 nigris, 8 — 18 albis. *Metathorax* inermis. *Alae* subfumatohyalinae, stigmate rufo, radio fusco, radice substraminea, squamula fusca

apice rufescente, areola quinqueangulari. *Pedes* ut in individuis plurimis genuinis. *Abdomen* rufum, segmento 1 toto nigro. *Aculeus* dimidio abdomine brevior. — *Mares* a maribus descriptis genuinis differunt femoribus mediis totis nigris, tibiis posticis nigris basi rufa. — *Femina* altera est *varietas* quarta, *femoribus anterioribus totis rufis: Longitudo* 3¼ linearum. *Antennae* ut in varietate 1. *Alae* ut in varietate 2. *Pedes* anteriores rufi, coxis et trochanteribus nigris, femoribus mediis subtus basi summa nigris; postici nigri, femorum geniculo et summa basi rufis, tarsis tibiisque rufis, his apice nigro. *Abdomen* rufum, petiolo nigro, segmentis 5—7 fuscis. *Aculeus* longitudine trientis abdominis.

Pag. 731.

Phygadeuontis profligatoris varietatis 3 mares tres multasque feminas, circa *Netley* captos, *Hope* ad me misit.

Pag. 741.

209b. P. PODAGRICUS. n.

Abdomine, basi antennarum, tibiis et femorum apice, rufis. f.

Statura et proportio partium *Ph. profligatoris* f. n. 203, sed pedibus, imprimis femoribus posticis, brevioribus et crassioribus non solum a

profligatore, sed ab omnibus cospeciebus hujus familiae, differt.

Longitudo paulo ultra vel paulo infra 3 lineas. *Antennae* articulo 1 nigro, 2 et 3 nigris subtus rufo-ferrugineis, 4—20 rufoferrugineis, reliquis nigris. *Alae* fumato-hyalinae, radio stigmate et squamula nigris, radice picea, areola quinquean-gulari parva. *Pedes* crassi; coxis et trochanteribus nigris; femoribus anticis vel fere totis rufis, vel basin versus nigris, mediis nigris apice rufo, posticis vel nigris apice rufo vel rufis basi nigra; tibiis rufis; tarsis anticis rufis, mediis fuscescentibus, posticis fuscis aut nigris. *Abdomen* rufum nitidum petiolo nigro. *Aculeus* longitudine partis quartae abdominis, niger; terebra rufa.

Feminas duas, circa *Netley* captas, *Hopeo* debeo.

Pag. 742.

Phyg. erythrogastri varietas 2, *segmento 1 toto nigro, femoribus omnibus apice rufis.* f. — A femina genuina haec differt etiam antennis paulo longioribus, aculeo breviore. — *Longitudo* $2\frac{1}{5}$ linearum. *Antennae* fere dimidii corporis longitudine. *Femora* postica nigra geniculo rufo. *Abdomen* segmento 1 nigro, summo margine obsolete rufescente. *Aculeus* dimidio abdomine paulo brevior. — Caetera ut in femina genuina.

Hanc feminam *Hope* cepit circa *Netley*.

Pag. 782.

Pezomachus longipennis quoque et *aberrans*, propter alas longiores, facile pro Hemitelibus haberi possent.

Pag. 802.

Hem. *monozonii* var.? *antennis totis, coxisque posticis, fuscis.* m. *Pedes* paulo longiores quam in specie genuina, postici coxis et apice tibiarum nigrofuscis. Caetera ut in specie genuina.

Hoc individuum, circa *Netley* captum, a *Hem. rufocincto, inusto, imbecillo* differt segmento 1 angustiore, ab imbecillo praeterea pedibus longioribus, a *luteolatore* autem pedibus multo gracilioribus; a quibusdam speciebus familiae XII (*Plectiscorum*) stigmate majore et magis semiorbiculari.

Pag. 810.

Hem. aestivalis varietas 6, *coxis omnibus et segmento 2 totis rufis.* f. — *Longitudo* 1 ⅓ linearum. *Antennae* basin versus rufae. *Alae* subhyalinae, stigmate et radio piceis, radice et squamula flavoalbidis. Pedes rufi, coxis posticis supra macula fusca. *Abdomen* nigrum; segmento 1 rufo, angulis apicalibus fuscescentibus; 2 basi rufo. *Aculeus* dimidio abdomine paulo brevior.

Feminam unicam, circa *Netley* captam, *Hope* mecum communicavit.

Pag. 819.

Hem. palpatoris feminam, segmento 1 toto nigro, *Hope* cepit circa *Netley*.

Pag. 844.

271[b.] H. ARGENTATUS. n.

Facie argenteo-sericante; segmentis 1—5 pedibusque rufis. f.

Statura et proportio partium *Hem. tenuicornis* f. n. 271, sed antennis crassioribus et metathorace inermi differt.

Longitudo 3 ¼ linearum. *Caput* facie argenteo-villosula, palpis albidis, mandibulis medio rufis. *Antennae* filiformes, corpore breviores, apice curvatae. *Thorax* gibbulus. *Alae* fumato-hyalinae, stigmate nigro, radio fusco, radice straminea, squamula rufa. *Pedes* toti rufi. *Abdomen* segmento 1 rufo-castaneo, petiolo nigro; 2—5 castaneis, summo margine pallidiore; 6 et 7 nigris. *Aculeus* longitudine dimidii abdominis, niger, terebra rufa:

Feminam unicam *Hope* cepit circa *Netley*.

Pag. 848.

Hem. crassicornis varietatem, *abdominis segmentis 1 et 2 rufis, medio fuscescentibus, reliquis totis nigris*, caeterum cum femina genuina congruentem, *Hope* cepit circa *Netley*.

Pag. 855.

Hem. areatoris individua duo, circa *Netley* capta, *Hope* ad me misit. Alterum eorum a reliquis differt thorace rufo, macula pectorali, lineis tribus longitudinalibus dorsalibus prothoracis, maculaque magna dorsali metathoracis, nigris, segmento 2 toto rufo.

Pag. 872.

287 b. P. ABERRANS. n.

Alis fere longitudine corporis; basi antennarum et abdominis rufa; thorace rufo, supra nigromaculato; pedibus et oculorum orbitis rufis. f.

Statura et proportio partium Pez. *fulveolati*, n. 287, et *longipennis*, n. 286, capite autem paulo minus globoso.

Longitudo 1 ⅓ linearum. *Caput* palpis rufis, orbitis oculorum externis latis internisque rubricosis. *Antennae* rufae, apice fuscae. *Thorax* rufo-rubricosus, macula pectorali, plagis tribus dorsalibus longitudinalibus prothoracis, dorsoque metathoracis, nigris. *Scutellum* rufum. *Alae* fumato-hyalinae; stigmate nigro, radium versus albo; radio fusco. *Pedes* rufi; postici geniculis fuscis, tibiarum basi summa albida. *Abdomen* segmento 1 nigro, margine rufo; 2 et 3 rufis, 3 macula laterali fusca; sequentibus nigris. *Aculeus* dimidio abdomine brevior.

Unam feminam, circa *Netley* captam, *Hope* ad me misit.

Pag. 877.

Pez. brachypteri varietas 2, *thorace toto nigro*. f. *Longitudo* 1¾ linearum. *Caput* totum nigrum, palpis rufescentibus, mandibulis fusco-badiis. *Antennae* articulis 1—11 rufis, 6 et 7 supra fuscescentibus, 8—11 supra albis, reliquis totis fuscis. *Pedes* fulvi, postici geniculis fuscis. *Abdomen* segmentis 1—3 rufis, 4 nigro lateribus badiis, 5 et 6 nigris, 7 albo. *Aculeus* dimidii abdominis longitudine, fuscus, terebra rufa compressa, apice lanceolata.

Feminam unam, circa *Netley* captam, *Hopeo* debeo.

Pag. 879.

291[b.] P. HOPEI. n.

Alis thorace brevioribus. Rufus; capite, geniculis posticis, abdominisque apice, nigris, ano albo; antennis tricoloribus. f.

Statura et proportio partium omnino *Pez. abbreviatoris*, n. 291, a quo non nisi thorace rufo differt.

Longitudo 2¼—2½ linearum. *Caput* palpis rufis. *Antennae* articulis 1—5 rufis, 6 et 7 fuscis, 8—11 albis subtus rufis, sequentibus rufis supra fuscis. *Thorax* et *scutellum* rufa. *Pedes* rufi; postici geniculis et tibiarum apice nigris, basi

summa tibiarum albida. *Abdomen* segmentis 1—3 rufis; 4 nigro, lateribus rufis; 5 et 6 nigris; 7 albo. *Aculeus* dimidio abdomine longior, niger, terebra rufa.

Feminas tres, circa *Netley* lectas, *Hope* ad me misit.

Pag. 889.

Pez. fasciati individua quatuor *Hope* cepit circa *Netley*.

Pag. 891 et 893.

Pez. vagantis individua tria, circa *Netley* capta, *Hope* mecum communicavit. Unum eorum, ad *varietatem* 1 spectans, *longitudine* est 1 lineae; *prothorace* rufo, macula dorsali et laterali fusca; *metathoracis* dorso obscure-castaneo; *pedibus* totis stramineis; *abdominis* segmento 1 rufo, 2 nigro, margine antico et postico testaceo, reliquis totis nigris. — Duo altera *varietatem* peculiarem exhibent, nondum descriptam, *nigram; pedibus, basi antennarum, margineque segmenti primi, rufis; thorace exscutellato.* f. *Longitudo* 1½ — 1¾ linearum. *Antennae* articulis 1—4 rufis, 1 supra fusco. *Pedes* rufi; coxis posticis, individuo majori etiam anterioribus, basi nigris; postici geniculo et tibiarum apice nigricantibus. *Abdomen* segmento 1 margine rufo; individuo minori etiam margine summo segmentorum 2 et 3 rufescente. *Aculeus* longitudine quartae partis abdominis.

Pag. 896.

Pezomachi agilis varietatis 4, a et b, individua tria *Hope* legit circa *Netley*.

Pag. 902 et 903.

Pezomachi bicoloris individua duo magnitudinis eximiae, circa *Netley* capta, *Hope* ad me misit: Unum speciei *genuinae*, *longitudine* 2 linearum, *thorace* toto rufo immaculato; alterum, *varietatis 2*, *longitudine* paulo ultra 2 lineas, *antennarum* articulis 1—9 dilute rufis, *thorace* et *pedibus* totis rufis, *abdominis* segmentis 1 et 2 totis rufis, 3 rufo, dorso nigro, reliquis nigris, summo margine rufescentibus, *aculeo* longitudine quartae partis abdominis.

Pag. 907 et 910.

Pezomachi hortensis marem *genuinum*, tresque feminas *varietatis 5*, circa *Netley* lectos, *Hope* mecum communicavit.—*Feminarum* statura paulo crassior pedesque paulo breviores sunt quam in feminis genuinis. *Longitudo* 1½ linearum. *Antennae* rufae, apice aut medio nigricantes. *Abdomen* segmentis 1 et 2 rufis, sequentibus nigris, 3 autem lateribus rufis.

Pag. 969.

Mesochori splendiduli feminam *varietatis 6*, circa *Netley* captam, *Hope* ad me misit: *Longitudo* ejus fere 4 lineas aequat. *Caput* est nigrum ore flavo. *Femora* postica tota straminea sunt. *Abdomen* segmentis 1 et 2 nigris, 2 margine strami-

neo; sequentibus sordide-stramineis, margine pallidioribus, 3 macula laterali fusca. *Aculeus* longitudine partis quintae abdominis.

Pag. 988.

Plectisci erythrostomatis mares duos, longitudine 1 ⅓—1 ¾ linearum, alarum stigmate et radio individui majoris fuscis, minoris piceis, *Hope* cepit circa *Netley*.

SUPPLEMENTA

AD PARTEM TERTIAM.

Pag. 215.

Pimpla aterrima jam in Curtisii Ent. Brit., n. 214, sub nomine *P. Aethiops*, descripta et icone exhibita est, longitudine 8 linearum, aculeo tertiae partis abdominis longitudine.

Pag. 221.

Curtis quoque in Ent. Brit. tabula 214, fig. 1—5 *antennarum* basin et *oris partes* Pimplae instigatoris exhibuit. Ex illius auctoris observationibus *labrum* est apice ciliatum, subtus appendice membranacea triangulari auctum; *palpi maxillares* mala triplo longiores, articulis 1 et 2 subclavatis, 3 et 4 angustioribus subcylindricis, 5 angustissimo. Caetera descriptioni harum partium, a Neeseo ab Esenbeck editae, respondent; sed descriptiones *menti* et *labii* amborum auctorum haud congruunt.

Pag. 292.

Ichneumon dissectorius Panz. quem ad *Metopium sicarium* dubie adhibui, teste Curtisio, in Ent. Brit. fasc. I, n. 4, pag. 2, etiam in *Anglia* degit.

Pag. 295.

Peltastes necatorius Curtis Ent. Brit. Fasc. I, n. 4, pag. 2, prodiit e pupa *Stauropi Fagi*, passimque in *Anglia* captus est mense Augusti. Curtis suspicatur, *Peltasten necatorium* esse sexum alterum *Peltastes dentati*.

Pag. 305.

Peltastes dentatus Curtis Ent. Brit. fasc. I, tab. 4; segmentis 1 et 2 haud marginibus totis flavis, sed utrinque puncto flavo in angulis apicalibus. — In eadem tabula antennae quoque et oris partes exhibitae sunt, a descriptione earundem partium *Metopii necatorii*, pagina 297 edita, his discedentes: *Antennae* articulis ultra 60. *Mandibulae* apice bifidae. *Palpi labiales* articulis 4 subaequalibus. De appendice triangulari *labri* Curtis in descriptione omnino tacet, nec icon eam exhibet. — Individua pluria passim lecta sunt in *Anglia*, in pinetis, mense Junii; unum proveniebat e pupa *Lasiocampae Trifolii*. — Caeterum vero auctor cum hac specie conjunxit *Metopium micratorium* (nostram speciem 3) et *Ichneumonem polyzonium* Forsteri (quem ego quidem ad speciem

longe diversam, nempe ad *Lissonotam polyzoniam*, adhibui).

Pag. 764.

Nees ab Esenbeck (conf. Acta Soc. Berolin. anni VII, pag. 51) examinavit oris partes *Ophionis exhaustatoris* Fabr. *nutritoris* Fabr. *obtusatoris* Klugii *jocatoris* Fabr. *compensatoris* Fabr. *triangularis* Grav. (qui omnes ad genus Porizonum redigendi sunt), putatque, fabricam illarum partium in speciebus nominatis ad characterem essentialem sequentem redigi posse: *Mandibulae* angustae, apice incisae, dentibus brevibus inaequalibus. *Maxillae* angustae lanceolatae acutae. *Palpi maxillares* filiformes quadriarticulati. *Lingua* linearis, apice emarginata, lateribus deflexis. *Palpi labiales* triarticulati filiformes. — *Alae* cellula marginali (radiali) lata triangulari, cellulis cubitalibus duabus.

Pag. 770.

Porizon jocator Neeseo ab Esenbeck proveniebat e fungis, in quibus larvae *Tineae* (*Phycis*) *arcellae* Fabr. degebant. Alia hujus subgeneris species auctori nascebatur e Boleto fomentario Persoonii, una cum *Hallomeno affini* Paykullii; tertia e larvis *Orchesiae micantis* Latreillei.

Pag. 1098.

Nees ab Esenbeck, in actis Soc. Berolin. anni 1815; novum genus Ichneumonidum genuinorum

proposuit, sub nomine *Lapton*, his characteribus essentialibus: *Os* promuscis, a medio reflexâ. *Mandibulae* integrae. *Maxillae* lanceolatae membranaceae acutae. *Labium* maxillis longius, lingua lineari bifida, laciniis linearibus. *Palpi* filiformes, subaequales; maxillares quinquearticulati, labiales quadriarticulati. *Antennae* setaceae multiarticulatae. *Alae* cellula radiali una angusta; cellulis cubitalibus duabus, discoidalibus duabus, harum exteriori majori retrosequa. — Sequitur descriptio fusior harum partium individuorum duorum sexus masculini: *Antennae* porrectae, subsetaceae, corpore parum breviores, articulis 38: radicula parva angusta abscondita; scapo cylindrico recto aciculato, apice truncato subimpresso; pedicello obconico exserto; articulo accessorio annuliformi distincto, paulo angustiore; reliquis articulis pubescentibus cylindricis, longitudine sensim decrescentibus, ultimo perparvo conico acuto. — *Clypeus* haud diseretus, brevis, punctus, antice truncatus. — *Labrum* porrectum deflexum submembranaceum semicirculare, in appendicem prolongatum subulatam membranaceam pellucidam ciliatam. — *Mandibulae*, crassitudine mediocri, curvatae obtusae edentulae quadrangulares conicae; latere externo longe-triangulari aciculato, marginibus elevatis, interno excavato, linea longitudinali elevata, supero et infero linearibus planis, illo angusto, hoc indistincto. — *Maxillae* cum labio in promuscidem reflexam retractilem connatae: *Stipes* brevis angustus, latere infero lineari-

lanceolato subconvexiusculo applanato laevi corneo: *Mala* reflexa, stipite duplo longior, membranacea angusta lanceolata subacuta, externe longitudinaliter subcarinata, basi introrsum rotundato-dilatata, apice ciliata. — *Palpi maxillares* filiformes porrecti, ad basin malae inserti, mala vix longiores, quinquearticulati, articulis longitudine subaequalibus: articulo 1 subobconico, 2—4 paulo longioribus, apicem versus sensim paulo crassioribus, 5 breviore graciliore cylindrico. — *Labium: Mentum* breve corneum obovatum convexum applanatum laeve, margine supero trilobo, lobis subaequalibus, medio tamen acutiore: *Lingua* mento quadruplo longior, ultra malas quoque porrecta, cum his reflexa; ubi linguae mento adjungitur substantia ejus pro parte tenuior pallidior et plicata est; reliqua ejus pars est membranacea angusta aequilata, ab apice usque ad trientem longitudinis incisa, laciniis duabus linearibus parallelis subacutis ciliatis. — *Palpi labiales* filiformes quadriarticulati, palpis maxillaribus perparum breviores, circiter usque ad apicem malae porrecti; articulis, ratione formae, illis palporum maxillarium respondentibus, 1 longissimo, 4 brevissimo. — *Alae* cellulis et nervis ut in Anomalis Jurinei; stigmate lineari, cellula radiali angusta brevi, cellula cubitali externa nervum recurrentem emittente, interna nervo inferiore exteriore arcuato.

1. LAPTON FEMORALIS. n.

Abdominis medio pedibusque anterioribus rufis. f.

Longitudo fere 5 linearum. *Caput* thoracis latitudine, vertice angusto, facie latitudine paulo longiore subpuncto (ore, in icone, rufo aut flavo). *Antennae* porrectae, corpore paulo breviores. *Thorax* gibbus, subtiliter punctus, subpilosellus; metathorace brevi declivi, marginibus elevatis, superne triareolato, areolis nitidis, media minore subrectangula, lateralibus majoribus trapezoideis. *Alae* subfumatohyalinae irideae, stigmate et radio ferrugineis. *Pedes* anteriores mediocres subcrassiusculi rufi, trochanteribus et coxis nigris; postici toti nigri, longiores crassiores, femoribus compressis. *Abdomen* laeve, capitis thoracisque longitudine, subfalcatum, apicem versus sensim dilatatum, apice compressum (ex icone subpetiolatum aut subsessile); segmento 1 basin versus sensim angustato (secundum iconem circiter latitudine duplo longiore) nigro, apice rufo; 2—4 rufis, 4 margine nigricante linea transversali albida obsoleta; 5—7 nigris, 5 et 6 margine albido obsoleto. (Icon exhibet stylum analem brevem exsertum, quem fere potius pro aculeo feminino, quam pro membro masculo, habere mallem).

Individua duo capta sunt in fruteto sylvae pinorum sylvestrium, mense Julii.

Nota:

Acoenites saltantis maris varietas pedibus posticis totis nigris exactissime cum Laptone femorali congrueret, si Acoenitae, fabriba oris, Laptonibus responderent; sed in nullo Acoenite os in promuscidem porrectum vidi; insuper quoque nervus, a cellula cubitali externa recurrens, Acoenitis propius ad cellulam internam oritur quam (ex icone) Laptonibus. Cum vero Nees ab Esenbeck ipse os Acoenites saltantis examinaverit et descripserit (v. Partis III, pag. 808), nullo modo ambas species confundi possunt.

INDEX
GENERUM ET SUBGENERUM.

Genera litteris magnis, subgenera litteris minoribus, indicantur. Nomina generica aliorum auctorum, in hac Ichneumonologia haud recepta, sed tantum in synonymis indicata, arcubus inclusa sunt.

Nomina *specierum*, litteris verticalibus impressa, in Ichneumonologia recepta sunt; nomina, litteris inclinatis impressa, species indicant, sub hoc nomine quidem ab aliis auctoribus descriptas haud vero in Ichneumonologia receptas, sed tantum inter synonyma quaerendas; nomina arcubus inclusa indicant species mihi incognitas, in supplementis autem, e descriptionibus auctorum, receptas.

Numeri romani indicant partem, arabici paginam, ubi genus aut species quaerendum est; numeri arabici majores indicant paginam ubi species descripta est, minores paginam ubi speciei, imprimis comparative cum aliis speciebus, mentio tantum facta est. Numeri arcubus inclusi locum indicant, ubi auctor aliquis nomine generico indicato primus usus est.

ACOENITES.

III, 803 (I, 32).

arator III, 813, 810, 811, 816.
dubitator III, 810.
fulvicornis III, 809.
nigripennis III, 815.
rufipes III, 812.
saltans III, 806, I, 725.
tristis III, 816.

ALOMYA.

II, 394 (I, 26).

(cruentator Panz.) III, 942.
debellator Panz. II, 402. I, 697.
nigra II, 405. I, 698.
ovator II, 398, 241. I, 697.
victor Curtis I, 697.

ANOMALON
vide OPHION.

AROTES
vide BANCHUS.

ATRACTODES
vide OPHION.

B A N C H U S.

III, 371 (1, 15).

Subgenera:

Arotes III, 446.
Banchus III, 373.
Coleocentrus III, 437.
Exetastes III, 395.
Leptobatus III, 432.
Tropistes III, 442.

(B. acuminator Fabr.) III, 1050.
E. aethiops III, 398, II, 7, 11.
A. albicinctus III, 448.
E. albitarsus III, 430, 33, 396. II, 122, 941.
E. bicoloratus III, 421, 396, 397, 419, 426.
E. bilineatus III, 415.
E. brunnipes III, 399, 33, 396.
C. caligatus III, 440.
E. calobatus III, 405.
E. clavator III, 405, 375, 397, 904, 988.
B. compressus III, 377, 303, 384, 1050.
E. crassus III, 423.
L. degener III, 436.
(B. elator Fabr.) III, 1000.
C. excitator III, 439, 1054.
B. falcator III, 385, 254, 377, 927, 866, 979, 1006.
B. falcatorius Walck III, 390.
E. flavitarsus III, 420.

E. fornicator III, 402, 375, 397, 405, 436.
B. fornicator Fabr. III, 404.
E. fulvipes III, 401, 375, 396, 398.
E. gracilicornis III, 429.
E. guttatorius III, 411, 409.
(B. hastator Fabr.) III, 1059.
E. ichneumoniformis III, 410.
E. illusor III, 427.
E. inquisitor III, 419, 422, 1033.
E. laevigator III, 424, 375, 397.
E. latus III, 400.
B. monileatus III, 393, 375, 380.
E. nigripennis III, 426, II, 962.
E. nigripes III, 416, 409, 422, II, 962.
T. nitidipennis III, 445.
E. osculatorius III, 413, 406, 938, II, 67.
B. pictus III, 380, 375, 383, 393, I, 361; Panz. III, 391.
(B. quadrator Schell.) III, 958, 279, 943.
E. robustus III, 422.
L. rufipes III, 435.
B. tomentosus III, 376, 374.
E. tristis III, 409.
B. variegator Fabr. Panz. III, 379, 393, 1050.
(B. varius Fabr.) III, 1077, 147, 1074.
B. venator Fabr. II, 392, III, 390, 391, 1059.
L. Ziegleri III, 434, 420, 433.

BARYCEROS

vide CRYPTUS.

B A S S U S.

III, 307 (I. 22).

Subgenera:

Bassus I, 309.
Euceros I, 368.
Orthocentrus I, 358.

B. albosignatus III, 348, 349, 868.
B. analis Gr. II, 563.
B. annulatus III, 348, 929.
O. anomalus III, 360, 364. II, 380.
(B. bidens Fabr.) III, 1092, 1090.
B. biguttatus III, 332.
B. bizonarius III, 350.
B. calcitrator Gr. III, 729.
B. cinctus III, 327.
E. crassicornis III, 370.
(B. cunctator Fabr.) III, 1019.
O. debilis III, 365, II, 980.
B. deplanatus III, 340, 342, 352.
(B. electorius Fabr.) III, 874.
B. elegans III, 313.
B. exsultans III, 328, 357, 951, II, 122, 980.
B. festivus III, 314, 324.
B. fissorius III, 335.
O. flaviceps III, 364, II, 980.
B. flavolineatus III, 337.
B. foliator Fabr. Gr. III, 718.
(B. frontatorius Fabr.) III, 930.

O. fulvipes, III, 363, II, 980.
B. gloriatorius Panz. I, 58, III, 932.
B. graculus III, 339, 310, II, 122.
O. incisus III, 361, 5, II, 330, 980.
B. insignis III, 349, I, 167.
B. irrigator, Fabr. II, 755, III, 838.
B. laetatorius III, 353, 341, 343, 346 (Panz.) 1037, I, 26.
B. lateralis III, 342.
B. maculatorius Fabr. III, 65.
O. merula III, 366, 995.
B. multicolor III, 352, II, 122.
B. ornatus III, 341.
B. pallipes, III, 325.
B. pectoratorius III, 333, 337.
(B. pedatorius Panz.) III, 1048, II, 161.
B. pictus III, 336, 332, 340, II, 158.
B. porrectorius Fabr. I, 644, III, 874.
B. praerogator Fabr. II, 128.
O. ridibundus III, 366, II, 980.
B. rufipes III, 337.
B. rufiventris III, 312.
B. seductorius Fabr. II, 487.
B. segmentorius Fabr. II, 211.
B. signatus III, 325.
O. spurius III, 362.
B. strigator III, 330.
B. sulcator III, 320, 319, 325, II, 980.
(B. tarsatorius Panz.) III, 932.
B. testaceus Fabr. I, 61, II, 30, III, 147.
B. tricinctus, III, 351.

B. truncator **Fabr. I, 650.**
(B. zonator Fabr.) III, 907, II, 762.

BRACHYPTERUS
vide ICHNEUMON.

CAMPOPLEX
vide OPHION.

CLISTOPYGA
vide PIMPLA.

COLEOCENTRUS
vide BANCHUS.

CREMASTUS
vide OPHION.

CRYPTURUS
vide ICHNEUMON.

Argiolus I, 657.
bidentorius **Lam. I, 427.**
laetatorius **Lam. III, 356.**
molitorius **Lam. I, 259.**
sputator **Lam. I, 546.**
sugillatorius **Lam. I, 432.**
vespoides **Lam. III, 295.**

C R Y P T U S.

II, 407 (I, 22.)

Subgenera:

Baryceros **II, 777.**
Cryptus **II, 432.**

Hemiteles II, 780.
Hoplismenus II, 409.
Ischnoceros II, 949.
Mesochorus II, 960.
Mesostenus II, 750.
Nematopodius II, 955.
Pezomachus II, 867.
Phygadeuon II, 635.
Phytodietus II, 928.
Plectiscus II, 978.

Cr. abbreviator Fabr. II, 879.
Pez. abbreviator II, 878, 877, I, 715.
(Cr. abdominalis Fabr.) III, 1073.
Phyg. abdominator II, 726, 743, 745, I, 709.
Pez. aberrans I, 714, 712.
Pez. acarorum II, 919, 917.
Cr. acarorum Fabr. II, 919.
Cr. adustus II, 513.
Cr. aereus II, 578, 583, 586.
Hem. aestivalis II, 805, 637, 802, 858, I, 712.
(Cr. affinis Fabr,) III, 1079.
Phyg. afflictor II, 642.
Pez. agilis II, 894, 926; III, 1094, I, 717.
Cr. agilis Fabr. II, 900.
Mesoch. alarius II, 977, 961, 962.
Cr. albatorius II, 536, 438, 497, I, 702, 700, 704.
Hop. albifrons II, 417.
Mesost. albinotatus II, 756, 436.
Hop. albinus II, 424.
Pl. albipalpus II, 986.

Cr. albolineatus II, 525.
Cr. albovinctus II, 591.
Cr. albulatorius II, 508, 511, 512.
Cr. alternator II, 588.
Phyg. ambiguus II, 703, III, 1030.
Cr. amoenus II, 623, III, 922.
Cr. analis II, 560, 569, 571, I, 704.
Cr. anator Fabr. I, 252.
Cr. anatorius II, 460, 433, 435, 459, 463, III, 901, 902, I, 699.
(Cr. annulator Fabr.) III, 906, 905.
Cr. apicalis II, 574, 436, I, 665.
Cr. apparitorius II, 499, 501, III, 878.
Hem. areator II, 855, 858, 865, III, 718, I, 714.
Hem. argentatus I, 713.
(Cr. armator Fabr.) III, 1012, II, 415.
Cr. armatorius II, 502,
Phyg. arridens II, 654, 435, 636.
Cr. arrogans II, 494, III, 938.
Cr. assertorius II, 495, 411, 499, 501, 502, 505, 506, 513, 514, I, 701.
Phyg. assimilis II, 711, 708.
Phyt. astutus II, 939, 930.
Cr. aterrimus II, 472.
Pez. atricapillus II, 888.
Cr. atripes II, 615.
Cr. attentorius II, 492, 433, 435, 437, 523.
Cr. austriacus II, 573.
Phyg. basizonus II, 748.
Hem. biannulatus II, 846.

Cr. bicingulatus II, 482, 473.
Pez. bicolor II, 902, III, 1096, I, 717.
Hem. bicolorinus II, 862, III, 976, 991, 1091.
Hopl. bidentatus II, 412, 410.
Phyg. bifrons II, 698, 697, 716, I, 592.
Cr. biguttatus II, 478.
Cr. bilineatus II, 468.
Cr. bimaculatus II, 634.
Phyg. binotatus II, 721.
Cr. bitinctus II, 576, 436, 574, 738.
Cr. bivinctus II, 465.
Phyt. blandus II, 932.
Pez. Bonellii II, 885.
Cr. brachycentrus II, 457, 433, 436, 437.
Pez. brachypterus II, 876, 880, I, 715.
Cr. brachyurus II, 572, 435.
Cr. brevicornis II, 511.
Phyg. brevis II, 743, 636, 739, 741.
Hem. breviventris II, 789, 121, 792.
Phyg. calceolatus II, 937, 936.
Cr. calescens II, 548.
Phyt. caligatus II, 936.
Phyg. caliginosus II, 645.
Cr. carbonator Gr. III, 124.
Cr. carnifex II, 631, 623, III, 910.
Phyg. cephalotes II, 644, 636, 648.
Phyg. cerinostomus II, 714.
Hem. chionops II, 797, 801.
Hem. chrysopygus II, 839, 782.
Phyt. chrysostomus II, 940, 930.
Cr. cinctorius II, 480; I, 252.

Cr. cinctus Fabr. II, 866, III, 1069.
Hem. cingulator II, 858, 782, 864, 857, 863, III, 718, 1091.
Cr. clavatus Panz, III, 176, 980.
Phyg. cnemargus II, 734.
Cr. coarctatus II, 571.
Pl. collaris II, 987, 979, 980.
Mesost. compressicornis II, 776, 761.
Cr. confector II, 518.
Hem. conformis II, 803.
Cr. congruens II, 583.
Cr. constrictor Fabr. II, 626.
Hem. contaminatus II, 840.
Cr. contractus II, 617, 411, 483.
Phyt. corvinus II, 937, 929, 930.
Phyt. coryphaeus II, 945, III, 926.
Hop. cothurnatus II, 426, I, 182.
Hem. crassicornis II, 847, I, 713.
Phyg. cretatus II, 652.
Pez. cursitans II, 923.
Cr. cursitans Fabr. II, 924.
Cr. curvator Fabr. II, 336.
Phyg. curvus II, 679, 435, I, 706.
Cr. cyanator II, 442, I, 439.
Cr. debellator Fabr. II, 402.
Hem. decipiens II, 825.
Phyg. desertor II, 745.
(Cr. destructorius Fabr.) III, 896.
Cr. Dianae II, 545, 554, I, 702, 704.
Phyg. diaphanus II, 737, 702, I, 708.
Phyg. digitatus II, 642, 436, 636, 648.

Hop. dimidiatus II, 421.
Phyg. discedens II, 673, 637.
Hem. dissimilis II, 842.
Hem. dorsalis II, 838.
Pez. dromicus, II, 886.
Cr. dubitator Fabr. III, 812.
Cr. dubitorius Fabr. I, 439.
Hem. dubius II, 836.
Phyg. dumetorum II, 669, 666, 667, 668, 697, 705, 708, I, 707.
(Cr. edictorius Fabr.) III, 924, I, 230.
Cr. effeminatus II, 532.
Hop. errabundus II, 425.
Phyt. errabundus II, 933.
Cr. erythrinus II, 621.
Phyg. erythrogaster II, 741, 745, I, 711.
Cr. erythropus II, 469, I, 138.
Phyg. erythrostictus II, 714, III, 1030, I, 709.
Pl. erythrostoma II, 988, 986, I, 718.
Pez. Esenbeckii II, 883.
Cr. examinator Fabr. III, 210.
Phyg. excelsus II, 742, 638.
Phyg. exiguus II, 666, 697.
Phyg. facialis II, 656, 6, 435, 636, 637.
Pez. fasciatus II, 889, I, 716.
Cr. fasciatus Fabr. II, 890.
Cr. femoralis II, 493.
Cr. festinans Fabr. II, 927.
Pez. festinans II, 926, 897.
Cr. fibulatus II, 446.
(Cr. firmator Fabr.) III, 1065.

Cr. flagitator II, 627, 436, III, 910, 922, I, 705.
Phyg. flaveolatus II, 655.
Phyg. flavimanus II, 647.
Pl. flavopictus II, 983, 980.
Hem. floricolator II, 841, 782, 816, III, 1057.
Cr. formicarius Fabr. II, 916.
Pez. formicarius II, 915.
Cr. formicatus Fabr. III, 1068.
N. formosus II, 957.
Cr. fortipes II, 473, 433, 435.
Hem. fragilis II, 828, 782.
Cr. fugitivus II, 515, 520.
Hem. fulvipes II, 792, 781, 797, 836, 982, I, 666.
Pez. fulveolatus II, 871, 782, I, 714.
Phyg. fumator II, 687, 436, 637, 670, 671, 699, 703, 705, 708, 711, 713, 737, 809, 816, 818, 836, I, 665, I, 707, 708.
Cr. fumipennis II, 601, 587, 588, 591.
Mesost. funebris II, 775.
Cr. furcator II, 462, I, 699.
Cr. fuscomarginatus II, 526.
(Cr. fuscatus Fabr.) III, 1060.
Phyg. galactinus II, 682, 697, 715.
Cr. geminus II, 506.
Phyg. gilvipes II, 661.
Mesost. gladiator II, 765, I, 111, III, 219, 274, 902.
Cr. globatus Fabr. I, 54.
Cr. gracilicornis II, 553.
Cr. gracilipes II, 547.

Cr. gracilis II, 520, 526.
Phyg. graminicola II, 673, 697.
Mesost. grammicus II, 757, 764.
Phyg. gravipes II, 740.
Cr. grisescens II, 464.
Cr. grossus II, 614.
B. guttatus II, 779.
Cr. haematodes II, 628.
Cr. hemipterus Fabr. II, 875.
Pez. hemipterus II, 874, 879.
Phyg. hercynicus II, 709, 697.
Pez. Hoffmannseggii II, 918, 916.
Pez. Hopei I, 715.
Pez. hortensis II, 907, 915, 917, 919, 921, 923, I, 717.
Cr. hortulanus II, 575.
Cr. hostilis II, 512.
Cr. humilis II, 604.
Phyg. jejunator II, 715, 638, 697, 710.
Hem. imbecillus II, 813, 437, 637, 781, 829, 832, I, 712.
Phyg. improbus II, 670, 697, 740.
Cr. inconspicuus II, 447, 980, I, 700.
Cr. incubitor II, 590, 617, 618, 620, 622, III, 922, I, 619 (Fabr.).
Hem. infirmus II, 797.
Hem. infuscator II, 848, 781.
Hem. inimicus II, 824, 437, 782, 783, 810.
Cr. insidiator II, 450.
Cr. insignatorius Gr. III, 197.
Hem. insignis II, 851, 783.

Cr. insinuator II, 525, 524.
Cr. instigator Fabr. Gr. III, 220, 221.
Hem. inustus II, 828, 436, I, 712.
Cr. ischioleucus II, 541.
Cr. italicus II, 559.
Phyg. jucundus II, 658, 6, 655, III, 941.
Phyg. labralis II, 710, 683.
Cr. lacteator II, 618, 433, 435, 437, 616.
Phyg. laevigator II, 650.
Cr. lapidator Fabr. Gr. I, 680.
Phyg. larvatus II, 662.
Cr. leucoproctus II, 587.
Cr. leucopsis II, 467.
Hop. leucopygus II, 429, 410, 411.
Cr. leucostictus II, 538.
Phyg. leucostigmus II, 667.
Cr. leucostomus II, 531, 528, 548.
Cr. leucotarsus II, 524.
Mesost. ligator II, 760, 436, 492, 758, III, 1016.
Hem. limbatus II, 803.
N. linearis II, 958, 956.
Cr. lineator Fabr. I, 123.
Pez. longipennis II, 870, 874, I, 712, I, 714.
(Cr. lucidator Fabr.) III, 1009, 1002.
Mesoch. lucifer II, 963, 437, 961, 962.
Cr. lugubris II, 456, 469.
Hem. luteiventris II, 812.
Hem. luteolator II, 826, 829, I, 712.
Hop. luteus II, 420, 410.
Cr. macilentus II, 584.
Cr. macrobatus II, 440, 434, 452.

(Cr. maculator Fabr.) III, 1058, 207.
Hem. maculipennis II, 852, 783, 871, III, 1065, 1081.
Cr. mandator Fabr. II, 237.
Cr. manducator Fabr. I, 56.
Pez. Mangeri II, 872.
Cr. marginellus II, 571.
Hem. melanarius II, 790, 982.
Cr. melanocephalus II, 629, I, 706.
Hem. melanogonus II, 816.
Cr. melanoleucus II, 489, 840.
Hem. melanopygus II, 835, 823.
Hem. meridionalis II, 834, 783, 834, 836.
Phyg. mesozonius II, 700, 697.
Hem. micator II, 832, 781, 839.
I. microcephalus II, 954, 437, 950.
Pez. micropterus II, 879, 876, 877.
Phyt. microtamius II, 933, 922.
Cr. migrator II, 592, 542, I, 705.
Cr. minator II, 556, 545, 559, I, 704, 702.
Cr. minutorius II, 625, 411, 421, 630, 631, 634, III, 910.
Hem. modestus II, 858.
Hop. moestus II, 412, 410.
Hem. monospilus II, 810, 586, 782.
Hem. monozonius II, 802, I, 712.
Cr. montanus II, 616.
Cr. moschator II, 451, 447, III, 901, 902, I, 698.
Cr. mutillarius Fabr. I, 61, II, 923, III, 1079.
Cr. nanus II, 585.

Hem. necator II, 829, 832, 834.
Cr. necator Fabr. II, 831.
Phyt. niger II, 935, 121, 181.
Cr. nigripes II, 523, 527.
Phyg. nigrita II, 641.
Pez. nigrocinctus II, 880, 883, 884, 885.
Phyg. nitidus II, 708, I, 708.
Mesost. niveatus II, 759.
Mesost. notatus II, 764.
Cr. nubeculatus II, 611, 436, 592, 615, 683.
Phyg. nycthemerus II, 647.
Cr. obfuscator II, 569, III, 1033.
Mesost. obnoxius II, 763, 436.
Cr. obscurus II, 548, I, 704.
Cr. occisor II, 615.
Cr. oculatorius Fabr. III, 157.
Cr. opisoleucus II, 522.
Hem. orbiculatus II, 866, 855, 858.
Hopl. orbitatus II, 428, 26, I, 105.
Cr. ornatus II, 620.
Phyg. ovatus II, 668, 666, 697.
Phyg. oviventris II, 648.
Hem. oxyphymus II, 815.
Pl. pallipes II, 981, 782, 979.
Hem. palpator II, 818, 437, 637, 828, III, 1097, I, 713.
Phyg. parviventris II, 746, 636, 748.
Cr. parvulus II, 459, III, 988.
Pez. pedestris II, 882.
Cr. pedestris Fabr. II, 883.
Pez. pedicularius II, 922.

Cr. pedicularius Fabr. II, 922.
Cr. pelinocheirus II, 527, 525.
Cr. pellucidator II, 581, 435, III, 1025.
Cr. peregrinator II, 605, 438, 519, 615, I, 705.
Cr. perfusor II, 586, 436, 437, 823.
Hop. perniciosus II, 415, 410, 412, 418, 420, 423, 503, 908.
Cr. perspicillator II, 508, 434, 494, 523, 524, 525, I, 701.
Hem. picipes II, 785.
Hem. pictipes II, 799.
Hop. pictus II, 418.
Phyg. plagiator II, 739, I, 709.
Phyt. plantarius II, 941, 930.
Phyg. podagricus I, 710.
Mesoch. politus II, 974.
Cr. praecatorius Fabr. III, 844.
Cr. praedator II, 653.
Phyg. procerus II, 722, 435, III, 1030.
Cr. profligator Fabr. II, 733.
Phyg. profligator II, 729, 636, 735, 736, 738, 743, I, 710.
Hem. pulchellus II, 854.
Pez. pulicarius II, 917, 919.
Cr. pulicarius Fabr. II, 917, Gr. II, 906.
Cr. pullator II, 584, 436, 809.
Phyg. pumilio II, 653, 6.
(Cr. punctorius Fabr.) III, 964.
Cr. pungens II, 505.
Cr. pygoleucus II, 540, 542, 571, I, 702.
Mesost. pygostolus II, 758, 776.

Cr. quadriannulatus II, 471.
Cr. quadriguttatus II, 479.
Cr. quadrilineatus II, 555.
Phyg. quadrispinus II. 674, 637, 671, I, 569, 706.
(Cr. recreator Fabr.) III, 1012.
Cr. reluctator Fabr. III, 865.
(Cr. restaurator Fabr.) III, 916.
Hem. ridibundus II, 844, 637, 782, 809, 846.
Cr. roborator Fabr. III, 175.
Hem. rubiginosus II, 804, 781.
Hem. ruficollis II, 853, III, 1081.
Cr. ruficornis II, 574.
Phyg. rufinus II, 681.
Cr. rufipes II, 453.
Cr. rufiventris II, 497.
Hem. rufocinctus II, 811, 437, 637, 814, 842, I, 712.
Cr. rufulus II, 622, III, 1001.
Phyg. rugulosus II, 686, 697.
Cr. ruspator Fabr. Gr. III, 857.
I. rusticus II, 951, 774, 950.
Cr. sanguinolentus II, 632, 628.
Hem. scrupulosus II, 817.
Mesoch. scutellatus II, 975, 961.
Phyg. sectator II, 725.
Cr. seductor Fabr. II, 488.
Cr. seductorius II, 485, 434, 775, 840, I, 369.
Cr. sedulus I, 701.
Phyt. segmentator II, 944, 121.
Phyg. semiorbitatus II, 682.
Phyg. senilis II, 718, 697.

Phyg. sericans II, 702, III, 884.
Cr. sexannulatus II, 470, 472.
(Cr. signatorius Fabr.) III, 892.
Hem. similis II, 793, 404, 797, 798, 802, 803.
Hem. sordipes II, 798.
Cr. spectator II, 529, 528.
Phyg. speculator II, 704.
Phyg. sperator II, 683, 636, 697, 710, 715, 716.
Phyg. Spinolae II, 712, I, 708.
Cr. spinosus II, 558, 546, III, 906.
Cr. spiralis II, 454, 439.
Mesoch. splendidulus II, 965, 121, 961, 963, 973, I, 717.
Cr. sponsor II, 554, 552. I, 704.
Cr. stenogaster II, 529, 494, 528, 535, 547.
Pez. Stevenii II, 913.
Cr. sticticus Fabr. II, 33.
Cr. stomaticus II, 466, 468, 469.
Cr. subcinctus, I, 703.
Cr. subguttatus II, 610, 618.
Cr. subpetiolatus I, 699.
Phyg. subtilis II, 701, 697, I, 707.
Pez. subzonatus II, 887.
Pez. sudeticus II, 884.
Cr. tarsoleucus II, 447, III, 220, 970. I, 698.
Hem. tenebricosus II, 785, I, 666.
Phyg. teneriventris II, 698, 697, 814 I, 707.
Hem. tenerrimus II, 831.
Hem. tenuicornis II, 843, 782, I, 713.
Phyg. tenuipes II, 720, 613, 697.
Cr. tenuis II, 544.

Phyg. terminatus II, 663.
Mesoch. testaceus II, 973.
Mesoch. thoracicus II, 971.
Cr. tibiator II, 589, 542.
Cr. tinctorius II, 509, 507, 508.
Mesoch. tipularius II, 964.
Cr. titillator II, 564, 240, 525, III, 1012. I, 705.
Mesost. transfuga II, 762, 755.
Phyg. triannulatus II, 657, 637, 663, 776.
Cr. tricinctus II, 570.
Cr. tricolor II, 514.
Cr. triguttatus, II, 528, 522, 526.
(Cr. tripunctator Fabr.) III, 1054.
Hem. tristator II, 787, 437, 637, 781, 790, 792, 796, I, 666, III, 994.
Phyg. troglodytes II, 713, 638.
Cr. tuberculatus II, 501.
Cr. turionellae Fabr. III, 196.
Cr. tyrannus II, 630.
Cr. umbratus Fabr. II, 853.
Hop. ungulatus II, 430, 410, 411.
Cr. unicinctus II, 470, 472.
Hop. uniguttatus II, 423, I, 105.
Phyg. vagabundus II, 735, 729, 734.
Phyg. vagans II, 738, 436, I, 716.
Pez. vagans II, 890, 913.
Phyg. variabilis II, 705, 638, 697, I, 707.
Cr. variatorius Fabr. III, 145.
Cr. varicolor II, 603.
Hem. varicornis II, 837.
Phyg. varipes II, 747, 748.

Hem. varitarsus II, 828.
Cr. varius Gr. III, 146.
Hem. vicinus II, 845, 982.
Cr. viduatorius II, 476, 439, 456, 479, III, 926. I, 700.
Cr. volubilis II, 507.
Pez. vulpinus II, 914.
Pl. zonatus II, 984, 979, 980.

(*Cynipsichneumon* Chr.) I. 14.

bedeguaris Chr. III, 760.
strobinellae Chr. III, 787.

ECHTHRUS
vide XORIDES.

EPHIALTES
vide PIMPLA.

EUCEROS
vide BASSUS.

EXETASTES
vide BANCHUS.

EXOCHUS
vide TRYPHON.

GLYPTA
vide PIMPLA.

HELLWIGIA.

III, 795 (I, 51).

elegans III, 798.
obscura III, 801.

HOPLISMENUS
vide CRYPTUS.

ICHNEUMON.

I, 99. (I. 4).

Subgenera:

Brachypterus I, 674.
Crypturus I, 655 (I, 34).
Ichneumon I, 101.
Ischnus I, 638.
Microleptes I, 679.
Pristiceros I, 635.
Stilpnus I, 664.

I. abbreviator Fabr. Thunb. Gr. II, 879; Fabr. III, 914; Panz. II, 877.
I. abdominalis Fourcr. II, 733.
(I. abdominalis auct.) III, 1073.
(I. abrogator auct.) III, 987.
I. acarorum auct. II, 919.
I. accusator auct. III, 102.
I. acicularis auct. III, 1033.
(I. acuminator auct.) III, 1050, 146.

I. acuminator Müll. III, 143.
(I. acutorius Vill. Oliv.) III, 926.
I. acutus I, 598, 103, 640.
(I. adulterator Vill. Oliv.) III, 903, 900, 968.
I. adustus Gm. I, 126.
I. aethiops I, 130, 129.
(I. affinis Fabr.) III, 1079.
I. agilis auct. II, 900, 901; Gr. II, 893, 906, 911.
(I. agilis Chr.) III, 1034, I, 539.
I. agitator auct. II, 626.
I. alacer I, 533, 103.
I. albatorius auct. II, 537, 538; Müll. III, 888.
(I. albicans Gm.) III, 1039.
I. albicillus I, 177.
I. albicinctus I, 509, 105, 500.
I. albicinctus Gr. II, 205.
I. albidus Gm. III, 477.
I. albilarvatus I, 563.
I. albimanus I, 132.
I. albinotatus I, 507.
I. albinus I, 156.
I. albipes Gm. III, 191.
I. albipictus I, 397.
I. albiscutatus Gm. III, 144.
I. albiventris Gm. I, 435.
I. alboguttatus I, 112.
I. albolineatus I, 450, 446.
I. albosignatus I, 167.
(I. albus auct.) III, 1090, 943.
(I. alternatus Schrank) III, 929, I, 222.
I. alticola I, 478, 471, 529, 531,

I. amatorius I, 315.
(I. ambiguorius Vill.) III, 934, 933.
I. ambiguus Oliv. III, 935.
I. ambulator Müll. I, 136.
I. ambulatorius Panz. I, 313; auct. I, 274, 295, 296, 306, 307, 315.
(I. ambustor Panz.) III, 1032.
I. amictorius Panz. II, 194.
I. amictus auct. III, 651.
I. ammonius I, 279.
I. amputatorius I, 523, 316, 476, 529, III, 941.
I. analis I, 621.
I. anator I, 250.
(I. anceps Vill. Oliv.) III, 935, 933.
(I. angulatorius Müll.) III, 951.
I. angustator Dahl II, 404.
(I. ani Fourcr.) III, 912, I, 547.
I. annulator I, 147, 105, 142.
(I. annulator Fabr.) III, 971, II, 767.
(I. annulator Müll.) III, 995, I, 151.
(I. annulatorius auct.) III, 944.
I. annulatus Gm. III, 191.
I. annulosus Gm. III, 170.
I. anodon Schrank II, 315.
I. antennatorius I, 511, 528.
(I. anticus Fourcr.) III, 1023.
(I. apicarius auct.) III, 1075.
I. apparitorius auct. II, 500.
I. approximator Fabr. Thunb. III, 265.
I. apricus I, 553.
I. apterus auct. II, 901.

(I. aranearum Fourcr. Vill.) III, 1061, 1096, 991.
I. arator Rossi III, 814.
I. arcuatus Oliv. III, 729.
I. areator Panz. II, 857.
I. argiolus auct. I, 660.
Cr. argiolus I, 657.
I. aries Chr. III, 389.
I. arlequinatus Vill. III, 207.
I. armator Fabr. II, 844.
I. armatorius auct. I, 380, II, 503. — Panz. II, 415, 503. — Forst. Rossi I, 379.
I. armillatorius Gr. Thunb. II, 185.
I. arridens I, 501.
I. arrogator I, 536, 547.
(I. articulatus Fourcr.) III, 883.
I. arundinator Thunb. III, 178.
I. assertorius Fabr. Thunb. II, 497.
I. Atalantae Poda III, 143.
I. atomator Müll. II, 92.
I. atramentarius I, 397.
(I. atrator auct. et Forst.) III, 969, 903.
I. atrator Fabr. et Forst. II, 449.
(I. atratorius Fabr. Cederh. Thunb. III, 891, I, 243.
I. atratorius Vill. Oliv. I, 169.
I. atricapillus Gr. II, 888.
I. atripes I, 309.
I. Atropos Curt. I, 697.
I. attentorius Panz. II, 493.
I. audax Oliv. Walck. III, 1061, 1096.
I. aulicus I, 562.

I. auratus Gm. I, 420.
I. auricapillus Gm. III, 667.
I. aurifrons Gm. III, 190.
I. auspex Müll. I, 111.
I. austriacus I, 570, 572.
I. bedeguaris auct. III, 760.
I. bellator Gr. III, 110.
(I. bellator Müll.) III, 995.
I. bellus I, 571.
I. biannulatus I, 230.
I. bicinctus Chr. I, 299.
(I. bicinctus Fuesl.) III, 960, 948.
I. bicingulatus I, 297.
I. bicolor auct. II, 906.
(I. bicolor Vill. Oliv.) III, 1079.
(I. bidens Fabr.) III, 1093.
I. bidentatus Oliv. I, 379, Gm. II, 413.
I. bidentorius I, 426, 372, 380.
(I. bidentorius Fabr.) III, 946, I, 375.
(I. bifasciatus auct. III, 975.
I. bifrons Gm. II, 698.
I. biguttatus Gm. Thunb. I, 123.
I. bilineatus I, 127, 103, 136, 143, 189.
I. bilunulatus I, 331, 274.
I. bimaculatorius Panz. I, 242.
I. bimaculatus auct. I, 242, Gm. III, 296, 303.
(I. bimaculatus Chr.) III, 941.
I. bipartitus Vill. I, 303.
I. bipunctatus Schrank I, 431.
(I. bipunctatus Gm.) III, 1035.
I. biscutatus Gm. I, 252.

I. bisignatus I, 410.
I. bisulcus Gm. III, 220.
I. bitinctus Gm. II, 577.
St. blandus I, 672, III, 994.
I. Bonellii Gr. II, 886.
I. braccatus Gm. III, 550, Gr. II, 805.
(I. brachyacanthus Gm.) III, 895, II, 244.
I. brachypterus Gr. II, 877.
(I. brachyurus auct.) III, 940, 989.
I. brassicariae Poda II, 771, III, 169.
I. brevicornis I, 146, III, 902.
(I. brunneolus Gm.) III, 1042.
I. brunnicornis I, 145, 188, 146, 178.
I. caedator I, 285.
I. caeruleator Panz. II, 892.
I. calcator Müll. II, 189.
(I. calceatorius Panz.) III, 1072, I, 167.
I. callicerus I, 343, 346.
I. canaliculatus I, 141, 104.
I. candidatus I, 193.
I. canescens Gm. III, 549.
(I. cannabis auct.) III, 939.
I. cantator Retz. Vill. III, 613.
(I. carbonarius Gm.) III, 1042, 243, 1021.
I. carbonarius Chr. III, 243.
I. cardui Schrank I, 126.
(I. carinator Fabr.) III, 1014, 1002.
I. carnifex Müll. I, 242.
(I. carpinellae Schrank) III, 990.
(I. carpini auct.) III, 1094.
I. castaneus I, 558, 105, 481, 482, 564, III, 1035.

I. castaniventris I, 556, 559.
I. castigator I, 124, 136, 155, 156, 189, 439, III, 977, 987, 1065.
I. catenator Panz. III, 46.
(I. cavator auct.) III, 986.
I. celer Oliv. II, 901.
I. celerator I, 566, 571, 579, 585, 586, 589, 590, 591, 592, 597.
(I. centummaculatus Chr.) III, 886, 888, I, 436.
I. cepae auct. I, 578, II, 315, 319.
(I. ceparum Schrank) III, 1029, 1017, I, 578, II, 315, 704.
(I. cephalator Vill. Oliv.) III, 1081, II, 853.
I. cerinthius I, 284, 303.
I. certator Müll. I, 126,
(I. cervinus Gm.) III, 1077, 1067.
I. cessator I, 155, 127.
I. chalybeatus I, 448.
(I. chrysogaster Gm.) III, 1013; II, 129.
(I. chrysopus Gm. III, 1007, II, 303.
I. chrysostomus Gm. II, 104.
I. chrysostictos Gm. III, 625.
I. cinctipes auct. III, 407, 414.
I. cinctorius auct. I, 252, II, 481.
I. cinctulus Gr. II, 40.
I. cincturator Müll. III, 1067, 1069.
(I. cinctus auct. et Dwig.) III, 1068, 1069.
I. cinctus Linn. II, 865, III, 975, 1060.
I. cingulatorius I, 340, 828.
(I. circulator Panz.) III, 1059, 1024.

I. circumflexus auct. III, 645, 646. Rossi I, 368, II, 488.
(I. circumflexus Chr. Scharf.) III, 1084.
I. cirrogaster auct. I, 462, II, 380.
I. citrarius Oliv. III, 279.
I. citratus Fourcr. Walck. III, 279.
I. citreus Chr. I, 427.
I. clavator auct. III, 407, Müll. Schrank, II, 30.
I. clavatorius Müll. I, 241.
I. clavatus Fabr. III, 282.
I. clavipes Gm. I, 149.
I. clericus I, 140, 190.
I. clypeator Gr. II, 132.
I. coccineus Chr. III, 104, 105.
I. coeruleator Fabr. II, 392.
Ischn. collaris I, 653.
I. colorator Vill. Oliv. I, 650.
I. comitator I, 108, 117, 120, 127, 260, 261, 548, III, 873; Oliv. Borowsky II, 768; Sulz. Chr. I, 129, Raz. I, 206.
(I. compensator Fabr.) III, 1045.
I. compressus auct. III, 379; Sulz. Chr. III, 605; Schrank III, 613; Fourcr. I, 420.
I. compunctator auct. II, 771, III, 170, 219, 1020; Panz. II, 449, Christ III, 238.
I. compunctor auct. II, 768, 773, III, 219, 220, 237, 985; Linn. II, 131, III, 170, Panz. II, 952, Schrank III, 238.
I. computatorius I, 256, 244, 248, 255, 259, 265.
I. conciliator Rossi III, 979.
I. concolor Gm. II, 736.

I. condecoratus I, 631.
I. confector I, 579, 580.
I. conformis Gm. II, 804.
I. confusor Gr. I, 278.
I. confusorius I, 276, 248, 256, 258, 262, 271, 272, 281, 282, 420.
I. conjunctor Panz. III, 221.
I. consectatorius Oliv. III, 925.
(I. consecutorius Vill.) III, 925.
I. conspurcatus I, 409.
I. constellatus Fourc. I, 431.
(I. constrictorius auct.) III, 878.
I. constrictorius Linn. I, 243.
(I. constrictus Fourcr.) III, 1034.
I. contaminatus I, 391.
I. contemplator Müll. III, 196.
I. coracinus Gm. III, 110.
(I. corculatorius Vill. Ol.) III, 950.
(I. corruptor Oliv.) III, 908.
I. corruscator I, 133.
(I. corruscator Schrank, auct.) III, 973, 974.
(I. cothurnatus auct.) III, 911.
I. cothurnatus Schrank II, 75, Gr. III, 426.
I. coxator Vill. Oliv. III, 729.
I. crassipes I, 622, 621.
I. crassipes auct. III, 144, 626, 985, I, 623; Rossi II, 30, III; 447; Fourcr. Vill. Gr. III, 147.
I. cretatus I, 451.
(I. crispatorius auct.) III, 936, 878, I, 389 (Thunb.) III, 899.

I. crispus Chr. III, 231.
I. crocatorius Walck. I, 420.
I. crocatus Fourcr. II, 379.
(I. croceatorius Vill.) III, 964.
I. croceatorius Oliv. I, 420.
(I. cruciator Vill. Oliv.) III, 1026.
I. cruentatus Fourcr. III, 718.
(I. cruentatus Chr.) III, 912.
I. culex Müll. I, 149.
I. culpator I, 548; Panz. I, 527, 528.
I. culpatorius I, 513, 272, 421, 473, 478, 490, 498, 522, 528, 548; Schrank II, 384; Linn. Fuesl. I, 420, Müll. I, 476.
(I. cultratus Gm.) III, 1006, 382.
I. cunctator auct. III, 170.
(I. cunctator Müll. Fabr.) III, 1078, 1019, 171.
I. cunctatorius Vill. III, 170.
I. cursitans auct. II, 924.
I. cursor Schrank Gm. II, 900.
I. curtor Oliv. III, 917.
(I. curtus auct.) III, 917, 916.
I. curvator Fabr. II, 335, 346, 352.
I. curvatorius Müll. I, 360; Thunb. I, 361, 366.
I. curvus auct. II, 680.
I. custodiator Fabr. I, 127, 155.
I. cylindrator auct. III, 104, 105.
(I. cylindricus Gm.) III, 1056, 170, 171, 969.
I. dealbatus Gm. I, 396.
(I. deauratus Gm.) III, 1037.
I. debellator auct. II, 401, 404, 796.
Ischn. debilis I, 650.

I. deceptor I, 332, 323, 329, 341, 342, 343, 347, 349, 351, 352, III, 967.
I. deceptorius Vill. Thunb. I, 337.
I. decimator I, 503.
(I. decorator Vill. Oliv.) III, 1065, 1063, II, 853.
I. defectivus Gr. II, 78.
I. defensorius I, 408, 373.
I. defraudator Knoch I, 494.
I. deliratorius I, 219, 166, 224, 231, 232, 233, 260, 261, 263, III, 928.
I. delusor auct. II, 84, 680; Oliv. Walck. III, 1028.
I. dentatus auct. III, 305.
I. denticulator Müll. II, 353.
I. dentipes Gm. III, 857.
St. deplanatus I, 667, 672.
(I. depressus Gm.) III, 1039.
I. desertorius Panz. III, 948.
I. designatorius I, 440, 449, 444.
I. dessinator Oliv. II, 380.
(I. destructorius Fabr.) III, 896.
(I. deustus Gm.) III, 996.
(I. devastator auct.) III, 1017, 1030; Schrank II, 318.
I. dichrous auct. III, 356.
I. dictator Fourcr. Thunb. II, 599, 600.
I. bidymus I, 265.
I. difformis Gm. III, 460.
I. digitatus Gm. II, 643.
I. digrammus I, 179.
I. dimicatorius Gm. I, 379, II, 603.

(I. dimidiator auct.) III, 909.
(I. dimidiatus Schrank) III, 950, 830.
(I. dipsacanae Schrank) III, 974.
(I. discolor Gm.) III, 903.
(I. discretus Gm.) III, 1057.
I. dispar Gm. Thunb. III, 485.
I. dissector Panz. III, 292.
I. dissectorius Panz. III, 303, I, 720.
I. dissimilis I, 190.
(I. diversicolor Gm.) III, 1071.
I. divinator Rossi III, 253.
I. divisorius I, 470, 313, 473, 474, 476, 479, 520, 531.
I. dolorosus I, 204.
I. domator Poda II, 768.
I. dromicus Gr. II, 887.
I. dubitator auct. III, 811.
I. dubitatorius auct. I, 439; Sulz. I, 438.
I. dumeticola I, 203.
(I. dumetorum auct.) III, 901.
I. edictorius I, 228, 260, 262; Linn. Thunb. III, 925; Dwig. I, 442.
(I. edictorius Schrank) III, 945.
I. egregius I, 314.
I. elegans I, 571.
I. elegantulus auct. II, 287; Schrank I, 420, 421.
(I. elevator Panz.) III, 904, 409, II, 771.
I. elongator auct. II, 401; Fabr. Gr. II, 240; Trentep. II, 567.
I. emigrator auct. II, 599.
I. enecator Rossi III, 642.

(I. enervator auct.) III, 922, II, 769, 771.
I. equitatorius I, 405.
I. erectorius Fabr. I, 527; Thunb. I, 528.
(I. erectorius Trentep.) III, 940, I, 527.
(I. erigator Fabr.) III, 1045.
I. erythraeus I, 632.
I. erythrocerus I, 610, II, 804.
I. erythronotus Gr. II, 356.
I. erythropalpus Gm. II, 291.
I. erythropus Gm. II, 139.
I. erythropygus I, 381.
I. erythrostoma Gm. II, 989.
I. Esenbeckii Gr. II, 884.
(I. Evonymi Gm.) III, 959, 924.
I. exaltatorius Panz. II, 379.
I. examinator Thunb. III, 211.
(I. exarator auct.) III, 1005, 729.
I. excitator auct. III, 440.
(I. exhaustator Fabr.) III, 1044.
(I. exhortator auct. III, 918.
I. exhortator Panz. II, 628.
(I, exlex Müll.) III, 915.
(I. exoticus auct.) III, 1088.
(I. exsiccator Rossi, Ol.) III, 985.
I. exspectatorius Fabr. Thunb. I, 461.
I. exspectorius Fabr. Panz. I, 461.
I. exsugillator Dahl II, 404.
I. exsugillatorius Dahl II, 404.
I. extensor auct. III, 175, 176, 980, 981.
(I. extensor Latr. Schrank) III, 980, 981.

I. extensorius I, 266, 9, 256, 277, 278, 279, 283, 286, 288, 295, 298, 300, 302, 304, 308, 313, 317, 323, 326, 332, 338, 346, 349, III, 876.
I. extensorius Panz. I, 299; Stroem I, 521.
I. extricator Vill. Oliv. III, 244.
I. exulans I, 522.
I. faber Chr. III, 220.
I. fabricator I, 185, 138, 140, 170, 171, 178, 179, 192, 196, III, 977, 978.
I. fabricatorius Müll. I, 261.
I. Fabricii I, 616, II, 568.
I. facialis I, 590, 587.
I. falcator auct. III, 612.
I. falcatorius auct. III, 890.
I. falcatus Fourc. III, 729.
(I. falcifer Gm.) III, 1080.
(I. falculator Vill. Ol.) III, 1080.
I. fallax I, 351, 103.
(I. falsarius Ol. Walck.) III, 876.
(I. falsator Vill.) III, 905.
I. falsatorius Ol. Walck. III, 883.
I. fasciatorius I, 376, 304, 378, 426, II, 803, III, 954.
I. fasciatus I, 119; auct. II, 890.
I. faunus I, 249.
I. femoralis auct. II, 847.
(I. femoratus Vill.) III, 1075, 1067.
I. ferreus I, 171, 173, 178, 260.
(I. ferruginatorius Pont. Müll.) III, 967.
(I. ferrugineus Fabr.) III, 1092.

(*I. ferrugineus* auct. II, 384, 386.
(I. ferruginosus Gm.) III, 1063, I, 646.
I. festinans Fabr. Gr. II, 927.
I. festivator Thunb. III, 818.
I. festivus Fabr. III, 818.
I. filicornis Gr. II, 97.
Ischn. filiformis I, 651.
(I. firmator Fabr.) III, 1065, II, 288.
I. Fischeri auct. II, 402.
(I. flagellator Fabr.) III, 1046.
I. flagitator Rossi II, 628.
I. flavatorius auct. I, 521, II, 383, 384; Thunb. II, 386.
I. flavatus Gm. I, 360.
(I. flavescens Gm.) III, 1018.
I. flavicans Fabr. III, 144.
I. flavicinctus Gm. II, 154.
(I. flavifrons auct. III, 976, 978, 659.
I. flavipes Gm. II, 384.
(I. flaviventris Gm.) III, 1056.
I. flavoguttatus I, 442.
I. flavolimbatus I, 316.
I. flavolineatus I, 300, 102.
I. flavoniger I, 403, 402.
I. floricolator Gr. II, 842.
I. fluctuans Chr. III, 231.
I. foliator Thunb. III, 718.
(I. fomentator auct.) III, 1052.
(I. forcicatus Vill.) III, 1075, 1067.
I. formicarius auct. II, 915.
I. formicator Thunb. III, 1068.

(I. formicatus auct.) III, 1067.
I. formosus I, 613.
I. fornicator auct. III, 404; Fabr. Rossi III, 220; Oliv. II, 772, III, 220.
I. fossorius I, 164, 175; auct. I, 163; Linn. Fabr. III, 927.
I. fractorius Chr. I, 367.
(I. fraudatorius Vill. Oliv.) III, 876.
(I. frontalis Fourc.) III, 977.
(I. frontatorius Fabr. Jur.) III, 931.
I. fugator Gr. I, 116.
I. fugatorius Panz. I, 416.
I. fugitivus I, 552.
(I. fuliginosus Gm.) III, 1013, 969.
I. fulvicornis I, 422.
I. fulvus Retz III, 595.
I. fumigator I, 537, 542, 550.
I. fumipennis I, 589, 586.
(I. fumosus Fourc.) III, 990, 968, 1062.
I. funerarius Ol. Walck. I, 206.
I. funereus I, 205, 110, 210, 259, 260, 261, 263.
I. fuscatus I, 170, 212, 214, III, 975.
(I. fuscatus auct.) III, 1060, 1021.
(I. fuscescens Gm.) III, 1041, II, 443.
(I. fuscicornis Gm.) III, 928, II, 89, 901.
(I. fuscicornis Schrank) III, 1004, 196, II, 901.
I. fuscicornis Retz Vill. II, 900.
I. fuscipes I, 224, 223, 230, 233.
I. fuscipes Fourc. I, 166.
(I. fuscipes Gm.) III, 1040.

. fuscocastaneus I, 486.
. fuscus Linn. Vill. I, 461.
. fusorius I, 457, 439, 466; III, 877; Linn.
Schrank II, 380.
I. fusorius Fabr.) III, 933, 936.
I. *gagates* Gr. I, 669.
St. gagates I, 667.
I. gemellus I, 201.
I. *geminatorius* Panz. III, 281.
(I. geminus Gm.) III, 980.
I. *generator* Oliv. III, 978.
I. *generosus* Oliv. III, 1023.
I. *geniculator* Gm. I, 623.
I. *geniculatus* auct. III, 196, 210.
I. *glabratorius* Müll. I, 235.
I. *gladiator* Rossi Thunb. II, 771.
I. *gladiatorius* Müll. I, 166.
I. glaucatorius I, 433, III, 891.
I. *glaucopterus* auct. III, 634.
I. *globatus* Scop. III, 1031.
I. *glomeratus* Linn. I, 54, III, 1031.
I. Goedarti I, 474, 106.
I. gracilicornis I, 290, 295.
I. *gracilis* Gm. III, 238; Schrank III, 246.
I. *graminellae* Schrank III, 185.
I. *gravipes* Gr. II, 852.
I. gravis I, 588, 571, 587.
(I. grossipes Ol.) III, 984, 147.
I. grossorius I, 298, 273, 289, 301, III, 880.
I. guttulatus I, 580, 105.
(I. haematopus Schrank, Gm.) III, 987.

(I. interruptorius Fabr.) III, 884, 947; Tr. ep. I, 375.
I. interruptus I, 319, 316.
(I. inversus Fourc.) III, 1049, 979.
(I. investigator Rossi) III, 972.
I. iocator Fabr. III, 772.
I. iocerus I, 326, 320, 322.
I. iridipennis I, 194.
(I. irrigator Panz.) III, 914.
I. irrigator Fabr. III, 838.
I. irrisorius Rossi III, 66.
I. ischiomelinus I, 608, 599, 620.
I. ischioxanthus I, 330.
I. jubilatorius Müll. I, 427.
I. judex Müll. I, 484.
I. jugatus I, 452.
I. junci Vill. I, 523, II, 655; Fourc. III, 415.
(I. labialis Fourc. Ol.) III, 1024.
I. labiatus Schrank III, 390.
I. laboratorius I, 114, 316, 320, 415.
(I. laboratorius Fabr.) III, 962.
I. laboratorius Müll. I, 307.
I. lacteator I, 202.
I. laetatorius auct. III, 355; Gr. III, 329.
I. laevigator Vill. Ol. III, 425.
I. laevigatus Gr. II, 114.
I. laminatorius I, 218, 120.
I. lanius I, 499.
I. lapidator I, 628.
I. larvarum auct. III, 1031.
I. larvatus I, 160, 103.

I. larvincola Scharf.) III, 1052.
I. latrator Schrank III, 687; Oliv. III, 678; Thunb. III, 616.
I. latrator I, 572, 569, 602, 604, III, 1083.
I. latro auct. I, 576, III, 678, 1026.
I. lentorius Panz. I, 461, 467.
I. lepidus I, 349, 103, 846, 352.
I. leptocerus Gr. II, 69.
I. leucocerus I, 208, 210, 214.
(I. leucogastrius Schrank) III, 1062, 969.
I. leucogonos Gm. III, 196.
I. leucolomius I, 479, 105, 485, III, 1015.
I. leueomelas I, 255, 260, III, 895.
(I. leucomelas Stroem) III, 887.
(I. leucopalpus Preysl.) III, 997.
I. leucopalpus Gm. III, 211, 244.
(I. leucopis Gm.) III, 1040.
I. leucopterus Gm. III, 230.
I. leucopus Gm. II, 449.
I. leucopygus I, 159.
(I. leucorrhous Gm.) III, 1063.
I. leucostictos Gm. II, 497.
I. leucostigmus I, 446.
I. leucostoma Gm. I, 189.
(I. leucotarsus Gm.) III, 1041.
(I. limbarius Ol.) III, 944.
I. lineator I, 120, 127, 132, 133.
I. lineatorius Vill. Ol. III, 157; Thunb. III, 158.
I. lineolaris Gm. III, 46.
(I. lineolatus Gm.) III, 877.
(I. lingulator Vill. Ol.) III, 1001, 968.

(I. lituratorius auct.) III, 948, 961, II, 160; Schrank III, 357.
(I. lituratus Gm.) III, 1042.
(I. lividicornis Gm.) III, 1087.
(I. lividus Gm.) III, 1076.
(I. longicornis Vill. Ol.) III, 971.
(I. longipalpis Gm.) III, 1007, 1002.
I. longipes Müll. III, 549.
(I. longispinis Gm.) III, 1035.
(I. lotorius Vill. Ol.) III, 935.
(I. lucidator Fabr.) III, 1009.
I. luctatorius I, 411, 403, 405, 406, 408, 409, 410, 423, 424, 425, 426, 520, II, 233, 237, III, 379, 952, 964.
I. luctuosus I, 200, 203.
(I. ludio Schrank) III, 965.
I. lugens I, 215, 208, 259, 260, 263.
I. lugubrator, I, 541.
I. lunulatus Vill. Ol. III, 302.
I. luridator Gr. II, 101.
I. luridus I, 406.
I. lusorius Gr. I, 271.
(I. luteator Fabr.) III, 919.
I. luteicornis I, 623.
I. luteiventris Gr. II, 388.
(I. luteolus Gm.) III, 1039, II, 68.
(I. lutescens Gm.) III, 1055, 1088, 969.
I. luteus auct. III, 690, 691, 694, 696; Rossi Scharf. Jur. III, 628.
I. lutorius auct. II, 379.
(I. maceratorius Vill. Ol.) III, 926.

(I. macropus auct.) III, 1027, 1021.
I. macrourus Gm. II, 767.
(I. maculator Fabr.) III, 1058.
I. maculator auct. III, 206.
(I. maculatorius Stroem, Müll.) III, 952.
I. maculatorius auct. III, 64.
(I. maculatus Chr.) III, 957, 272, 273.
I. mandator auct. II, 237; Linn. II, 238, III, 1066.
I. Mangeri Gr. II, 874.
I. manifestator auct. III, 235, 993; Sulz. III, 36, 230; Rossi III, 40, 243; Chr. Scharf. III, 230; Stroem, Grav. III, 243; Vill. III, 902, 986.
I. mansuetor Gr. II, 340.
I. marginalis Fourc. III, 944.
(I. marginatorius Ol. Rossi) III, 961, 943.
I. marginatorius auct. I, 390; Fabr. II, 194.
(I. marginatus Gm.) III, 1056.
I. margineguttatus I, 393, 383.
I. marginellus I, 192, 105, 198.
(I. matutinus Chr.) III, 957.
Br. means I, 675.
I. mediator Thunb. III, 258.
I. mediatorius Fabr. I, 406; Panz. I, 432.
I. melancholicus Gr. II, 135.
I. melanobatus I, 266, 265.
I. melanocastanus I, 553, 480, 547.
(I. melanocephalus Fourc.) III, 1074, 655.
I. melanocephalus Vill. II, 890; Gm. I, 630.
I. melanogaster I, 209, 205.

I. melanogonus I, 581, 105.
(I. melanoleucus Gm.) III, 998.
(I. melanophthalmus Gm.) III, 1038.
I. melanops auct. III, 144.
I. melanopterus Gm. I, 538.
I. melanopus Gm. III, 238.
I. melanoxanthus Gm. III, 870.
(I. melanurus Gm.) III, 1014.
I. menstrualis I, 532.
I. mensurator auct. III, 102, 123.
I. mercator Fabr. III, 605.
I. mercatorius I, 369, 366, 365, 367; Fabr.
375.
(I. mercatorius Panz.) III, 953.
I. mesocastanus I, 469.
I. mesostictus I, 504.
I. messorius I, 529, 310, 528.
I. micator Gr. II, 834.
I. micratorius Fabr. Thunb. III, 802.
I. microcerus I, 249.
I. micropterus Gr. II, 880.
I. microstictus I, 480, 488, 484, III, 1015.
I. migrator auct. II, 599; Thunb. II, 600.
I. militaris I, 342.
I. mitigosus I, 604.
(I. mixtus Gm.) III, 1029.
I. mixtus Poll. Schrank. III, 604.
(I. moderator Fabr.) III, 992.
I. moderator auct. III, 786, 998.
(I. moerens Gm.) III, 997.
Ischn. moestus I, 653.

I. molitorius I, 258, 436, III, 885, 895; Schrank I, 111, 113, 232, 235, 546, III, 945, 977; Fabr. II, 216; Panz. II, 232; auct. I, 222.
I. monitorius I, 378, 367, 370, 428.
I. monostagon I, 172.
I. monticola I, 108.
I. moratorius auct. I, 439; Fabr. I, 438; Trentep. I, 439; Thunb. I, 432.
I. moschator Vill. Ol. Fabr. II, 442, 452; Thunb. II, 453.
I. motatorius I, 359, 362; Oliv. I, 373, 329; III, 876.
I. multiannulatus I, 223.
I. multicinctus I, 453.
I. multicolor I, 168, 172.
I. multiguttatus I, 436, III, 987.
I. multipictus I, 347.
I. mundus Gr. II, 60.
I. murex Müll. I, 652.
I. mutabilis I, 599, 560, 578, 608.
I. mutillarius auct. II, 922, 923.
I. mutillatus Gml. III, 922; Chr. III, 383.
(I. mystacatus auct.) III, 1027, 1021.
(I. naevius Gm.) III, 1085; II, 153.
I. narrator Fabr. Thunb. I, 123.
I. natatorius I, 429, 406, 438, 439, 440, III, 884, 1055; Thunb. I, 482.
I. necator auct. II, 830, III, 1083.
(I. necator Scharf.) III, 1030.
I. necatorius Fabr. Thunb. III, 295.

I. negatorius Fabr. I, 309, 312, 313.
I. nemoralis Fourc. Gr. II, 75.
I. nidulator Thunb. III, 613.
(I. nigellus Gm.) III, 1088.
I. nigrator Fabr. Jur. I, 123.
I. nigratorius Pont. I, 241, Panz. I, 222, 451.
(I. nigricans Gm.) III, 997.
I. nigricornis Gm. II, 733; Retz II, 920.
I. nigripes I, 476, 311, III, 941.
I. nigritarius I, 113, 117, 120, 127, 130, 260, 261.
I. nigrocaudatus Retz II, 879.
I. nigrocinctus Gr. II, 881.
I. nigroculus auct. III, 143.
I. nigrocyaneus I, 117.
I. nitens I, 476.
I. nivatus I, 447.
I. nobilitator I, 627.
(I. nominator Panz.) III, 1010.
I. notator Gr. I, 607.
(I. notatorius Panz.) III, 889, I, 482, 484.
I. notatorius Vill. I, 372, 373, 432; Trentep. I, 431.
(I. notatus Gm.) III, 1070.
(I. nugatorius Fabr. Panz.) III, 954, I, 367, 372.
I. nugatorius Thunb. I, 379.
(I. nunciator Fabr.) III, 1000, I, 25.
(I. nuncupator Panz.) III, 1089.
I. nutatorius Fabr. III, 892.
I. nutritor Thunb. III, 763.
I. nycthemerus I, 399, 102, 103, 442.

I. obex Müll. III, 866.
I. obfuscator auct. II, 569.
(I. obfuscatus Gm.) III, 913.
I. oblongus Schrank. I, 578.
(I. obscurator Panz.) III, 1004.
I. obscurator Gm. III, 903.
(I. obscuratorius Panz.) III, 955.
I. obscuratorius Gr. II, 880.
I. obscuratus Fabr. III, 691.
(I. obscurus auct.) III, 1022.
I. obscurus Gm. II, 552.
(I. obsoletorius Fabr.) III, 885.
I. obsoletorius Panz. I, 244.
(I. obsoletus Gm.) III, 915.
I. occisor auct. III, 613, 889.
I. occisorius I, 389.
I. occupator I, 425.
(I. ochrocercus Gm.) III, 998.
I. ochromelas Gm. I, 312.
I. ochropis I, 182, 169.
(I. ochropus Gm.) III, 902.
(I. ocreatus Gm.) III, 902.
I. octoguttatus I, 325.
I. oculatorius Fabr. Walck. III, 157.
I. opifex Müll. III, 923.
I. opprimator I, 595, 585, 586, 594, 605.
I. opticus I, 131, 132, 133.
I. oratorius I, 394, 102, 397, 451.
I. orbitalis I, 490, 491.
I. ornatorius I, 311, 272, 308, 309, 316, 318, 320, 326, III, 966.

(I. osculatorius Ol.) III, 938.
I. osculatorius auct. III, 416.
I. ovator auct. II, 401.
(I. pallens Gm.) III, 1043.
(I. pallescens Gm.) III, 1040.
I. palliatorius I, 385, 314.
I. pallidatorius I, 196, II, 427.
I. pallidicornis I, 294.
I. pallidus Gm. I, 607.
I. pallifrons I, 117, 136, 264, III, 873.
I. pallipes I, 233, 218.
I. palmarius Fourc. I, 221.
I. palpator Müll. II, 788, 822.
I. parasitus Walck. III, 760.
(I. partitus Gm.) III, 1064.
I. parvulus I, 591.
(I. pastinacae Stroem) III, 907.
I. pavoniae auct. I, 672.
St. pavoniae I, 671.
I. pectoralis Dahl II, 404.
I. pedatorius I, 180, 194, 204, III, 1072.
(I. pedatorius Panz.) III, 873.
I. pedestrinus Gr. I, 163.
I. pedestris auct. II, 883.
I. pedicularius auct. II, 922; Panz. II, 881.
(I. pendulator Latr.) III, 1009.
I. pennator auct. III, 191.
I. percontatorius Müll. III, 122.
I. peregrinator auct. II, 608.
I. perileucus I, 227, 226.
I. periscelis Schrank III, 846.

I. perlatus Chr. III, 282.
I. perquisitor Ol. III, 190.
I. persecutor I, 491.
I. personatus I, 207, 260.
I. perspicillator Gr. II, 605.
I. persuasorius auct. III, 270, 888; Sulz. III, 274.
I. petiolatus auct. II, 857, III, 718.
(I. picatus Gm.) III, 1008, 968.
I. piceatorius I, 473.
(I. piceus Gm.) III, 1064.
I. pictor Vill. Ol.) III, 1026.
(I. pictus Gm.) III, 983, II, 702.
I. pictus auct. I, 306, III, 384; Schrank I, 274; Latr. III, 383.
I. pinguis Gr. II, 161.
I. pisorius I, 462, 439, III, 877, 881.
I. pisorius Linn. I, 461, 462; Panz. II, 381, 379; Vill Chr. II, 379.
I. pistorius I, 231, 260, 261.
I. pldesseus Fourc. III, 206.
I. polyzonias auct. III, 69, 1054, I, 720.
(I. polyzonius Schrank) III, 1053, 69, 273.
I. porrectorius auct. I, 644.
Ischn. porrectorius I, 642.
(I. posticus Fourc.) III, 1003, 1002.
I. praecatorius auct. I, 25, III, 843.
I. praerogator auct. II. 128, III, 987.
I. praestolatorius Müll. III, 952.
(I. praeustus Gm.) III, 1041, 1002.
I. pratensis I, 212, 196, 214.

(I. pretorius Oliv. Walck.) III, 895.
I. primatorius Forst. I, 299.
I. procerus I, 650.
I. procurator Gr. II, 267.
I. profligator auct. II, 783.
I. profusor Ol. III, 1003.
I. proteus I, 217, 209.
I. pugil Müll. III, 643.
(I. pugillator auct.) III, 1023, 612, 616, 1019.
(I. pulchellus Chr.) III, 966, I, 312, 313.
I. pulchricornis I, 564.
I. pulex Müll. I, 652.
Ischn. pulex I, 652, 650.
(I. pulicarius Panz.) III, 1095, II, 906.
I. pulicarius Fabr. II, 917.
I. pulsator Panz. I, 126, 180.
I. pumilus I, 152.
I. punctator auct. III, 219.
(I. punctatus Fourcr. Ol.) III, 970.
(I. punctorius auct.) III, 964.
I. punctorius Müll. III, 878.
I. punctulatus Vill. III, 970.
I. punctus I, 323.
(I. puparum Fourc. Oliv.) III, 1025.
(I. purgatorius Müll.) III, 887.
I. pusillator I, 605, 591, 593, 594, 603.
I. quadrialbatus I, 252.
I. quadriannulatus I, 556, 564.
I. quadricingulatus, I, 297.
I. quadricolor Gm. I, 189.
I. quadrifasciatus I, 402.

I. quadriguttatus II, 178.
I. quadrimaculatus I, 370, 867.
(I. quadrimaculatus Gm.) III, 1014.
I. quadripunctatus auct. III, 143, 146.
I. quadripunctorius Müll. I, 481.
I. quadrisculptus Gr. II, 251.
I. quaesitorius I, 253, 260, III, 891.
(I. querceti Schrank) III, 951.
I. quinquecinctus Gr. III, 466.
I. quinqueguttatus I, 620, 628.
I. ramidulus auct. III, 700, 1021; Chr. III, 646; Fourcr. III, 635; Scharf. III, 629.
(I. raptor Müll.) III, 1006, 1002.
I. raptorius I, 286, 272, 273, 278, 295, 296, 297.
(I. raptorius Fabr.) III, 897.
I. raptorius Panz. I, 307; Rossi I, 300; Pontopp. I, 299.
I. Rayellae Schrank III, 248.
I. regenerator Fabr. Thunb. II, 77; Panz. II, 556, III, 856.
I. reluctator auct. III, 865.
I. reluctatorius Ol. III, 865.
I. repentinus I, 467, 470, 484, 487, 532.
I. resinator Thunb. III, 984.
(I. resinellae auct.) III, 983, 218.
I. resinosus Retz III, 49.
I. restaurator I, 197, 655.
(I. restaurator auct.) III, 916, 917, 1014.
I. ridibundus I, 329.
(I. rixator Schell.) III, 992.

I. roborator auct. III, 176.
I. Roeselii Schr. III, 450.
I. rubellus I, 138.
I. rubidus Rossi II, 858.
I. rubiginosus Gm. II, 806; Chr. III, 866.
(I. rubratorius Müll.) III, 935.
I. rubricator Panz. Thunb. III, 626.
(I. rubricornutus Chr.) III, 963.
I. rufatorius I, 388, III, 680.
I. rufatus Gm. III, 766.
I. rufescens Gm. III, 211.
I. ruficeps I, 633, III, 919.
I. rufisanguinus Schrank I, 788.
I. ruficornis auct. II, 924.
(I. ruficornis Gm.) III, 1076.
I. ruficoxatus I, 597.
I. rufifrons I, 139.
I. rufilimbatus I, 603.
I. rufinus I, 481, III, 1015.
I. rufipes Gm. III, 455.
I. rufoniger Gr. III, 84.
(I. rufulus Gm.) III, 1086.
(I. rufus Retz. Vill.) III, 1008.
I. rugosus Deg. III, 1019.
I. ruspator auct. III, 857.
I. rusticus Fourc. Vill. II, 952.
I. rutilator auct. II, 314; Rossi III, 817.
I. sagittarius Müll. III, 554.
I. sagittator Rossi III, 972.
I. salicatorius I, 245, III, 946.
I. saltator auct. III, 780.

(I. saltator Müll.) III, 994.
(I. salutator Rossi, Ol.) III, 909.
(I. sanguinator Rossi) III, 918.
I. sanguinatorius I, 295.
I. sanguineus Gr. II, 807.
I. sanguinolentus Gr. III, 497.
Ischn. sannio Gr. 646.
I. sarcitorius I, 302, 270, 275, 300; III, 964.
(I. sarcitorius Trent.) III, 892.
I. sarcitorius auct. I, 307; Panz. 343; Sulz. Chr. I, 379.
I. sartorius I, 308, 296, 315.
I. saturatorius I, 237, 152, 249, 252, 253, 255, 260; III, 219, 894.
I. saturatorius Borowsky II, 606.
I. scanicus Fourc. Vill. III, 206.
I. scirpi Fourc. Vill. II, 481.
I. scotopterus Gr. II, 245.
I. scurra Panz. III, 268.
I. scutellaris Oliv. Walck. II, 380.
I. scutellator I, 175, 178, 189.
I. scutellatus auct. III, 143.
I. seductor auct. II, 487; Thunb. 488.
I. seductorius auct. II, 487; Thunb. 488.
I. sedulus I, 496, 1058, 490, 499, 500, 501, III, 882.
I. segmentarius auct. II, 210.
I. segmentator Fabr. Thunb. III, 54.
I. segmentorius Fabr. II, 211.
I. semiannulator auct. I, 547, II, 729; Oliv. I, 555.

I. semiannulatus auct. I, 637, 547, II, 729; Schrank I, 546.
(I. semiannulatus Vill.) III, 916.
I. semicaligatus Gr. II, 274.
I. semiorbitalis I, 212.
I. semirufus I, 488, 291, 498, 520.
I. semivulpinus I, 565, 586.
I. senilis Gm. II, 720.
I. septemguttatus I, 320.
I. serenus I, 484, 198, III, 1016.
Pr. serrarius I, 637.
I. setosus Fourc. II, 772, III, 36; Ol. III, 36.
I. sexalbatus I, 346, 351, 354.
I. sexcinctus I, 454.
I. sexlineatus I, 487, 479.
I. sibilans I, 528, 310, III, 946.
I. sicarius I, 214.
(I. signatorius Fabr.) III, 892.
I. signatorius Ol. I, 372, 373.
I. silaceus I, 278.
I. similatorius auct. I, 461; Trentep. I, 498.
I. similis Gm. II, 796.
(I. simplex Gm.) III, 1071, 999.
I. simplex Müll. III, 908.
I. simulator Ol. III, 906.
I. sociatorius Panz. II, 384.
I. speculator auct. III, 143; Thunb. III, 146.
I. sperator auct. II, 686.
I. spiniger I, 142.
I. spiralis Fourcr. Ol. II, 456.
M. splendidulus I, 679.

I. sponsor Fabr. Thunb. II, 555, 556.
I. sponsorius auct. II, 42; Fabr. III, 366.
I. sputator I, 542, 108, 550, 613.
I. stercorator Fabr. Thunb. Jur. III, 190, 191.
I. sticticator Thunb. III, 144.
I. sticticus Fabr. II, 331
(I. stigma Gm.) III, 1091, II, 860, 865.
I. stimulator I, 143, 138, 146, 190, 536.
I. stramentarius I, 281.
(I. stramineus Gm.) III, 998.
(I. striatus Gm.) III, 1036, 930.
I. strigator Fabr. Thunb. III, 342.
I. strigatorius I, 352, II, 426.
(I. strigosus Gm.) III, 941.
(I. strobilellae auct.) III, 981, 968.
I. suavis I, 348.
I. subalbellus I, 338.
I. subannulatus I, 424.
I. subcylindricus I, 321.
I. subfalcatus Gm. III, 613.
I. subguttatus I, 449, 436, 448.
I. submarginatus I, 244.
I. subrufus Gm. II, 281.
I. subsericans I, 161, 167, 168, 172, 173, 175, 189, 197, 199, 219.
(I. subtestaceus Gm.) III, 1057.
I. subtilicornis I, 592, 605.
I. subzonatus Gr. II, 887.
I. sudeticus Gr. II, 885.
I. sugillatorius I, 437, 393, 450, III, 889.
I. sugillatorius auct. I, 431, 432.

I. sulphuratus Gr. II, 82.
(I. sulphureus Gm.) III, 999.
I. superbus auct. III, 147, 278; Chr. III, 144.
I. surratus auct. III, 605.
(I. sutor Chr.) III, 879.
(I. taeniola Fourc. Ol.) III, 1024.
I. tarsoleucus Schrank Vill. II, 449, III, 969.
I. tarsosus auct. II, 767.
(I. tenebricosus Gm.) III, 1084, 1081.
(I. tentator Vill. Ol.) III, 970.
(I. tenthredinum Scharf.) III, 928, II, 175.
I. tenuicornis I, 115, 204.
I. terebrator auct. III, 814.
I. tergenus I, 615, III, 921.
(I. terminator Panz.) III, 920.
I. terminatorius I, 282, 271, 303, 313, 420.
(I. terrefactor Vill. Oliv.) III, 1018.
(I. tertiarius Fourc.) III, 1051.
I. testaceus Gm. II, 30, 243; Fabr. II, 29.
Ischn. thoracicus I, 647, 640, 650, 651.
I. tibialis Fourc. Vill. I, 150, II, 767.
I. tibiator I, 151, 105; Thunb. I, 152.
(I. tiphae Vill.) III, 1043, II, 68.
(I. tipulae auct.) III, 1025.
I. titillator auct. II, 567; Thunb. II, 568.
(I. titillator Panz. III, 1016.
(I. tornator Panz.) III, 1016.
(I. torquatus Vill. Ol.) III, 1090.
I. transfuga I, 158.
(I. triangulum Gm.) III, 1007.
(I. trichopus Schrank) III, 989.

I. trichrous Gm. I, 156.
(I. tricinctus Schrank) III, 1050.
I. tricingulatus I, 605.
(I. tricolor auct.) III, 927 (Fabr.) III, 1078, (Razoum.) III, 977.
I. tricolor Schrank I, 167, 223, III, 390.
(I. tricoloreus Chr.) III, 880, 875, 926, I, 389.
I. tricolorius Thunb. III, 880.
I. trifasciatus I, 380, 381.
I. trilineatus I, 173, 177, 189.
(I. tripunctator auct.) III, 1054.
I. tripunctatus Fourc. I, 274; Gm. I, 360.
I. tristis I, 136, 103.
I. trituberculatus Gm. II, 402.
(I. trochantericus Fourc.) III, 1028, II, 680.
I. troglodytes I, 587.
I. trucidator I, 172.
I. truncator auct. I, 650.
Ischn. truncator I, 649, 640, 652, 653.
I. truncatus Chr. III, 700.
I. tuberculatus auct. III, 230.
(I. turca Schrank) III, 1003, 1002.
I. turionator Thunb. III, 196.
I. turionellae auct. III, 195.
I. typhae Fourcr. Ol. II, 66.
(I. tyrannus auct.) III, 884, I, 368.
(I. ulmanae Schrank) III, 989.
I. umbellatarum Schrank, Gm. III, 889.
I. umbraculosus I, 199, 203, 479.
I. umbratus Fabr. II, 858.
(I. unicolor Gm.) III, 1071.

I. uniguttatus I, 310, 297, 529, 531.
Ischn. unilineatus I, 641.
I. upsaliensis Fourc. I, 568.
(I. urticae Fourc. Ol.) III, 1003, 1002, 968.
(I. ustulatus Gm.) III, 1057.
I. usurpator auct. III, 865.
I. vacillatorius I, 500, 502.
I. vadatorius I, 304, 274, 275, 289, 294, 303, 313, III, 384.
I. vagans Ol. Walck. II, 893.
(I. vagator auct.) III, 975.
(I. vagatorius Fabr.) III, 967.
I. vaginatorius I, 357, 363.
I. vaginatorius Linn. Schrank III, 383, 384.
I. varex Müll. III, 906.
(I. variabilis Schrank) III, 877, 906, II, 501.
I. variator Müll. I, 528, II, 97.
I. variatorius Müll. III, 881.
I. varicornis Fabr. III, 170.
I. variegator auct. III, 303, 309, Rossi Oliv. III, 302.
(I. variegatorius Panz.) III, 888, I, 432, 444.
I. variegatus Gm. III, 190; Schrank III, 191, 210.
I. varipes I, 444.
I. varius auct. III, 144, 147.
(I. varius Pont.) III, 881. (Müll.) III, 995. (Gmel.) III, 996, n. 163 et 164. (Fabr.) III, 1077.
I. venator auct. III, 389, 978, 1049.
(I. venator Schrank) III, 1021, 613, 969.
I. venosus Gm. II, 29.

I. ventrifascius Schrank III, 49, 988.
I. vernalis Gr. II, 296.
I. versicolor Gm. I, 189.
I. vespertinus I, 284, 262.
I. vespiformis auct. III, 296; Schrank III, 303.
I. vespoides auct. III, 295.
I. vexatorius Gr. I, 268, 271.
(I. viator Scop.) III, 900.
I. viator auct. I, 150.
I. vibex Müll. I, 619.
(I. victor auct.) III, 1082.
I. viduatorius Thunb. II, 478.
(I. vigilans Chr.) III, 991, 968.
I. vigilatorius Panz. III, 390.
I. vinctus auct. III, 143, 147.
(I. vindex Müll.) III, 921.
I. vinulae Scop. Chr. III, 695.
I. violentus I, 613, III, 921.
I. virgatus Fourc. Vill. III, 626.
I. viridatorius I, 428, 394, III, 1055.
I. visitator auct. III, 190.
(I. vittatorius Jur.) III, 893.
(I. vittatus Gm.) III, 1038.
I. volutatorius auct. III, 383, 384; Schrank III, 379; Stroem III, 390, 952; Fabr. I, 361, 366, 368; Thunb. I, 370.
I. vorax Fourc. I, 429.
I. vulnerator Panz. III, 725.
I. vulpes Chr. III, 144.
I. vulpinus Gr. II, 915.
I. xanthius I, 392.

(I. xanthogastrius Schrank) III, 988.
(I. xanthomelas Gm.) III, 1070.
I. xanthops I, 502, 507.
(I. xanthopus Schrank) III, 1082.
I. xanthopus auct. III, 654; Ol. III, 1074.
I. xanthorius I, 361, 373, 402.
I. xanthozosmus I, 383.
(I. xanthurus Gm.) III, 1058.
I. zonalis I, 323.
I. zonarius Gr. II, 269.
(I. zonator Fabr. Jur.) III, 907.
I. zonator Thunb. II, 762.

(*Insectum* Brunn.)
(apterum Br. Gr.) III, 1095, II, 900, 901.

(*Joppa* Fabr.) I. 23.
lutea Fabr. III, 920,

ISCHNOCEROS
vide CRYPTUS.

ISCHNUS
vide ICHNEUMON.

(*Lapton* Nees ab Es.) I, 678, 722.
(femoralis Nees) I, 724.

LEPTOBATUS
vide BANCHUS.

LISSONOTA
vide PIMPLA.

MACRUS
vide OPHION.

MESOCHORUS
vide CRYPTUS.

MESOLEPTES
vide TRYPHON.

MESOSTENUS
vide CRYPTUS.

METOPIUS.

III, 287 (I, 26).

dentatus III, 304, I, 720.
dissectorius Panz. III, 303.
micratorius III, 299, I, 10, 720.
necatorius III, 292, 303, I, 10, 720.
sicarius III, 291, 303, I, 720.

MICROLEPTES
vide ICHNEUMON.

(*Musca* Mouf.) I. 3.

bipilis secunda M. III, 218.
tripilis M. Kratz. II, 768.
tripilis secunda M. III, 243.

Ca. canescens III, 555, 456.
Ca. carnifex III, 563.
An. cerinops III, 658, 662, 664, 677, 682, II, 358.
Ca. cerophagus III, 470, 468, 513.
Ca. chrysostictus III, 522, 466, 505, 536, 579.
An. circumflexum III, 643, 658, 664.
Oph. circumflexus Fabr. Walck. III, 646.
An. clandestinum III, 670, 675, 678.
O. clavator Fabr. III, 407, 408.
Por. claviventris III, 755, 723, 754, 995, I, 92.
O. combustus III, 701, 687.
(O. compensator Fabr. Walck.) III, 1045, I, 721.
Cr. confluens III, 735, 732.
Ca. consumtor III, 515, 516.
Ca. crassicornis III, 565.
Ca. crassiusculus III, 531.
M. croceicornis III, 710.
Ca. cruentatus III, 575.
(An. cruentatum Panz.) III, 1047, 720.
Ca. cryptocentrus III, 550, 573.
Ca. cultrator III, 616.
Ca. decipiens III, 596, 455.
Ca. declinator III, 589.
Cr. decoratus III, 734, 732.
Ca. deficiens III, 474.
An. delarvatum III, 678, 685.
Ca. difformis III, 458, 461, 478, 516, 517, 575, 592.
Ca. dispar III, 484, 470, 488, 498.

Por. dissimilis III, 774, 1057.
Ca. dolosus III, 573, 563, 566, 595.
Ca. dorsalis III, 528.
Ca. ebeninus III, 480, 460.
An. enecator III, 641.
Ca. ensator III, 576, 466, 525, 572, 579, 592.
(O. erigator Fabr.) III, 1045.
Ca. errabundus III, 559.
Por. erythrostomus III, 760.
(O. exhaustator Fabr.) III, 1044, I, 721.
(O. exhortator Fabr.) III, 918.
Ca. exiguus. III, 499.
O. falcator Fabr. Walck. III, 614, 1044.
O. fallax III, 504.
Ca. faunus III, 517.
Ca. femoralis III, 592.
An. ferrugator III, 663, 639.
(O. ferrugineus Fabr.) III, 1091.
O. festivator Fabr. III, 318.
An. fibulator III, 681, 639, 662, 676, 682, 683, II, 358.
M. filiventris III, 709, 708.
(O. flagellator Fabr.) III, 1046.
An. flaveolatum III, 664, 670, 674.
O. flaveolatus Gr. III, 667.
(O. flavifrons Fabr.) III, 1088, 659.
O. flavifrons Gr. III, 659.
Ca. floricola III, 600.
T. foliator III, 715, 912.
O. foliator Fabr. III, 718.
(O. fomentator Fabr.) III, 1052.

At. foveolatus III, 794.
Por. fulvipes III, 788.
Ca. fulviventris III, 540, 546.
(O. fuscator Panz.) III, 931, 924, 968.
Pan. fuscipennis III, 635.
Ca. gastroides III, 538.
Cr. geminus III, 744.
Ca, geniculatus III, 486, 492.
An. giganteum III, 647.
Por. gilvipes III, 767, 788, II, 783 (pro *Trachyn.*).
Pan. glaucopterus III, 632, 631.
O. glaucopterus auct. III, 635.
Ca. gracilis III, 511.
At. gravidus III, 793.
Por. gravipes III, 757, 723, I, 92.
Por. harpurus III, 758, 753, 760, 769, 772. 775, 787, II, 980.
Ca. horticola III, 567.
Por. hostilis III, 758, 774, 775.
Ca. immolator III, 491, 493, 506, 510.
Ca. inculcator III, 553.
O. inculcator Fabr. III, 554.
Cr. infirmus III, 746.
Pan. inquinatus III, 631.
Ca. insectator III, 481.
Ca. insidiator III, 562, 563.
Cr. interruptor III, 153, 951.
O. jocator Fabr. III, 772, I, 721.
Por. jocator III, 769, 774, 1045, 1053, II, 783 (pro *Trachyn.*).
Por. italicus III, 780, 782.

An. laetatorium Trent. III, 357.
Ca. lateralis III, 467.
Ca. latrator III, 586, 527, 579, 584.
O. latrator Fabr. III, 587, 614, 616, I, 578.
An. latro III, 677, 663, 681, 683, I, 578.
Ca. limbatus III, 591.
Cr. lineatus III, 739.
Ca. longipes III, 546, 540, 550, 551, 1037.
M. longiventris III, 709.
Ca. lugens III, 509.
O. luteus III, 692, 702, 705, 920, 1074, I, 89, 93, 97.
Ca. macrocentrus III, 519.
Ca. maculatus III, 536.
Ca. majalis III, 462, 467, 499, 516, 522, 525, 579, 997.
An. mandator Trent. II, 237.
O. marginatus III, 704.
An. marginatum Jur. III, 705.
Ca. maurus III, 516.
Ca. megacephalus III, 502.
An. melanobatum III, 662.
Ca. melanostictus III, 539, 531.
O. mercator Fabr. Walck. III, 605.
O. merdarius III, 698.
Ca. mesozostus III, 532.
Por. microcephalus III, 766.
Por. minator III, 768.
Ca. mixtus III, 601, 596, 1046.
Por. moderator III, 783, 760, 766, 774, 776, 777, 780, 781, 782.

O. moderator Fabr. III, 787; Gr. III, 747.
Ca. moestus III, 599.
Ca. molestus III, 518, 461.
Ca. multicinctus III, 534, 538, 594.
Ca. nanus III, 469.
(O. nidulator Fabr.) III, 1044, 616.
O. nidulator Panz. III, 613.
Ca. nigripes III, 598, 599.
Ca. nigritarsus III, 506, 511.
Por. nigritulus III, 782.
Ca. nitens III, 618, 456 et II, 437 (pro *nitido*).
Ca. notatus III, 570, 580, 591.
(O. nunciator Fabr.) III, 1000.
Por. nutritor III, 762, 766, 767.
O. nutritor Fabr. III, 763, I, 721.
O. obscurus III, 689, 687, 696.
O. obtusator Klug. I, 721.
Ca. orbator III, 558.
Ca. orbitalis III, 510.
An. pallidum III, 675, 639.
Ca. paniscus III, 498, 455, 456, II, 980.
Ca. parvulus III, 489.
Ca. perfidus III, 595, 549, 597, 600.
An. perspicillator III, 683, 638.
(O. petiolator Fabr.) III, 1046.
An. procerum III, 651.
Ca. psilopterus III, 508.
Ca. pugillator III, 606, 389, 549, 564, 597, 600, 1021, 1072.
Ca. pumilio III, 541.
Cr. pungens III, 745, 739, 740.

O. ramidulus III, 699, 687, I, 9.
O. ramidulus Gr. III, 703.
O. rapax III, 568, 563, 576.
Ca. ruficinctus III, 580, 563, 572, 576, 579, 584, 586.
An. ruficorne III, 655.
Ca. rufimanus III, 597, 589.
Por. rufinus III, 754.
Ca. rufipes III, 461.
Ca. rufiventris III, 552.
An. ruspator Jur. III, 857.
Por. saltator III, 777, 774, 783, II, 783 (pro *Trachyn.*).
O. saltator Fabr. Walck. III, 780.
Ca. seniculus III, 473.
Ca. sicarius III, 551, 570, 573.
An. signatum III, 661.
M. soleatus III, 711.
Ca. sordidus III, 466.
Cr. spectator III, 740.
Ca. spurius III, 533.
Ca. subcinctus III, 494.
O. tarsator Fabr. III, 407, 408.
An. tenuicorne III, 671, 668, 670, 674, 685, 1024, 1029.
An. tenuitarsum III, 683, 638.
Ca. tenuiventris III, 482, 486, 495, 498, 510.
Ca. terebrans III, 503, 454, 455.
Pan. testaceus III, 626, 631, 633, 697, II, 962, I, 682.
Ca. tibialis III, 468, 990.

Rhyssa III, 260.
Schizopyga III, 125.
Trachyderma III, 283.

Pi. abdominalis III, 150, II, 930, 941.
L. accusator III, 101, 32, 33, 100.
Pi. accusator Fabr. III, 102.
Pi. Aethiops Curt. I, 719.
L. agnata III, 44, 33.
E. albicinctus III, 259, 225, 945.
Pi. alternans III, 201, 139.
R. amoena III, 266.
S. analis III, 130.
Pi. angens III, 162, 160.
L. apicalis III, 88.
R. approximator III, 264.
Pi. approximatar Fabr. III, 265.
L. argiola III, 83.
Pi. arundinator III, 177.
L. arvicola III, 49, 31.
Pi. aterrima III, 215, I, 719.
L. bellator III, 106, 31, 79, 101, 102, 1035.
L. bicornis III, 91, 31, 110.
G. bifoveolata III, 25, 10.
L. bilineata III, 41, 42.
L. bivittata III, 77.
L. brachycentra III, 56, 31, 32.
Pi. brevicornis III, 211.
L. caligata III, 38.
Pi. calobata III, 176.
E. carbonarius III, 240, 211, 231, 234, 1042.

Po. carbonator III, 123, 119.
L. catenator III, 45, 33, 47.
G. ceratites III, 18.
R. clavata III, 280, 147, 1093.
Pi. clavata Fabr. III, 282.
L. conflagrata III, 95.
L. culiciformis III, 66, 69, 84.
R. curvipes III, 265.
L. cylindrator III, 102, 82, 86, 87.
Pi. cylindrator Fabr. III, 105.
L. decimator III, 96, 31, 32, 33.
L. defectiva III, 38.
(Pi. dentator Fabr.) III, 999.
L. deversor III, 59.
Pi. didyma III, 178, 176.
E. divinator III, 252, 33, 226.
L. dorsalis III, 78.
L. elector III, 73, 60, 77.
Pi. examinator III, 207, 215.
Pi. extensor Fabr. III, 175.
Pi. flavicans III, 141, 626, 1050.
P. flavipes III, 197.
G. flavolineata III, 27, 23, 926.
G. fronticornis III, 17, 15, 20.
E. gracilis III, 245, 249.
Pi. graminellae III, 181, 116, 178, 203, 998.
L. grisea III, 43, 31, 32.
C. haemorrhoidalis III, 135.
G. haesitator III, 12.
E. hecticus III, 248.
L. hortorum III, 47, 51, 988.

Pi. illecebrator III, 223, 220.
L. impressor III, 50, 38, 43, 39, 47, 230.
E. inanis III, 247, 139, 198, 244.
C. incitator III, 184.
Pi. incitator Fabr. III, 185.
G. incisa III, 23.
L. insignita III, 84, 94.
Pi. instigator III, 216, 179, 984, II, 774, I, 719.
L. irrisoria III, 65.
Pi. laevis III, 180, 193.
L. lateralis III, 73.
L. leucogona III, 100.
R. leucographa III, 274, 277.
L. linearis III, 105.
L. lineata III, 82.
L. maculatoria III, 60, 110, 932.
Pi. mandibularis III, 180, 193.
E. manifestator III, 232, 220, 230, 231, II, 773.
Pi. manifestator Fabr. III, 238.
L. marginella III, 41.
E. mediator III, 256, 33, 225, 234, 262, 266.
Pi. mediator Fabr. III, 258.
Pi. melanocephala III, 149.
Pi. melanopyga III, 149.
G. mensurator III, 21, 11, 12, 15, 24.
Pi. mensurator Fabr. III, 23.
E. mesocentrus III, 249.
E. messor III, 232.
S. minuta III, 131.
G. monoceros III, 16.

Po. multicolor III, 119.
L. murina III, 99, 82.
R. obliterata III, 275.
L. occupator III, 100, 31, 32, 33.
Pi. oculatoria III, 154.
Pi. ornata III, 158.
L. pallipes III, 55.
L. parallela III, 79, 87, 110.
L. pectoralis III, 69, 38.
Pi. pennator Fabr. III, 191.
Po. percontatoria III, 120.
L. perspicillator III, 86, 79, 106.
Pi. persuasoria Fabr. III, 272.
R. persuasoria III, 267, 276, 956, 957, 1054.
L. petiolaris III, 110.
Pi. pictipes III, 198, 139, 245.
S. podagrica III, 127, 117, 129, 130.
L. polyzonias III, 68, I, 721.
L. quadrinotata III, 58.
Pi. resinellae Fabr. III, 984.
Pi. roborator III, 173, 153, 177, 191, 214, 981.
Pi. rufata III, 164, 139, 158, 925.
Pi. ruficollis III, 153.
L. ruficornis III, 98.
Po. rufipes III, 116.
T. scabra III, 285.
G. scalaris III, 24.
Pi. scanica III, 204.
G. sculpturata III, 7, 23.
L. segmentator III, 52, 49, 56.
Pi. segmentator Fabr. III, 64.

L. setosa III, 35, 31, 230, 235, 237.
Pi. spuria III, 179, 181, 192, 193.
Pi. stercorator III, 186, 181. II, 308.
L. striata III, 70, 4, 951.
Pi. strigator Fabr. Gr. III, 332.
Pi. strobilellae Fabr. III, 982.
G. subcornuta III, 15.
L. suborbitalis III, 42.
L. sulphurifera III, 39, 38, 235, 993.
R. superba III, 276, 272, 958.
G. teres III, 8, 12, 17, 18, 24.
L. tomentosa III, 46, 31, 32.
S. tricingulata III, 129, 131.
E. tuberculatus III, 228, 235, 236, 237.
Po. tuberosa III, 115.
Pi. turionellae III, 192, 181, 185, 203, 1063, II, 122.
(Pi. vagatoria Fabr.) III, 956.
Pi. varicornis III, 167.
Po. varipes III, 117, 129.
E. varius III, 254, 944.

PLECTISCUS
vide CRYPTUS.

POLYSPHINCTA
vide PIMPLA.

PORIZON
vide OPHION.

PRISTICEROS
vide ICHNEUMON.

(*Pseudospheca* Swam.) I, 4.

RHYSSA
vide PIMPLA.

SCHIZOPYGA
vide PIMPLA.

SCOLOBATES
vide TRYPHON.

(*Sphex* Linn.) I, 8.

annularis Poda I, 9, 275.
crassicornis Scop. I, 9, II, 383.
disparis Poda I, 9, II, 383.
nigra etc. Scop. I, 369.
(punctalata Schell.) III, 1063.
truncata Poda III, 700; Scop. I, 9.
vespoides Scop. III, 296, 303, I, 10,
sp. innominata Scop. II, 487.

SPHINCTUS
vide TRYPHON.

STILPNUS
vide ICHNEUMON.

TRACHYDERMA
vide PIMPLA.

TRACHYNOTUS
vide OPHION.

(*Trochus* Trent.) II, 392.

coeruleator Trent. II, 392.

TROGUS.

II, 369 (I, 26).

alboguttatus II, 373, I, 695.
caeruleator Panz. II, 392.
flavatorius II, 382, I, 9, 457, 521, 640, III, 920.
fuscipennis II, 389, 371.
lapidator II, 391, 371, III, 979.
luteiventris II, 386.
lutorius II, 374, 371, I, 696, 697, 451, 466, III, 879.
rufescens II, 388.
vulpinus II, 389, 871.

TROPISTES
vide BANCHUS.

TRYPHON.

II, 1 (I, 69).

Subgenera:

Exochus II, 328.
Mesoleptus II, 3.
Tryphon II, 118.
Scolobates II, 357.
Sphinctus II, 363.

T. adpropinquator II, 324.
E. Aethiops I, 693.
T. alacer II, 132.
M. albicruris II, 51.
T. albipes II, 221.
T. albitarsus II, 10, 7.
T. albocinctus II, 204, 207, 305.
M. albolineatus I, 681.
T. albopictus II, 255, 254.
T. albovinctus II, 224.
M. annulatus II, 11.
M. Antilope II, 104.
T. apiarius II, 186, 188, III, 956.
T. armillatorius II, 182, 23, 122, 124, 199.
M. arridens I, 683.
E. asper I, 694.
M. atomator II, 92.
T. aulicus II, 173, 124, 143, 170, 177, 199,
III, 928, 929.
M. bicingulatus II, 107, 7.
T. bicolor II, 326, 47.
M. biguttulus II, 89.
T. bilineatus II, 179, 181, III, 951.
M. bipunctatus II, 54.
T. bisculptus II, 251.
T. braccatus II, 304.
T. brachyacanthus II, 242.
T. brunnicans II, 270.
T. brunniventris II, 281, 318.
T. calcator II, 138.
T. calceolatus II, 286.

T. caligatus II, 170, 124, III, 122.
T. carbonarius II, 141.
T. cephalotes II, 246, 252.
M. cerinostomus II, 61.
T. chrysopus II, 302.
M. chrysostomus II, 103.
M. cinctulus II, 37, 51, 144, 305.
M. cingulatus II, 22.
T. clypeator II, 131, 121.
T. collaris II, 287, 61.
T. colon II, 211.
T. compunctor II, 130, III, 41.
E. coronatus II, 342, 344, 350, 354, 355.
T. cothurnatus II, 285.
M. coxator II, 109.
E. crassicornis II, 347.
Sc. crassitarsus II, 360.
E. cristator II, 352, 120, I, 694, 695.
T. cruralis II, 212.
E. curvator II, 335.
M. decipiens II, 116, 348.
M. defectivus II, 77.
M. delusor II, 83, 680.
T. dorsalis II, 226, 225, 255.
T. elegantulus II, 235, 120, 199, III, 1036.
T. elongator II, 238, I, 689.
T. erythrocephalus II, 220.
T. erythrocerus II, 230, I, 689, III, 94.
E. erythronotus, II, 355, 344.
T. erythropalpus II, 290, 286.
M. evanialis II, 16, III, 994.

T. evolans II, 277, 275, I, 692.
T. exclamationis II, 279.
M. exornatus II, 23.
T. exstirpatorius II, 213, 217.
M. facialis II, 12,
T. fasciatus II, 139.
E. femoralis II, 346, 348.
M. filicornis II, 94, 60, 67, I, 685.
T. flavipes II, 241.
T. flavocinctus II, 154, III, 989.
T. flavoguttatus II, 136.
T. flavomaculatus II, 252, 254, 255, III, 1040.
M. flavopictus II, 33.
T. formosus II, 185, 121, 122, 199, III, 944.
M. fortipes II, 85, I, 685.
E. frenator II, 332, II, 120.
M. fugax II, 56, 67.
T. fulvilabris II, 292, III, 1030.
M. fulvipes II, 57, 258.
E. funebris I, 695.
M. fuscicornis II, 87, 74.
M. geniculosus II, 102, 69, I, 686.
T. gnathoxanthus II, 147.
E. gravipes II, 351, 120, I, 693.
E. gravis II, 354, 120, 269, 349.
M. grisescens II, 101.
T. hamulus II, 322.
T. haematodes II, 177.
T. heliophilus II, 284.
M. hilaris II, 91.
T. humeralis II, 323.

T. humilis II, 293.
T. ictericus II, 208.
T. immaturus II, 200.
T. impressus II, 261.
T. incisus II, 197, 122, III, 368.
M. infernalis II, 16.
T. insolens II, 274, 278, I, 691.
T. integrator II, 148.
T. intermedius II, 216.
T. involutor II, 296, II, 123.
T. iratus II, 287.
Sc. italicus II, 362, 123, 358.
M. laetus II, 50.
M. laevigatus II, 111, I, 687, 707.
M. larvator II, 25, I, 368, 681.
T. lateralis I, 690.
T. laticeps II, 214.
E. lentipes II, 344, 349.
M. leptocerus II, 68, 67.
T. leucostomus II, 217.
M. leucostomus II, 17.
M. limitaris II, 14, 154, 168.
Sc. longicornis II, 359, 358.
T. longipes II, 319, 123.
T. lucidulus II, 162, 246.
M. luridator II, 100.
T. luteicornis II, 276.
T. luteifrons II, 215, 185.
M. luteolator II, 42, 24, 220.
T. luteomarginatus II, 146.
T. maculatus II, 140.

E. mansuetor II, 339, I, 694.
T. marginatorius II, 191, 180, 199.
T. marginellus II, 167.
M. maurus II, 20.
T. melancholicus II, 135, I, 688.
M. melanocephalus II, 28, I, 682.
T. melanocerus II, 265.
T. melanoleucus II, 169, 167, 175, 485.
T. melanonotus II, 269.
T. mesoxanthus II, 233, I, 692.
T. mitigosus II, 258, 246, 248, 288, I, 689.
E. mitratus II, 350, I, 694.
M. modestus II, 53.
T. mollis II, 137.
M. montanus II, 82.
T. multicolor II, 168, 121, 167.
M. mundus II, 78.
T. murinus II, 125, 11.
T. naevius II, 152, 124, 169.
T. nanus II, 155, 122.
M. narrator II, 11.
T. nasutus II, 264, 217, 252.
M. nemoralis II, 70, 77, 11, 287.
T. niger II, 126.
T. nigriceps II, 202.
T. nigricollis II, 234.
T. nigritarsus II, 158.
T. nigrolineatus II, 203, 94.
T. nitidus II, 134.
T. notatus II, 261, 262, I, 690.
T. ochrostomus II, 227.

T. opticus II, 176, 121.
T. orbitalis II, 254.
M. pallidus II, 30, I, 682.
T. parvulus II, 294.
T. pastoralis II, 248, I, 689.
M. pectoralis II, 21.
M. petiolaris II, 110, I, 686.
T. petulans II, 275.
T. pictus II, 288.
T. pilosellus II, 125.
T. pinguis II, 150, 226.
E. podagricus II, 336.
T. praerogator II, 127, I, 687.
T. pratensis II, 299.
T. procurator II, 266, 123, 248, 262, 270, 294, III, 313.
T. proditor II, 298, 300, 305.
T. propinquus II, 300.
M. prosoleucus II, 58.
E. prosopius II, 349, I, 693.
T. pruinosus II, 189, III, 915.
T. punctus II, 326, I, 692.
M. quadriannulatus II, 13, I, 681.
T. quadrilineatus II, 320, 123.
T. quadrisculptus II, 250.
T. quinquecinctus II, 165, 147, 167.
T. rapinator II, 133.
M. regenerator II, 75.
T. ridibundus II, 188.
T. rubiginosus II, 145, 124, 219.
M. ruficornis II, 43, 209, I, 684, 691.

M. rufinus II, 69.
T. rufipes II, 148.
M. rufiventris II, 90.
M. rufocinctus I, 686.
M. rufoniger II, 80, I, 684, 691.
T. rufus II, 200.
T. rutilator II, 305, 281, 284, 289, 301, III, 1030, I, 692.
T. sanguinicollis II, 187.
T. scabriculus II, 180, 121.
T. scalaris II, 149, 122, 124.
T. scotopterus II, 244.
T. segmentarius II, 209, 123, 47.
T. semicaligatus II, 271, 59, 61, 123, 319, 320, I, 691.
M. seminiger II, 93.
M. sericeus II, 14.
Sp. serotinus II, 365.
T. sexcinctus II, 164.
T. sexlituratus II, 159, 122, 149, 185, III, 949.
T. sexpunctatus II, 278.
T. signator II, 301.
M. sordidus II, 86.
T. sphaerocephalus II, 247.
M. spheginus II, 49.
M. splendens II, 115.
M. sponsorius II, 41.
M. sternoleucus II, 99.
T. sternoxanthus II, 178, 185.
M. sticticus II, 31, 24, III, 1076, I, 682.
M. subcompressus II, 52.

T. subnitidus II, 144, 124, 219.
T. subrufus II, 280.
T. subspinosus II, 262.
T. succinctus II, 166, 167, I, 688.
M. sulphuratus II, 81, 274, I, 685.
T. sylvestris II, 138, 172.
E. tardigradus II, 348, 344, 345.
M. tener II, 108, III, 1037, I, 686.
T. tenuicornis II, 228.
M. testaceus II, 28, 7, 31, III, 1417, I, 682.
T. triangulatorius II, 205, 40.
T. tricolor II, 207.
M. typhae II, 62, 58, 271, III, 1043, I, 684.
T. varicornis II, 325.
T. varitarsus II, 222, 226, I, 688.
T. vellicans II, 263.
M. ventrator II, 105.
T. vepretorum II, 142, 121, 124, 170.
T. vernalis II, 294, 209, 242.
T. virgultorum II, 172, 121, 122, 123, 144, 170.
M. vitratorius II, 34.
M. xanthopsanus II, 59, I, 686.
M. xanthostigma II, 55, I, 683.
T. xanthostomus II, 257, 264.
T. zonarius II, 268, 270.

(*Vespa Ichneumon* Swam.) I, 4.

XORIDES.

III, 817 (I, 31).

Subgenera:

Echthrus III, 861.
Odontomerus III, 851.
Xorides III, 845.
Xylonomus III, 819.

Xo. albitarsus III, 849, 846, 902.
Xy. annulatus III, 825, 902.
O. appendiculatus III, 853.
E. armatus III, 867.
Xy. ater III, 827.
Xy. caligatus III, 828.
Xo. collaris III, 848.
O. dentipes III, 854.
Xy. ferrugatus III, 840.
Xy. filiformis III, 830.
Xy. gracilicornis III, 832.
Xy. irrigator III, 837, 820, 841.
E. lancifer III, 867, II, 438.
Xo. nitens III, 847, 263.
E. nubeculatus III, 866.
Xy. parvulus III, 825.
Xy. pilicornis III, 833, 820, 823, 827, 840.
Xy. praecatorius III, 841, 820, 826, 883, 844.

E. reluctator III, 863.
Xy. rufipes III, 823, 904.
Xy. scaber III, 824.
O. spinipes III, 859, 852.

XYLONOMUS
vide XORIDES.



INDEX

ICHNEUMONUM EUROPAEORUM GENUINORUM, AB AUCTORIBUS SINE NOMINE SPECIFICO EDITORUM.

ALBIN.

Tab. 7 — III, 646, 701.
„ 11 — III, 694.

DEGEER.

Tom. I, p. 74 et 573, tab. 6, fig. 11, 12. — III, 605.
„ „ p. 332 et 580, tab. 23, fig. 16. — I, 243, III, 219, 894.
„ „ p. 473, tab. 36, fig. 9. — III, 235.

Tom. II, p. 844, n. 1. — III, 49.
„ „ p. 845, n. 2. — II, 773, III, 218, 894.
„ „ p. 848, n. 3, tab. 29, fig. 9. — II, 379.
„ „ p. 849, n. 4, tab. 29, fig. 10, 11. — III, 406, 414.
„ „ p. 850—861, tab. 29, fig. 15—26. — III, 694.
„ „ p. 903, n. 17, tab. 31, fig. 18. — II, 900.

Tom. II, p. 906, n. 18, — II, 924.
» » p. 907, n. 19, tab. 31, fig. 19, 20. — II, 920.
Tom. III, p. 597, n. 3, tab. 30, fig. 18. — III, 1019.
Tom. VII, p. 596, tab. 44, fig. 11—13. — III, 1008.

FRISCH.

Pars II, p. 10, tab. I, fig. 9, 10, 11. — III, 881.
» » p. 11, tab. II, fig. 12. — III, 882.
» » p. 23, 24, tab. IV, fig. 3, 5, 6. — III, 190.
» » » » » » » fig. 4. — III, 210.
Pars IV, pag. 5, fem. tab. III. — III, 968.
» » » » » » m. et f. — III, 994.

GEOFFROY.

Ichneumon Tom. II, p. 320—362.

Pag.	323	n.	5	— III, 235, 243.
—	324	»	6	— III, 36, II, 772, 773.
—	324	»	7	— III, 230.
—	325	»	8	— III, 219, 404, II, 772.
—	325	»	9	— III, 718.
—	326	»	10	— III, 976, 977.
—	326	»	11	— II, 347.
—	326	»	12	— III, 857.
—	327	»	13	— III, 210.
—	327	»	14	— III, 218, II, 134.
—	329	»	18	— III, 985, 147.
—	330	»	19	— III, 729, 1005.

Pag. 330 n. 20 — II, 379.
— 330 » 21 — III, 694.
— 331 » 22 — III, 1074, 654.
— 331 » 23 — III, 701, 635.
— 332 » 24 — III, 605.
— 332 » 25 — III, 147, 626.
— 333 » 26 — III, 1023.
— 333 » 27 — III, 1076.
— 333 » 28 — III, 143.
— 335 » 31 — III, 970.
— 335 » 32 — III, 279.
— 336 » 34 — III, 1051.
— 337 » 37 — III, 975.
— 338 » 39 — I, 110, 111.
— 338 » 40 — I, 206.
— 339 » 41 — III, 901.
— 339 » 42 — II, 456.
— 340 » 43 — I, 150.
— 340 » 44 — I, 150, II, 767.
— 340 » 45 — III, 883.
— 341 » 46 — II, 733.
— 341 » 47 — I, 647, III, 912, II, 729.
— 341 » 48 — I, 668, 620.
— 342 » 49 — I, 274, 278.
— 343 » 50 — II, 599.
— 343 » 51 — II, 608.
— 344 » 52 — I, 283, 420.
— 344 » 53 — I, 222.
— 345 » 54 — I, 431, 439.
— 345 » 55 — I, 164, 166, 223.
— 346 » 56 — II, 481.

Pag. 346 n. 57 — I, 523, III, 415, 938, II, 655.
— 347 » 58 — III, 1043.
— 347 » 59 — I, 420.
— 348 » 60 — III, 944.
— 350 » 64 — III, 1034.
— 350 » 65 — II, 568.
— 351 » 66 — III, 1028, II, 680.
— 351 » 67 — III, 190, 206, 210.
— 353 » 71 — III, 718.
— 353 » 72 — III, 991.
— 355 » 76 — III, 1003.
— 355 » 77 — III, 1023.
— 356 » 78 — III, 1024.
— 356 » 79 — III, 1024.
— 357 » 80 — III, 555.
— 357 » 81 — III, 1003.
— 357 » 82 — III, 1030, I, 578, II, 315, 318.
— 358 » 83 — III, 1025.
— 358 » 84 — III, 1049, 979.
— 359 » 85 — III, 1068, II, 865.
— 359 » 86 — III, 176, 980.
— 360 » 87 — III, 1091.
— 360 » 88 — III, 1033.
— 361 » 89 — III, 1061, 1096.
— 361 » 90 — III, 1094.
— 362 » 91 — II, 901.
— 362 » 92 — III, 760.

GOEDART.

Pars I, p. 112, tab. 58 — I, 475.
Pars II, p. 158, tab. 37 — III, 693.

JOERDENS.

Pag. 28 — III, 223.

LEPECHIN.

Pars I, p. 219, tab. 17, fig. 1, 2 — III, 960.

LESKE.

N. 140 — III, 877.
— 150 — III, 895.
— 156b — III, 279.
— 166 — III, 928.
— 169 — III, 942.
— 174 — III, 930.
— 177 — III, 915.
— 178 — III, 917.
— 178b — III, 902.
— 183 — III, 902.
— 184 — III, 903.
— 240 — III, 1006.
— 206 — III, 1014.
— 208 — III, 996.
— 211 — III, 1035.
— 217 — III, 996.
— 222 — III, 1056.
— 224 — III, 996.
— 237 — III, 249.
— 238 — II, 303, III, 190.
— 239 — III, 211, 244.
— 243 — III, 997.
— 246 — III, 196.
— 248 — III, 1014.

N. 250 — III, 1035.
— 251 — III, 997.
— 253 — III, 1064.
— 254 — III, 1036.
— 256 — III, 1007.
— 257 — III, 244.
— 258 — III, 1036.
— 263 — III, 1037.
— 265 — III, 1037.
— 267 — II, 786.
— 268 — II, 786.
— 269 — II, 786.
— 270 — III, 1013.
— 271 — III, 1038.
— 274 — III, 1038.
— 275 — III, 998.
— 281 — III, 1039.
— 282 — III, 1029.
— 283 — III, 998.
— 285 — III, 477, 579.
— 286 — III, 1007.
— 287 — III, 1039.
— 288 — III, 1080.
— 291 — III, 1084.
— 293 — III, 1085.
— 297 — III, 1085.
— 304 — III, 1070.
— 305 — III, 1085.
— 309 — III, 1070.
— 311 — III, 1086.
— 312 — III, 1086.

N. 313 — III, 1086.
— 314 — III, 1086.
— 315 — III, 1086.
— 316 — III, 1087.
— 317 — III, 1057.
— 318 — III, 1057.
— 319 — III, 1091.
— 320 — III, 1039.
— 322 — III, 1040.
— 324 — III, 1040.
— 325 — III, 1040.
— 326 — III, 1041.
— 327 — III, 1041.
— 328 — III, 1041.
— 329 — III, 1042.
— 330 — III, 1043.
— 332 — III, 1042.
— 333 — III, 1007.
— 334 — III, 913.
— 336 — III, 1076.
— 337 — III, 1076.
— 338 — III, 1076, 1087.
— 340 — III, 1087.
— 341 — III, 1013.
— 342 — III, 1042.
— 343 — III, 1064.
— 345 — III, 998.
— 349 — III, 1057.
— 352 — III, 1071.
— 353 — III, 1077.
— 354 — III, 1071.

N. 356 — III, 999.
— 357 — III, 1008.
— 359 — III, 999, 1071.
— 360 — III, 1088.
— 361 — III, 930.
— 362 — III, 1088.
— 365 — III, 1058.
— 366 — III, 1001.
— 367 — III, 1058.
— 369 — III, 999.
— 370 — III, 1071.
— 371 — III, 1070.
— 385 — III, 933.

LINNE.

Acta Suec. 1736, p. 125, n. 15 — III, 694.

DE REAUMUR.

Tom. II, tab. 35, fig. 22 — III, 296.
» » tab. 36, fig. 23 — III, 718.
Tom. IV, pag. 134, tab. 10, fig. 18 — III, 612.
Tom. VI, tab. 29, fig. 1 - 10 — II, 768, I, 112.
» » pag. 307, tab. 29, fig. 16 — III, 235.
» » pag. 310, tab. 30, fig. 9 - 12 — III, 554, 628, 691, 697.

ROESEL.

Pars II, Vesp. tab. 4, fig. 3, 4 — III, 1031.
» » » tab. 12, fig. 2, 3 — III, 169.

SCHAEFFER.

Elementa:

Tab. 72, fig. 1 — I, 461, 462, 466.
» » fig. 2 — III, 170.

Icones:

Tab.	1	fig.	10	—	III, 695.
—	6	—	11	—	III, 1017, II, 317, 568.
—	6	—	12	—	I, 461, 466.
—	6	—	13	—	I, 419, 422.
—	20	—	6	—	I, 466, II, 379, 381.
—	20	—	7	—	II, 774, III, 219.
—	20	—	8	—	I, 439, 461, 466.
—	20	—	9	—	I, 360, 366.
—	20	—	10	—	III, 46.
—	20	—	11	—	I, 222, 451.
—	20	—	12	—	III, 407.
—	20	—	13	—	III, 391, 383.
—	20	—	14	—	II, 384.
—	41	—	10, 11	—	III, 1005.
—	43	—	1, 2	—	I, 274, 307, 316.
—	43	—	5, 6	—	III, 346.
—	49	—	4	—	II, 768, 769, 772, 773.
—	50	—	5	—	III, 36, 237.
—	52	—	5	—	I, 372, 427, III, 955, 960.
—	61	—	3	—	I, 308, 309.
—	61	—	4	—	I, 243, 275, 307, 308.
—	61	—	5	—	III, 1016.
—	61	—	6	—	III, 890.
—	61	—	7	—	I, 307, 308, 312, 313.

Tab. 61 fig. 8, 9 — III, 1054.
— 61 — 10 — III, 144.
— 70 — 6 — I, 461, 466.
— 72 — 4 — I, 126, 439, II, 446.
— 72 — 5 — I, 366, 367.
— 73 — 1 — III, 1033.
— 73 — 9 — I, 307, 419, 527.
— 74 — 4 — I, 306, 307.
— 80 — 2 — III, 271, 272, 273.
— 80 — 3 — III, 271.
— 81 — 4 — III, 279, 281.
— 82 — 8 — III, 635.
— 83 — 6 — I, 430.
— 83 — 7 — I, 360, 367, 374.
— 83 — 8 — I, 360.
— 84 — 8 — I, 318.
— 84 — 9 — I, 431.
— 101 — 4 — III, 691, 696.
— 103 — 1 — III, 271, 273, 1054.
— 103 — 4 — I, 521, 527, 528, II, 98.
— 105 — 5 — III, 218, 977.
— 107 — 4 — III, 1017, II, 568, I, 616.
— 110 — 3 — II, 773, III, 237.
— 111 — 1 — I, 536.
— 114 — 1 — I, 461, 466.
— 116 — 5 — III, 391, 383.
— 116 — 6 — I, 313, 318.
— 119 — 4 — II, 556, III, 856.
— 120 — 7, 8 — III, 389.
— 126 — 8 — III, 254, 258.
— 128 — 5 — III, 295.

Tab.	130	fig.	4	—	III, 303, 379.
—	134	—	4	—	II, 384.
—	135	—	3	—	II, 392.
—	168	—	8	—	II, 241, 401.
—	175	—	7	—	II, 493.
—	180	—	6	—	III, 921.
—	183	—	7	—	I, 372, 379, 380.
—	187	—	1	—	III, 812.
—	195	—	3, 4	—	III, 390, 965.
—	198	—	3	—	III, 144.
—	205	—	6	—	I, 367, 370, 374.
—	221	—	3	—	I, 126.
—	223	—	7	—	I, 367, 374.
—	224	—	10	—	II, 774, 952, III, 221.
—	225	—	4	—	III, 645.
—	233	—	5	—	I, 372, III, 955.
—	242	—	8	—	II, 379.
—	244	—	5	—	II, 384.
—	244	—	6	—	I, 419.
—	245	—	5, 6	—	II, 380.
—	246	—	4	—	II, 923.

ERRATA QUAEDAM EMENDANDA:

IN PARTE I:

Pag. 745 linea 8 ab infima, addendum est: 121.

IN PARTE II:

Pag. 67, linea 14, delenda sunt verba: *M. variatorem seu.*
Pag. 397 lege *Xoridarum* pro *Xoridum.*
Pag. 437, linea 3 ab infima, lege *nitens* pro *nitidus.*
Pag. 439, linea 6 ab infima, lege *viduatorium* pro *viduatorem.*
Pag. 565, linea 14, pro 3 legendum est 4.
Pag. 783, lineis 4 et 8, pro *Trachynotos* et *Trachynotis* lege *Porizones* et *Porizonibus.*
Pag. 801, linea 7 ab infima, lege *chionops* pro *echinops.*
Pag. 930, linea 2, delenda sunt verba: *quales — similesque.*
Pag. 980, linea 6, deleantur verba: *v. c. Pl. impurator.*

IN PARTE III:

Pag. 221, linea 5 ab infima, lege *labrum* pro *labium.*
Pag. 279, linea 4 ab infima, lege *quadratorem* pro *quadratum.*
Pag. 455, linea 11, lege *nitenti* pro *nitido.*
Pag. 713, linea 1, lege VI pro II.
Pag. 722, linea 4 ab infima, et
Pag. 1005, linea 9 ab infima, lege *calcitratorem* pro *arcuatum.*

EXPLICATIO TABULARUM.

Fig. A, *ala antica.*

d, a, c, margo anticus.
d, e, margo posticus.
e, f, margo internus.
c, angulus dorsalis.
d, angulus anterior.
e, angulus posterior.
f, angulus interior.
a, stigma.
a, c, radius.
1, cellula humeralis externa.
2, „ „ intermedia.
3, „ „ interna.
4, „ radialis
5, „ cubitalis externa.
6, „ „ intermedia.
7, „ „ interna.
8, „ discoidalis externa.
9, „ „ intermedia.
10, „ postica externa.
11, „ „ interna.
m, nervus recurrens primus.
n, „ „ secundus.


Fig. B, *ala postica.*


Margines et anguli ut in ala antica.
1, 2, 3, cellulae internae.
4, 5, 6, 7, „ externae.


Icones 1—25 *alas anticas* exhibent quarundam specierum, *a* longitudine naturali, *b* eadem aucta. Sola fig. 20 alam exhibet magnitudine naturali. Cellulae alarum descriptae sunt pag. 76—82.

Fig.	1	ala	Acoenites dubitatoris.
—	2	—	Porizonis gravipedis.
—	3	—	Lissonotae decimatoris.
—	4	—	Ichneumonis castigatoris.
—	5	—	Stilpni gagatis.
—	6	—	Crypti seductorii.
—	7	—	Tryphonis elongatoris.
—	8	—	Sphincti serotini.
—	9	—	Metopii necatorii.
—	10	—	Phytodieti microtamii.
—	11	—	Ichneumonis protei.
—	12	—	Speciei incertae.
—	13	—	Plectisci albipalpis.
—	14	—	Pimplae flavicantis.
—	15	—	Lissonotae bicornis.
—	16	—	Hemitelis areatoris.
—	17	—	Barycerotis guttati.
—	18	—	Mesosteni gladiatoris.
—	19	—	Xylonomi filiformis.
—	20	—	Rhyssae clavatae.
—	21	—	Exetastes nigripedis.
—	22	—	Crypturi Argioli.
—	23	—	Ophionis merdarii.
—	24	—	Pezomachi longipennis.
—	25	—	„ brachypteri.


Tab. I.



A
a
4
5
d
x
b
7
z
y
8
9
m
c
1
n
2
11
10
3
f
e



B
d
a
4
1
5
c
2
6
3
7
e
f



1
b
a
2
b
a
3
b
a
4
b
a
5
b
a
6
b
a
7
b
a
8
b
a
9
b
a


Tab. II.



10
b
a



11
b
a



12
b
a



13
b
a



14
b.
a



15
b
a



16
b
a



17
b
a



18
b
a



19
b
a



20


21
b
a


22
b
a


23
b
a


24
b
a


25.
b
a

